



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Gd. 15. 145  
B














ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

DEMOSTHENIS

OPERA.



---

PARIS. — EICUDBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

---

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ  
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

DEMOSTHENIS  
OPERA

RECENSUIT

GRÆCE ET LATINE

CUM INDICIBUS

EDIDIT

**D' JOHANNES THEODORUS VOEMELIUS**

RECTOR GYMNASII FRANCOF.



PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI REGII FRANCÆ TYPOGRAPHO.

M DCCC XLIII.

Gd 15. 145  
✓  
B  
~~Ad. 15. 146~~

1877, Nov. 18.  
Pickering bequest.

22-125  
14

**FRIDERICO**  
**GUILIELMO IV,**  
**REGI BORUSSORUM**

**POTENTISSIMO FORTISSIMO ELOQUENTISSIMO**


**HÆC SUMMI ANTIQUITATIS ORATORIS OPERA**

**SIGNUM VENERATIONIS ADMIRATIONIS PIETATIS SUÆ**

**D. D. D.**

**EDITOR.**

•





**REX POTENTISSIME!**

**DOMINE CLEMENTISSIME!**

*α* Antiquis temporibus mos fuit bonarum artium studia in libros redacta offerre principibus, quia neque recte aliquid inchoatur, nisi post Deum faverit imperator, neque quenquam magis decet vel meliora scire vel plura quam principem, cujus doctrina omnibus potest prodesse subjectis. Sic regnantium

testimoniis crevit eloquentia. » His Vegetii ad suum imperatorem verbis adhibitis considerans « clementiam vestram ausibus literarum magis ignoscere posse quam ceteros » et Pindari præcepto obediens

Ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον  
χρῆ θέμεν τηλαυγές,



nullum profecto frontispicium præclarius, nullum nomen vel melius vel felicius vel illustrius præponere potui Demosthenicis operibus quam Friderici Guilielmi IV<sup>i</sup> Regis. Quilibet enim vel mediocriter eruditus sensit eum, qui orationes quacunque occasione diversis linguis dictas tam graves tam varias tam luculentas luminibusque distinctas, ut millia audientium perculsa mirum in modum delectarentur ac confirmarentur, potuerit habere, — talem non modo summis tum antiquæ Græciæ Romæque tum ecclesiæ christianæ, Demosthenum, Tulliorum, Chrysostomorum, exemplis esse imbutum, sed etiam divino spiritu adflatum. Hac vi præditus quantopere fortitudine sapientiaque illos præcedis, tantopere vicisti eloquentia ac facundia tempori, loco, rebus apta et de cælo data.


Summus ille quidem antiquitatis orator non nisi diu meditat-  
us potuit prodire, at qui, quale Tui ingenii est exemplum,  
optimis quidem omnibus artibus exercitatus, sed idem a suo  
genio compulsus et ductus acriter et strenue, placide sapien-  
terque dicit, is summum illum longe superavit.

Hanc igitur Tuam — appellemne artem nescio an doctrinam  
an virtutem — diu perpetuoque suspiciens, hocce admiratio-  
nis testimonium pace et venia Tua offerebam nec minus grati  
animi, quum etiam Tui regni per magistrorum præclarorum  
sive scholas sive libros ad meum laborem perficiendum doctus  
sim et Bibliothecarum ac codicum manu scriptorum opibus  
adjutus. Has ob causas, clementissime Rex! hujus operis vesti-  
bulum illustrissimo titulo inscribendum esse censui patrocini-  
umque a Tua benignitate et literarum amore ut oportebat  
rogavi.


Quod quum quæ Tua est humanitas concesseris, precor, ut  
Dominus Dominorum, Tuæ eloquentiæ ac virtutis auctor  
unde tamquam e fonte perenni et cogitata et dicta petis, Ma-  
jestatis Tuæ splendorem splendidiorem in dies reddat conser-  
vetque Tibi quas multas largitus est vires integras ad Suum

Gd 15.145  
B














ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

DEMOSTHENIS

OPERA.

---

PARISIS. — EXCUBEANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

---



ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ  
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

DEMOSTHENIS  
OPERA

RECENSUIT

GRÆCE ET LATINE

CUM INDICIBUS

EDIDIT

**D' JOHANNES THEODORUS VOEMELIUS**

RECTOR GYMNASII FRANCOF.



PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI REGII FRANCIE TYPOGRAPHO.

M DCCC XLIII.

vocabulis, quæ Demosthenes præcidere solet\*, sed ubi incidit orator enuntiati partes et gravius singula pronuntiasse videtur, apostrophus locum non habet, v. c. τί δέ; ἔστιν ὅστις etc., εἰσι παρὰ σοί, ἡλικίαν ἔχουσαι γάμου. Hoc quoque observasse mihi videor, Demosthenem ante graviter vocabulum pronuntiandum voce quievisse et hiatum quem quis putaverit tollendum non evitasse. Quam moram, ubi necessarium videbatur, commate significabam. Denique tempus orationum et genus dicendi est discernendum. nam in primarum orationum omnibus codicibus hiatus frequentior invenitur quam posteriorum, et in quibusdam forensibus tam frequentem eum omnes libri mordicus tenent, ut Benselerus eas ideo spurias esse crediderit.

Transeo ad rem cognatam. Interpunctionis signis alii aliter utuntur. Comma alii ad constructionem expediendam usurpant, alii ad pronuntiationem indicandam adhiberi contendentes, vetant interpungi post apostrophum, v. c. ἴνα τοίνυν εἰδῆθ' ὅτι. At parum hi sibi constare possunt, quia eodem signo diversas enuntiati partes separant nec voci moderandæ ubique serviunt, v. c. hunc locum ἃ οὐδ' ἂν εἰ παρ' ἑαυτοῦ δοίη τις ὑμῖν λαθεῖν ἄξιον sine commatis scribendum jubent, quia ἄν pertinet ad ἄξιον sc. εἶη. At vox quiescit post ἃ, et οὐδ' — ὑμῖν uno tenore pronuntiat. Quid igitur? Ex ipsorum horum virorum regula distinxi post ἃ et post ὑμῖν. Cujus duplicis generis commate quum careamus et diversis diversæ rei signis, quæ possent facile usurpari (, et!), equidem commate utebar partim ne, quod Buttmanus (Gramm. ampl. vol. I, p. 68 ed. 2.) necessarium esse sincere confitetur, ad repetendam enuntiationem lector cogere, sed ut statim structuram perspiceret, « quum liber probe interpunctus commentarii justici vicem habeat » (F. A. Wolfii Præf. ad Plat. Symp. p. XIX), etiam ubi vox comma negligit, partim, etiam in continuata constructione, ad pausam indicandam, inprimis ut hiatus evanesceret. — Semicolon tan-

\* Si in his minutiis corrigendis nonnulla fortasse prætermisi, peto negligentiam, quam vel diligentissimus oculus in talibus vitiiis indagandis non satis cavere potuerit, veniam. Corrigas quæso quoque Cor. § 173 προσχόντες pro προσσχόντες, quam formam in reliquis locis ex usu Attico scripsi. Symm. § 22 δ' ἢ corrige pro δέ, de quo loco vid. Funkhænel. Diar. Antiq. 1841, n° 116, p. 965. ἢ καὶ σαφῆς εἶεν ἔσται καὶ ῥαδία intelligo i. q. ἢ καὶ σαφῆς ἔσται εἶεν ἔσται καὶ ἢ ῥαδία ἔσται. nam ἢ σαφῆς εἶεν ἔσται uno enuntiato duo relativa comprehenduntur. — fals. leg. § 124 scr. μεταθεῖσθ' pro μετάθεισθ'. — Olynth. I, § 7 βέβαιον ἔχθραν.

[Priorem quoque partem, jam anno 1838 stereotypicis formis exprimi cœptam, posterius ad normam hic expositam diligenter revocavit clar. Vœmelius; sed quum brevi appareret illas emendationes non posse sine gravissimis incommodis repræsentari, in primis 175 paginis hiatum passim reliquimus. F. D.]

tum apodosi dabam. Duo puncta non nova sunt, sed diu in codicibus inventa, et necessaria, si semicolon apodosin solam incipiendam significat, id quod longioribus Demosthenis et circumductis enuntiatis primo oculorum obtutu intelligendis commode inseruit. Punctum majus et minus majuscula et minuscula litera sequente discernebam.

Restat ut, qui nos de codicum auctoritate pendere totos professi simus, non id dicamus, nos nihil ad grammaticæ leges, nihil ad palæographiam, nihil ad sententiæ nexum, nihil ad usus Demosthenici regulam, nihil ad rerum rationem exigere. Pensitabamus ea omnia semper, ut etiam e conjectura, quamvis rarissime, corrigentes reciperemus quæ minime dubia viderentur. Quod ubi faciendum putabamus, asterisco \* post vocabulum emendatum posito signabamus. Corruptis locis, quos certa medela sanare non poteramus, signum † apponebamus vel vocabulum depravatum punctis notabamus, medela probabili in marginem rejecta. Reliqua e codicibus petita sunt. Hæc monenda erant, quia apparatus meum notasque criticas huic editioni jam nunc adjungi vetabat ratio bibliopolæ.

Interpretationem Hieronymi Wolfii de Demosthenis orationibus explicandis meritissimi, quam Castellio Latinitatis peritissimus correxit, hanc inter omnes interpretationes excellentem repetendam curavi, sed ad græca a nobis recensita accommodatam et ab erroribus, qui pro sorte mortalium a nostris operibus non absunt, diligenter purgatam. — Reiskii indices rerum addidi correctos multifariam et auctos.

Fragmenta si quis plura quam dedi exspectavit, recordetur multa videri quæ non sunt. nam non omnes apud scriptores inventi loci Demosthenici, quos non indicaverunt editores, sunt orationum amissarum. partim memoriter et tam negligenter verba a grammaticis reddita sunt, vel a scribis et tempore corrupta, ut editores eorum etiam diligentiores se illa in Demosthenis orationibus, quas adhuc habemus, inventuros esse desperarint, partim sententia tantum laudata est vel ratio tractata (*μεταχέρισις*), partim Demosthenes confusus est cum aliorum scriptorum nominibus, eo etiam tanquam appellativo nomine alii quoque oratores v. c. Libanius (Demosthenes minor) significantur, partim sunt Demosthenis illius quidem celeberrimi verba allata, neque vero ex oratione aliqua petita, sed pro apophthegmate dicta. Facilius fuisset multa dare quam pauca.

Scr. Francofurti a. M. MDCCCXLI.

THEOD. VOEMELIUS.



# ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

## ΠΡΟΣ ΑΝΘΥΠΙΑΤΟΝ ΜΟΝΤΙΟΝ

Ἄξιωσαντα αὐτὸν γράψαι οἱ τὸν τε Δημοσθένους βίον  
καὶ τὰς ἀπάντων τῶν λόγων αὐτοῦ ὑποθέσεις.

1. Ἐπειδὴ, κράτιστε ἀνθυπιάτων Μόντιε, κατὰ τὸν  
Ὀμηρικὸν Ἀστεροπαῖον περιδέξιός τε εἰς λόγους ὦν  
πρωτεύεις μὲν ἐν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καὶ τῆς παρ'  
ἐκείνους παιδείας δμολογουμένως τὸ πρεσβεῖον ἀνήρη-  
σαι, ἀμελείς δὲ οὐδὲ τῆς Ἑλληνικῆς, ἕτε καὶ ἐν αὐτῇ  
διὰ τὸ τῆς φύσεως μέγεθος ὑπερέχειν δυνάμενος, ἀλλὰ  
περὶ τε τοὺς ἄλλους διατρίβεις καὶ περὶ τὸν τελευτάτων  
τῶν Ἑλληνικῶν ῥητόρων, τὸν Δημοσθένην, καὶ δὴ καὶ  
10 ἡμᾶς ἐβουλήθης τὰς ὑποθέσεις τῶν τούτου λόγων ἀνα-  
γράψασθαί σοι· δεχόμεθα μὲν ἄσμενοι τὸ πρόσταγμα  
(ἴσμεν γάρ, ὅτι πλείω τὴν τιμὴν ἢ τὸν κόπον ἔχει), ἀρξό-  
μεθα δὲ τοῦ συντάγματος ἀπὸ τοῦ βίου τοῦ ῥήτορος,  
2 οὐχ ὄλον αὐτὸν διεξιόντες (περιττὸν γάρ τοῦτο), ἀλλὰ  
τοσούτων μνημονεύοντες, ὅσα δοκεῖ καὶ πρὸς κατάληψιν  
ἀκριβοστέραν τῶν λόγων συντελεῖν.

2. Δημοσθένης τοίνυν τῷ ῥητορὶ πατὴρ ἦν Δημοσθέ-  
νης, ἀνεπιληπτός τῷ γένει δοκῶν, ὡς καὶ Αἰσχίνης  
ἐθρόος ὦν μαρτυρεῖ (εἴρηται γοῦν οὕτως αὐτοῖς ῥήματα  
« τούτῳ πατὴρ μὲν ἦν Δημοσθένης ὁ Παιανιεύς, ἀνὴρ  
εὐεῦθερος. οὐ γὰρ δεῖ ψεύσασθαι »), ἐργαστήριον δὲ  
οἰκετῶν μαχαιροποιῶν κεκτημένος, ἐντεῦθεν τὴν τοῦ  
10 μαχαιροποιῶν κλησὶν ἔλαβε. Τὸ μὲντοι μητρῶον γένος  
τοῦ ῥήτορος οὐκ ἦν, ὡς φασί, καθαρῶς Ἀττικόν, Γύλων  
ἐπὶ προδοσίας ἐγκλήματι, οἰκίσαντος δὲ περὶ τὸν  
Πόντον, καὶ ἐξ ἑκαταετησίᾳ ἀγαγομένου \* Σκύθην τὸ γένος,  
15 ἐξ ἧς ἦν τοῦ Δημοσθένους ἡ μήτηρ Κλεοβούλη. εἰς  
τούτῳ γοῦν ἄλλοι τε λελοιδόρηκασιν καὶ Αἰσχίνης, εἰπὼν  
ὡς ἄρα εἴη Σκύθης, βάρβαρος Ἑλληνίζων τῇ φωνῇ.  
Περὶ μὲν οὖν τοῦ γένους αὐτοῦ τοσαῦτα εἰρήσθω. ὀρ-  
ζῆκος δὲ καταλειπθείς ὑπὸ τοῦ πατρὸς κομιδῇ νέος ἦν  
μὲν, ὡς φασί, ἀσθενῆς τῷ σώματι καὶ νοσώδης, ὥστε  
20 μὴδὲ εἰς παλαιστρὰν φοιτῆσαι, καθάπερ πάντες οἱ τῶν  
Ἀθηναίων παῖδες εἰώθεσαν. ἦθεν καὶ ἀνδρωθεὶς ὑπὸ  
τῶν ἑχθρῶν εἰς μαλακίαν ἐσκώπητο καὶ Βάταλος ἐπω-  
νυμίαν ἔσχεν. ἰστόρηται γάρ τινα Βάταλον Ἐφέσιον  
αὐλητὴν γενέσθαι, δε πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις  
25 ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐγρήσατο καὶ μέλεσι κατεαγόσι, καὶ δῶκε  
τὴν τέχνην ἐμάθασεν. ἀπὸ τούτου δὲ τοὺς ἐκλύτους  
καὶ ἀνάδρους Βατάλους ἐκάλουν.

3. Λέγεται δὲ τὸν Δημοσθένην τὴν πολλὴν καὶ σφο-  
δρὰν ἐπὶ λόγους ὄρμηθ' ἐντεῦθεν σχεῖν : Καλλίστρατος  
ἦν Ἀθηναῖος ῥητορὸς ἐνδοξός. οὗτος ἐμελλε δημοσίαν  
3 τινὰ δίκην ἀγωνίζεσθαι, φασί, οἴμαι, τὴν περὶ Ἰρω-  
ποῦ. ὁ τοίνυν Δημοσθένης παῖς ὦν ἐδεῖτο τοῦ ἐξ  
οἴκου συγχωρησαί παραβαλεῖν αὐτῷ τῇ δίκῃ.

DEMOSTHENES.

# LIBANII RHETORIS

## AD MONTIUM PROCONSULEM

Qui sibi ab eo et vitam Demosthenis et omnium orationum  
ejus argumenta scribi jusserat Præfatio.

1. Quum, præstantissime Proconsulum Monti, ut Ho-  
mericus ille Asteropæus, in eloquentia ambidexter, et in  
Romanorum sermone principatum teneas eorumque do-  
ctrinæ palmam extra controversiam sis adeptus, et ne Græca  
quidem negligas ut qui in his quoque propter ingenii ma-  
gnitudinem possis excellere, sed quum in aliis scriptoribus  
verseris tum vero in præstantissimo Græcorum oratorum,  
Demosthene, ac proinde postularis, ut orationum ejusdem  
argumenta tibi conscriberemus; haud inviti mandato pare-  
mus (scimus enim plus in eo honoris esse quam laboris),  
auspicabimur autem scriptum hoc a vita ipsius oratoris,  
non totam eam (supervacaneum enim hoc esset) exposituri,  
sed ea tantum commemoraturi quæ ad accuratorem oratio-  
num perceptionem profutura videantur.

2. Demosthenis oratoris pater fuit Demosthenes, qui vi-  
detur inculpatore genere ortus, ut etiam Æschines inimicus tes-  
tatur, cujus hæc ipsa verba sunt : « Ei pater fuit Demosthe-  
nes Præaniensis, vir ingenuus, neque enim mentiendum est. »  
Is quum officinam servorum haberet qui gladios faciebant,  
inde fabri gladiatorum appellationem habuit. Sed maternum  
oratoris genus non pure fuit, ut ferunt, Atticum, quia Gylon  
avus Demosthenis, quum Athenis ob proditionis crimen  
exularet et circa Pontum habitaret, ibi mulierem Scythicam  
uxorem duxerit, e qua nata fuerit Demosthenis mater Cleo-  
bule. Id quod ei quum alii exprobarunt, tum Æschines qui  
eum dicit esse Scytham, barbarum græca lingua utentem.  
Atque hactenus de genere ejus. Pupillus autem a patre ad-  
modum puer relictus, corpore fuisse dicitur imbecilli et  
morbido, adeo ut ne palæstram quidem frequentaret, ut  
omnes Atheniensium filii solebant. Unde etiam adulto mol-  
lities ab inimicis objectabatur, et Batali cognomen tribue-  
batur. memorant enim quendam fuisse Batalum Ephesium  
tibicinem, qui primus calcæis in scena muliebribus fuerit  
usus et modis enervatis, quique artem omnino effeminavé-  
rit. a quo molles et effeminatos Batalos nominabant.

3. Magnus autem et vehemens impetus ad eloquentiam  
inc fertur in Demosthene excitatus : Callistratus erat clarus  
orator Atheniensis. is causam quandam publicam (aiunt de  
Oropo, nisi fallor) acturus erat. Demosthenes igitur præ-  
fectum sibi famulum orabat, ut veniam daret accedendi  
ad judicium, qua impetrata auditoque Callistrato, sic af-

καὶ δὲ ἐπέτρεψεν. ἀκούσας δὲ οὕτω διετέθη, ὥστε  
 5 ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας πάντα πάρεργα πρὸς τοὺς λόγους  
 θέσθαι. Διδασκάλῳ δὲ χρῆσάμενος Ἰσαίῳ, μάλα  
 δεινῷ ῥήτορι, εἰς ἀνδρᾶς ἐγγραφεῖς εὐθὺς ἀγῶνα κατὰ  
 τῶν ἐπιτρόπων ἐνεστήσατο, κακῶς διωκητόων τὴν  
 οὐσίαν αὐτοῦ. καὶ εἶλε μὲν αὐτοὺς, οὐ μὴν ἠδυνήθη  
 10 πάντα ἀπολαβεῖν ὅσα ἀπολώλεκε. τοὺς δὲ λόγους  
 τοὺς ἐπιτροπικὸς εἰσὶν οἱ φασιν Ἰσαίου καὶ οὐ Δημο-  
 σθένους εἶναι, διὰ τὴν ἡλικίαν τοῦ ῥήτορος ἀπιστοῦντες  
 (ὀκτωκαίδεκα γὰρ ἐτῶν ἦν, ὅτε πρὸς τοὺτους ἠγωνίζε-  
 το) καὶ ὅτι δοκοῦσιν οἱ λόγοι τὸ τοῦ Ἰσαίου πως ἐπι-  
 φαίνειν εἶδος. ἕτεροι δὲ νομίζουσι συντετάχθαι μὲν  
 15 ὑπὸ Δημοσθένους, διωρθῶσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ Ἰσαίου.  
 οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ ὁ Δημοσθένης ἠδύνατο μὲν καὶ  
 ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡλικίας συγγράφειν τοιοῦτους λόγους  
 (ἡ γὰρ ὑστερον ὑπεροχὴ καὶ τοῦτο πιστοῦται), ἀπὸ δὲ  
 νεαρῶς ἔτι τῆς ἀσκήσεως τῆς ὑπὸ τῷ διδασκάλῳ τὸν  
 20 ἐκείνου χαρακτήρῃ πολλοαχῇ μεμίμηται. μετὰ μέντοι  
 τούτους τοὺς ἀγῶνας βραχὺ τῇ ἡλικίᾳ προελθὼν σοφι-  
 στεύειν ἐνεχείρησεν, εἶτα ἀπαλλαγείς τούτου συνηγό-  
 ρησεν ἐν δικαστηρίῳ. τούτοις δὲ ὥσπερ γυμνασίους  
 χρῆσάμενος ἐπὶ τὸ δημαγωγεῖν καὶ τὰ τῆς πόλεως πράτ-  
 τειν ἤλθεν.

4. Ἐπι κάκεινον μνημονεύειν, ὅτι τραυλὸς μὲν ἦν  
 25 τῆν γλῶτταν ἐκ φύσεως, τὸ δὲ πνεῦμα ἀτονώτερος,  
 ἔξ ὧν ἀμφοτέρων συνέβαινε φαυλοτάτην αὐτὸν τὴν ὑπό-  
 κρισιν παρεχόμενον οὐκ εὐδοκίμειν τὸ κατ' ἀρχὰς ἐπὶ  
 τοῖς λόγοις. διὸ καὶ πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα « τί ἐστὶ  
 ῥητορικὴ » ἀπεκρίνατο ὅτι ὑπόκρισις, δυσχεραίνων ὅτι  
 4 διὰ ταύτην τῶν χειρόνων ἤττων ἐφαίνετο. ἀλλὰ  
 καὶ ταῦτα μελέτῃ κατώρθωσε καὶ ὅσα ἄλλα αὐτῷ πρὸς  
 δημαγωγίαν ὑπῆν ἐλαττώματα. καὶ γὰρ δειλὸς ἦν τὸ  
 πρῶτον πρὸς τοὺς τοῦ δήμου θορύβους καὶ εὐκατάπλη-  
 5 κτος, ὥστε εὐθὺς ἐξίστασθαι. διὰ δὲ τοῦτο φασιν αὐτὸν  
 ἀνεμὸν βαγδαῖον τηροῦντα καὶ κινουμένην σφοδρῶς τὴν  
 θάλατταν παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς βαδίζοντα λέγειν, καὶ  
 τῷ τῆς θαλάττης ἤχῳ συνεθίζεσθαι φέρειν τὰς τοῦ δή-  
 μου καταβοάς. Μνημονεύονται δὲ αὐτοῦ καὶ οἰκήσεις  
 κατάγειοι καὶ ζυρήσεις ἀπρεπεῖς, ἵνα δι' αἰσχύνῃ μὴ  
 10 προῖοι τοῦ τῆς οἰκίας δωματίου, καὶ ὡς οὐδὲ τὰς νύκτας  
 ἐκάθευδεν, ἀλλὰ διαπνεύειτο πρὸς φῶς περὶ λόγους.  
 ὅθεν καὶ Πυθέας σωπτικῶν ἔφη τοὺς λόγους τοῦ Δη-  
 μοσθένους λύχνων ἀπόζειν. πρὸς δὲ ὁ Δημοσθένης  
 ἀστεῖως ἄμα καὶ πικρῶς « οἶδα » εἶπεν « ὅτι σε λυπῶ  
 15 λύχνον καίω ». διεβέβλητο γὰρ ὡς λωποδυτῶν νύκτωρ  
 ὁ Πυθέας. καὶ μὴν ὅτι γε ὕδωρ ἐπετήδευε πίνειν, ἵνα  
 ἐγρηγοροῦντα μᾶλλον παρέχεται τὴν διάνοιαν, ἅπασιν  
 ὠμολόγηται, παρελήφραμεν δὲ κάκεινο, ὡς καὶ ξίφος  
 ποτὲ ἐκ τῆς ὀροφῆς ἀπήρτησε καὶ ἰστάμενος ὑπὸ τοῦτο  
 ἔλεγεν. ἐποίει δὲ τοῦτο δι' αἰτίαν τοιαύτην : ἐν τῷ  
 20 λέγειν ἀπρεπεῖς τὸν ὄμιον εἰώθει κινεῖν. ὑπερεκρέμασεν  
 οὖν τοῦ ὄμιου τὸ ξίφος ἐν χρῶ, καὶ οὕτω τῷ δέει τῆς  
 πληγῆς ἠδυνήθη κατασχεῖν ἑαυτὸν ἐπὶ τοῦ πρόποντος  
 σχήματος.

fectus est, ut ab illa hora omnia præ eloquentia tanquam  
 supervacanea contemneret. Præceptore usus Isæo admo-  
 dum perito oratore, in viros inscriptus, statim actionem con-  
 tra tutores instituit, qui rem ejus familiarem male admini-  
 strarant. Quos tametsi vicit, tantum recuperare tamen haud  
 potuit, quantum amiserat. Orationes autem tutorias quidam  
 non Demosthenis, sed Isæi esse dicunt, quia incredibile  
 putant eas illa ætate ab oratore potuisse scribi (fuit enim  
 annorum xviii, quum causam illam ageret), et quia genus  
 orationis Isæum quodammodo referre videatur. Sed alii  
 censent compositas quidem esse a Demosthene, sed ab Isæo  
 correctas. Neque vero mirum est Demosthenem inde ab ea  
 etiam ætate tales orationes potuisse scribere (nam secuta  
 deinceps ejus excellentia hoc quoque credibile facit), pro-  
 pter recentem autem adhuc sub præceptore exercitationem  
 stylum illius multis in locis imitatum esse. Post eas causas,  
 paululum ætate quum processisset, docere artem rheto-  
 ricam instituit. Deinde relicto eo vitæ genere, in judicio cau-  
 sas egit, atque iis velut exercitationibus usus, ad oonciones  
 habendas et rempublicam administrandam accessit.

4. Illud etiam prætereundum non est, eum natura fuisse  
 balbum et spiritu imbecilliore, propter quæ utræque fiebat,  
 ut in pronuntiatione ineptissimus, primum in dicendo non  
 approbaretur. Quare interrogatus, quid eloquentia esset,  
 pronuntiationem esse respondit, graviter ferens se propter  
 eam minorem videri deterioribus. Sed et hæc studio correxit,  
 et si quibus aliis incommodis fiebat ut minus aptus ad ge-  
 rendam rempublicam videretur. Etenim primum populi  
 tumultus formidabat et facile percellabatur, ut statim cede-  
 ret. proptereaque dicunt eum vehementi vento observato et  
 mari admodum commoto in littore ambulantiem verba fe-  
 cisse, et sonitu maris audiendo se consuefecisse ad ferendos  
 populi adversos clamores. Memorantur etiam ejus et habi-  
 tationes subterraneæ et rasuræ indecentes, ne præ verecun-  
 dia ex ædium cella egrederetur, etiam non dormiisse noctu  
 fertur, sed orationes ad lucernam expolivisse. Unde Py-  
 theas per jocum dicebat orationes Demosthenis lucernam  
 olere. cui Demosthenes facete simul et acerbè respondit :  
 « Scio me tibi accendenda lucerna molestum esse. » rumor  
 enim erat Pytheam noctu grassari. Quin aquam potare so-  
 litum, ut ingenio esset vigilantiore, constat inter omnes.  
 Illud quoque accepimus, eum aliquando de lacunari ense  
 suspendisse et sub eo stantem dixisse, idque fecit ob talem  
 causam : in dicendo humerum indecenter movere solebat.  
 suspendit igitur ense supra humerum ut cutem tangeret,  
 atque ita metu ictus continere se in stata decenti potuit.

5. Ἀναγκαῖον δὲ διηγήσασθαι καὶ ὅπως εἶχε τὰ τε  
 25 τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν Ἀθηναίων πράγματα, ὅτε ἐπὶ  
 τὸ δημαγωγεῖν ἦλθε Δημοσθένης. Θηβαῖοι Λακεδαί-  
 μονίους ἄρχοντας τῶν Ἑλλήνων καὶ μεγίστην δύναμιν  
 ἔχοντας ἐν Λεύκτροις τῆς Βοιωτίας μάχῃ νικήσαντες,  
 αὐτοὶ παρῆλθον εἰς ἰσχὺν, καὶ μετ' ὀλίγον πρὸς Φωκέας  
 5 πολέμον ἐξήνεγκαν. ἦσαν δὲ οἱ Φωκεῖς ἔθνος ἄμωρον  
 τῇ Εὐβοίᾳ, πόλεις ἔχον δύο καὶ εἰκοσιν. οὗτοι  
 καταλαβόντες τὸν τοῦ Πυθίου ναὸν, πλησίον ὄντα, ἐσύ-  
 λησαν, ἀνθ' ἧτου καὶ οἱ Θηβαῖοι πολέμον ἐξήνεγκαν  
 πρὸς αὐτούς. ἐπολέμουν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τὸν συμ-  
 10 μαχικὸν κληθέντα πολέμον. Χίοι γὰρ καὶ Ῥόδιοι καὶ  
 Βυζάντιοι κάλοι ποτὲ ὄντες ὑπήκοοι Ἀθηναίων, τότε μετ'  
 ἄλλῃων συστάντες καὶ συμμαχίαν ποιησάμενοι πρὸς  
 αὐτούς ἐπολέμουν. καὶ οὕτω μὲν ἡ Ἑλλάς εἰς πολλὰ  
 μέρη διήρητο, Ἀθηναίων πολεμούντων πρὸς τοὺς προει-  
 15 ρημένους καὶ Θηβαίων πρὸς Φωκέας καὶ Λακεδαίμο-  
 νίαν πρὸς Πελοποννησίους. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν  
 Φίλιππος ὁ Ἀμύντου παῖς εἰς τὴν Μακεδόνων βασιλείαν  
 παρῆλθεν. Ἀμύντα γὰρ τῇ Μακεδονίᾳ βασιλεῖ τρεῖς  
 ἐγένοντο παῖδες ἐξ Εὐρυδίκης τῆς Ἰλλυρίδος, Ἀλέξαν-  
 20 δρος, Περδίκκας, Φίλιππος. τούτων ὁ μὲν πρεσβύτερος  
 πρὸς Ἰλλυριῶδες μαχόμενος, Φίλιππος δὲ ὁ νεώτατος  
 ἐτύγγανε μὲν ἐν Θήβαις ἡμερεύων, ὡς δὲ ἐπίθετο τὸν  
 Περδίκκου θάνατον, ὑπεξελθὼν λάθρα καὶ ὀξέως εἰς  
 30 Μακεδονίαν ἀφικόμενος κατέσχε τὴν ἀρχήν. Ἀθηναῖοι  
 δ' ἄρ' ἑτερόν τινα, γένους μὲν ὄντα τοῦ βασιλικῆς,  
 φυγάδα δὲ ἐκ Μακεδονίας, ἐπὶ βασιλείαν κατήγον μετὰ  
 πολλοῦ πλήθους στρατιωτῶν. τούτοις ὁ Φίλιππος ἐπι-  
 θέμενος ἐνίκησε μάχῃ, καὶ ἄσους συνέλαβεν αἰχμαλώ-  
 35 τούς τῶν Ἀθηναίων, ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων οὐ κατ' εὖ-  
 νοιαν τῆς πόλεως οὐδὲ δι' ἐπιείκειαν τρόπον.

## 6 ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΕΡΩΝ ΤΗΣ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ.

6. Ἐἰς ῥητορικῆς μέρη τρία : ἐπιδεικτικὸν, συμβου-  
 λευτικὸν καὶ δικανικόν. τῶν μὲν οὖν δυοῖν ἄκρος  
 ἀγωνιστῆς γέγονε, τοῦ τε δικανικοῦ καὶ συμβουλευτι-  
 5 κοῦ. ἐπιδεικτικὸς δὲ οὐκ ἔχομεν αὐτοῦ λόγους. τοὺς  
 γὰρ φερομένους οὐ πιστευτέον εἶναι Δημοσθένους, τὸν  
 ἐπιτάφιον καὶ τὸν ἐρωτικόν. πολλὴ γὰρ τῆς ἐκείνου δυ-  
 νάμειος ἀπολείπονται. καὶ οὐχ ἡμετέραν γνώμην  
 λέγομεν, ἀλλὰ καὶ Διονυσίῳ τῷ Ἀλικαρνασσεῖ τούτο  
 10 συνδοκεῖ. ὅτι μὲν γὰρ εἶπεν ἐπιτάφιον λόγον Δημο-  
 σθένης, ὠμολόγηται, οὐ μὴν τοῦτον εἰκὸς εἶναι τὸν  
 ὑπ' ἐπινοῶν ῥηθέντα, πάνυ φαύλους καὶ ἀσθενῶς ἔχοντα.  
 Τῶν δὲ συμβουλευτικῶν αὐτοῦ λόγων οἱ μὲν αὐτὸ τοῦτο  
 ἔχουσιν ἐπίγραμμα, συμβουλευτικοί, οἱ δὲ οὐδὲν μὲν  
 15 ἤτιόν εἰσι συμβουλευτικοί, Φιλιππικοὶ δὲ οἷδε ἐπιγρά-  
 φονται, ἐκ τοῦ περὶ τῶν τοῦ Φιλίππου πραγμάτων  
 εἰρησθαι τὴν κλήσιν λαχόντες. καὶ τῶν Φιλιππικῶν  
 ἕκαστος ἰδίαν τινὰ ἐπιγραφὴν ἔχει κατὰ τὴν τῶν πρα-  
 γμάτων ἑκάστων ιδιότητα.

5. Explicandum est etiam, quo loco res et Græcorum et  
 Atheniensium fuerint, quum ad rempublicam Demosthenes  
 accederet. Thebani Lacedæmonios principes Græcorum et  
 maxima potentia præditos ad Leuctra vicum Bœoticiæ quum  
 vicissent, ipsi potentes esse cœperunt et paulo post bellum  
 Phocensibus intulerunt. erant autem Phocenses gens Eu-  
 bœæ finitima, oppida habens duo et viginti. hi Pythii fa-  
 num, quod vicinum erat, occupatum quum spoliassent, ea  
 de causa illos Thebani bello petierunt. Gerebant Athe-  
 nienses quoque bellum, quod Sociale nominant. nam Chii  
 et Rhodii et Byzantii, qui olim paruerant Atheniensibus,  
 tunc conspiratione et societate inter se inita contra eos bellum  
 gerebant. Sic Græcia in multas partes divisa erat, quum  
 Athenienses bellum contra eos gererent quos diximus, et  
 Thebani contra Phocenses, et Lacedæmonii contra Pelopon-  
 nesios. Eo tempore Philippus Amyntæ filius regnum Ma-  
 cedonum suscepit. Amyntæ enim Macedoniae regi tres nati  
 erant filii ex Eurydice Illyria, Alexander, Perdiccas, Phi-  
 lippus. horum natu maximus Alexander per insidias cæ-  
 sus, Perdiccas contra Illyrios pugnans occubuit. Philippus  
 autem natu minimus Thebis obses erat, Perdiccæ autem  
 morte audita, clam digressus et celeriter in Macedoniam  
 profectus, regnum obtinuit. Sed Athenienses alium quemdam  
 regii generis, sed Macedonia exulantem cum magnis copiis  
 reducebant in regnum, quas Philippus ex insidiis aggressus,  
 prælio vicit et quotquot Athènienses ceperat, eos sine pre-  
 tio dimisit, non ex benivolentia erga urbem neque ex inge-  
 nii clementia.

## DE PARTIBUS CAUSARUM.

6. Causarum tria sunt genera : Demonstrativum, Suasori-  
 um et Judiciale. Ac duorum judicialis et suasorii summus  
 fuit artifex. demonstrativas autem ejus orationes non ha-  
 bemus. eæ enim, quæ feruntur, non sunt putandæ esse  
 Demosthenis, Funerbris et Amatoria. longe enim sunt infra  
 ejus facultatem. Neque sententiam nostram referimus, sed  
 etiam Dionysio Halicarnasseo idem videtur. nam habuisse  
 orationem funebrem Demosthenem, id quidem constat. nec  
 tamen eam esse quæ sit ab illo habita, credibile est, quum  
 sit futilis omnino et imbecilla. Suasoriarum autem ejus  
 orationum aliæ ipso hoc modo inscribuntur, Suasoriæ, aliæ,  
 quum Philippicæ inscribantur, nihilominus suasoriæ sunt,  
 ex eo adeptæ nomen, quod de Philippi rebus sint habitæ.  
 et quælibet Philippica peculiariter inscribitur pro rerum  
 cujusque natura.

# ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

## ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Α΄.

### ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

1. Ὀλυθος ἦν πόλις ἐπὶ Θράκης, Ἑλληνικὴν δὲ ταύτη τῶν ἐνοικούντων τὸ γένος, ἀπὸ Χαλκίδος τῆς ἐν Εὐβοίᾳ. ἡ δὲ  
7 Χαλκίς Ἀθηναίων ἀποικία. πολλοὶ δὲ πόλεμοι καὶ ἐνδοξαί τῆς Ὀλύθου. Ἀθηναῖοι τε γὰρ ἐπολέμησεν ἄρχουσι τῶν Ἑλλήνων τὸ παλαιὸν καὶ αὐθις Λακεδαιμονίοις. χρόνῳ τε εἰς δύναμιν προήλθε μεγάλην, καὶ τῶν συγγενῶν πόλεων ἐπῆρχεν.  
5 ἦν γὰρ ἐπὶ Θράκης πολὺ τι γένος Χαλκιδικόν. Φίλιππῳ δὲ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ συμμαχίαν οἱ Ὀλύθιοι ποιησάμενοι, καὶ πολεμοῦντες μετ' αὐτοῦ πρὸς Ἀθηναίους τὸ κατ' ἀρχάς, καὶ τοῦτο μὲν Ἀνθεμουῖνα παρὰ τοῦ Μακεδόνοιο εἰληφότες, πόλιον ἀμφισθητήσιμον Μακεδόσι καὶ Ὀλυθίοις, τοῦτο δὲ Πισιδίαν, ἣν Ἀθηναίων ἔχοντων ἐπαλιωροῦσθαι ὁ Φίλιππος Ὀλυθίοις παρέδωκεν, ὕστερον ὑποπτεύειν ἤρξαντο τὸν βασιλέα, ὀρώντες αὐτοῦ ταχέαν καὶ πολλὴν τὴν αὐτήσιν, οὐ πιστὴν δὲ τὴν γνώμην. ἀποδημοῦντα δὲ τῆρησαντες αὐτὸν, πέμψαντες  
15 πρέσβεις πρὸς Ἀθηναίους κατέλυσαντο τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον, ποιούντες τοῦτο παρὰ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Φίλιππον. συνετέθειντο γὰρ καὶ κοινῇ πολεμεῖν πρὸς Ἀθηναίους, κἂν ἄλλο  
20 τι δόξῃ, κοινῇ σπείσασθαι. ὁ δὲ Φίλιππος πάλαι μὲν προφάσεως ἐπ' αὐτοὺς δεόμενος, τότε δὲ ταύτην λαβὼν, ὡς τὰς συνθήκας παραβεβηκόσι καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τοὺς ἑαυτοῦ φίλιαν ἐσπεισμένοις πόλεμον ἐπέτηκεν. οἱ δὲ πεπόμφασιν πρέσβεις εἰς Ἀθήνας περὶ βοηθείας, οἷς ὁ Δημοσθένης συναγο  
25 ρεῖσι, βοηθεῖν κελύων τοῖς Ὀλυθίοις. καὶ φησὶ τὴν Ὀλυθίων σωτηρίαν ἀσφάλειαν εἶναι τῶν Ἀθηναίων. σωζομένων γὰρ τῶν Ὀλυθίων οὐδέποτε ἤξει εἰς τὴν Ἀττικὴν Φίλιππον, ἀλλὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐξουσίαν ἐσεσθαι πλεῖν ἐπὶ τὴν Μακεδο  
8 νίαν κἀκεῖ ποιέσθαι τὸν πόλεμον. εἰ δὲ ὑπὸ Φίλιππῳ γένοιτο ἡ πόλις αὕτη, ἀνεῖσθαι τὴν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁδὸν τῷ βασιλεῖ. φησὶ δὲ δύομαχον εἶναι τὸν Φίλιππον οὐχ ὡς ὑπελήπται, θαρσύνων ἐπ' αὐτὸν τοὺς Ἀθηναίους.  
5 2. Δειλέκται δὲ καὶ περὶ τῶν δημοσίων χρημάτων, συμβουλεύων ποιῆσαι αὐτὰ στρατιωτικὰ ἀντὶ θεωρικῶν. καὶ τὸ ἔθος οὐ πρόδηλον ἐν, ᾧ ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἀνάγκη σαφηνίσαι. οὐκ ὄντος τὸ παλαιὸν θεάτρου λιθίνου παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ ξυ  
10 λίνων συμπηγνυμένων ἱκρίων, καὶ πάντων καταλαμβάνειν τόπον σπευδόντων, πληγαί τε ἐγίνοντο καὶ πού καὶ τραύματα. τοῦτο κωλύσαι βουλευθέντες οἱ προεστῶτες τῶν Ἀθηναίων ὤνητοὺς ἐποιήσαντο τοὺς τόπους, καὶ ἕκαστον εἶδει δίδόναι δύο ὄβολους καὶ καταβαλόντα θέαν εἶχειν. ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ  
15 πένητες τῷ ἀναλώματι λυπεῖσθαι, ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν ἕκαστον ἐτάχθη τοὺς δύο ὄβολους. Ἐντεῦθεν μὲν οὖν τὸ ἔθος ἤρξατο, προήλθε δὲ εἰς τοῦτο, ὥστε οὐκ εἰς τοὺς τόπους μόνον ἐλάμβανον, ἀλλὰ ἀπλῶς πάντα τὰ δημόσια χρήματα διενέ  
20 μοντο. Ὅθεν καὶ περὶ τὰς στρατείας ὀκνηροὶ κατέστησαν. πάλαι μὲν γὰρ στρατευόμενοι μισθὸν παρὰ τῆς πόλεως ἐλάμβανον, τότε δὲ ἐν ταῖς θεωρίαις καὶ ταῖς ἐορταῖς οἰκοὶ μένοντες διενέμοντο τὰ χρήματα. οὐκέτι οὖν ἤθελον ἐξίεναι καὶ κινδύ  
25 νεύειν, ἀλλὰ καὶ νόμον ἔβητο περὶ τῶν θεωρικῶν τούτων χρημάτων, θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ γράψαντι μετατεθῆναι ταῦτα

# DEMOSTHENIS

## OLYNTIACA I.

### LIBANII ARGUMENTUM.

1. Olynthus Thraciæ fuit urbs, quam Græci incoluerunt, Chalcide Eubolca oriundi, Chalcis autem Atheniensium colonia. Multa et præclara Olynthi bella. nam et contra Athenenses, quum Græcis imperarent olim, et item contra Lacedæmonios bella gessit, ac magnam tandem adepta potentiam et cognatis civitatibus dominata est. non parva enim in Thraciæ finitima terra Chalcidicæ gentis multitudo erat. Post inita cum Philippo rege Macedoniæ societate conjunctisque cum eo viribus, Olynthi bellum primo contra Athenienses gerentes partim Anthemunte urbe a Macedone accepta, de qua inter Macedones et Olynthios contentio erat, partim Potidæa, quam Philippus expugnatam et Atheniensibus ereptam tradiderat Olynthis, tandem suspectum habere cœperunt regem, quod et magna ejus subitaque incrementa, et parum fidum esse ingenium videbant. Observatio igitur tempore, quo is aberat, missis legalis pacem cum Atheniensibus fecerunt, qua re factus cum Philippo ictum violabant. pacti enim fuerant ut communiter bellum contra Athenienses gererent, si aliud visum esset, communiter componerent. Philippus autem jam pridem causam contra eos queritans, tum vero hanc nactus, bellum eis ut fordifragis et cum ipsius hostibus amicitia conjunctis intulit. hi legatos Athenas miserunt ad petendum auxilium, quibus Demosthenes patrocinatur, opem ferri jubens Olynthis, quod in Olynthiorum salute sita sit Atheniensium securitas. Philippum enim, salvis Olynthis, nunquam in Atticam venturum, sed Atheniensibus potestatem fore navigandi in Macedoniam atque in ea gerendi belli. sin urbs hæc a Philippo subacta fuerit, apertam esse viam regi ad invadendum in Athenienses. sit autem Philippum superata esse difficilem non tam quam putetur, ut animos contra eum faciat Atheniensibus.

2. Disseruit etiam de publica pecunia, suadens ut ea militaris pro theatrali fiat. ac morem minus notum, quo Athenienses quondam utebantur, explicari necesse est. Quum olim non saxum esset apud eos theatrum, sed ligneis tabulis coassatum, omnesque locum occupare properarent; et verberibus et interdum etiam vulneribus se mutuo affliciebant. Quod magistratus Atheniensium prohibitori, venalia fecerunt loca, ut nemo nisi binis obolis numeratis ad spectandum admittetur. Ne vero pauperes eo sumptu onerari viderentur, constitutum fuit, ut e publico hinos illos obolos quisque acciperet. Hinc igitur consuetudo orta, eo processit, ut non ad sedes duntaxat acciperent, sed in universum omnem publicam pecuniam distribuerent. Unde etiam ad militiam segnes facti sunt. quam enim pecuniam olim propter expeditiones e publico in stipendium accipiebant, eam tum in spectaculis et festis domi manentes partiebant. nolebant igitur jam egredi et periclitari, sed de theatrali hac pecunia etiam legem tulerant, quæ mortem minaretur ei, qui auctor esset, ut ea in vete-



εις την ἀρχαίαν τάξιν καὶ γενέσθαι στρατιωτικά. διὸ ὁ Δημοσθένης εὐλαβῶς ἀπαιτεῖ τῆς περὶ τούτου συμβουλῆς, καὶ ὕπερωτήσας ἐαυτὸν ὅτι « σὺ γράφεις ταῦτα εἶναι στρατιωτικά; » ἐκφέρει « μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. » Τοσαῦτα μὲν περὶ τῶν θεωρικῶν.

3. Διελέχεται δὲ ὁ ῥήτωρ καὶ περὶ πολιτικῆς δυνάμεως, ἀξίων αὐτοὺς στρατεύεσθαι καὶ μὴ διὰ ξένων, ὡς περ εἰώθεσαν, 5 ποιεῖσθαι τὴν βοήθειαν. τοῦτο γὰρ αἴτιον εἶναι φησι τοῦ τὰ πράγματα ἀκόλλυσθαι.

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΟΛΥΝΘΙΑΚΟΣ Α'.

1. Ἄντι πολλῶν ἂν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς εἰσεῖναι νομίζω, εἰ φανερόν γένοιτο τὸ μέλλον συν- οίσειν τῇ πόλει περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε. ὅτε τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν 5 τῶν βουλομένων συμβουλευεῖν. οὐ γὰρ μόνον εἰ τι χρησίμων ἰσχυρομένους ἦκει τις, τοῦτ' ἂν ἀκούσαντες λάβοιτε, ἀλλὰ καὶ τῆς ἡμετέρας τύχης ὑπολαμβάνω πολλὰ τῶν δεόντων ἐκ τοῦ παραχρῆμ' ἐνίοις ἂν ἐπελ- θεῖν εἰπεῖν, ὥστ' ἐξ ἀπάντων βαρδῖαν τὴν τοῦ συμφέ- 10 ροντος ὑμῖν αἴρεσιν γενέσθαι.

2. Ὁ μὲν οὖν παρῶν καιρὸς, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνον οὐχὶ λέγει φωνὴν ἀφίεις, ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιληπτέον ἐστίν, εἴπερ ὑπὲρ σω- τηρίας αὐτῶν φροντίζετε. ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδ' ὄντινά μοι 15 δοκοῦμεν ἔχειν τρόπον πρὸς αὐτά. Ἔστι δὴ τὰ γ' ἐμοὶ δοκοῦντα ψηφίσασθαι μὲν ἤδη τὴν βοήθειαν, καὶ παρασκευάσασθαι τὴν ταχίστην, ὅπως ἐνθένδε βοηθή- 10 σαιτε καὶ μὴ πάθῃτε ταῦτόν ὅπερ καὶ πρότερον, πρε- σβείαν δὲ πέμπειν, ἣ τις ταῦτ' ἐρεῖ καὶ παρέσται τοῖς πράγμασιν. (3) ὡς ἐστὶ μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ πα- νοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι, τὰ μὲν εἰκῶν, ἥνικ' ἂν τύχη, τὰ δ' ἀπειλῶν (ἀξίπιστος δ' ἂν 5 εἰκότως φαίνοιτο), τὰ δ' ἡμᾶς διαβάλλον καὶ τὴν ἀπουσίαν τὴν ἡμετέραν, τρέψῃ τε καὶ παρασπά- σται τι τῶν ὄλων πραγμάτων. (4) Οὐ μὲν ἄλλ' ἐπεικῶς, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ', ὅ δὲ δυσμαχώτατόν ἐστι τῶν Φιλίππου πραγμάτων, καὶ βέλτιστον ὑμῖν. 10 τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον ἐν' ὄντα κύριον καὶ ῥη- τῶν καὶ ἀπορρήτων, καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν, καὶ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρα- τεύματι, πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι πολλῶν προέχει, πρὸς δὲ τὰς καταλ- 15 λαγὰς, ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσῃται' ἄσμενος πρὸς Ὀλυν- θίους, ἐναντίως ἔχει. (5) ὅπλον γὰρ ἐστὶ τοῖς Ὀλυν- θίοις ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς 20 πατρίδος, καὶ ἴσασιν ἃ τ' Ἀμφιπολιτῶν ἐποίησε τοὺς παραδόντας αὐτῇ τὴν πόλιν καὶ Πυδναίων τοὺς ὑποδε- ζμένους. καὶ ὄλων ἀπίστον, οἴμαι, ταῖς πολιτεῖαις ἢ τυραννίς, ἄλλως τε καὶ δημορὸν χώραν ἔχουσι. (6) Ταῦτ' οὖν ἐγνωκότας ὑμᾶς, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τᾶλλ' ἃ

rem ordinem reponeretur fierique militaria. quare Demosthenes caute hanc consilii partem attingit, seque ipse interro- gans: « Tunc auctor es, ut hæc militaris fiat? » respondet: « Minime vero equidem. » Atque hæc de theatrali pecunia.

3. Dissertit autem orator etiam de civilibus copiis, postulans ut ipsi cives militent, et non, sicuti solebant, per milites peregrinos opem ferant. eam enim causam asserit esse, cur res male gerantur.

## DEMOSTHENIS OLYNTHIACA I.

1. Magnæ, Athenienses, pecuniæ vos prælaturos arbitror rationem, qua explicetur, quid in hoc negotio sit e repub- lica futurum, de quo nunc deliberatis. Quod quum ita sit, æquum est ut ultro et alacriter eos, qui consilium dare volunt, audiat. Neque enim, si quid utile meditatus venerit aliquis, id audire solum amplectique licebit, sed etiam vestræ fortunæ esse puto, quod multa opportuna dictu subito nonnullis in mentem veniant, ut ex omnibus facile vos utilia deligatis.

2. Præsens certe tempus, Athenienses, tantum non edita voce loquitur vobismetipsis esse curam rerum illarum suscipiendam, si quidem salutis eorum rationem habetis. nos vero nescio quomodo mihi esse videmur erga illas animati. Sunt scilicet, quæ mihi quidem videntur, hæc: et auxilia jam esse decernenda quamque celerrime apparanda, ut hinc opem feratis et non idem admittatis quod etiam prius, et legatos mittendos, qui hæc dicant rebusque intersint. (3) Nam hoc maxime timendum est, ne homo callidus et in rebus gerendis acer partim concedendo, ubi res ita tulerit, partim minitendo (non immerito autem illi fides adhibeatur), partim nos et absentiam nostram calumniando, de summa re aliquid vertat et avellat. (4) Verumtamen illud peropportune cadit, Athenienses, ut, quod summo Philippi rebus præsidio est, idem sit utilissimum vobis. Nam quod is unus omnia et arcana et aperta moderatur simulque et dux est et dominus et administrator, et ipse ubique adest exercitui, ad res quidem bellicas celeriter et tempestive conficiendas multum valet, sed pacificationi, quam ille cum Olynthiis libenter faciat, adversatur. (5) Neque enim obscurum est Olynthiis se jam non de gloria aut parte regionis bellum gerere, sed de excidio et patriæ servitate, noruntque et quomodo cum Amphipolarum iis egerit, qui urbem ei dederunt, et quomodo cum Pydnæorum iis, qui eum in urbem receperunt. et in universum republicæ tyrannus nihil, opinor, adhibere fidei debent, præsertim si ditionem finitimam habeant. (6) Hæc igitur, Athenienses, tenenda esse vobis et

προσῆκει πάντ' ἐνθυμουμένους φημι δεῖν ἐδελῆσαι καὶ  
 25 παροξυνθῆναι καὶ τῷ πολέμῳ προσέγειν, εἰ περ ποτέ,  
 καὶ νῦν, χρήματ' εἰσφέροντας προθύμως καὶ αὐτοὺς  
 ἐξιόντας καὶ μηδὲν ἄλλείποντας. οὐδὲ γὰρ λόγος οὐδὲ  
 σκῆψις ἔσθ' ὑμῖν τοῦ μὴ τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθέλειν ὑπο-  
 110 λείπεται. (7) νυνὶ γάρ, ὃ πάντες ἐθρουλίτε, ὡς Ὀλυν-  
 θίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον,  
 καὶ ταῦθ' ὡς ἂν ὑμῖν μάλιστα συμφέροι. εἰ μὲν γὰρ  
 ὑφ' ὑμῶν πεισθέντες ἀνειλοντο τὸν πόλεμον· σφαλεροὶ  
 σύμμαχοι καὶ μέχρι τοῦ ταῦτ' ἂν ἐγνωκότες ἦσαν ἴσως.  
 5 ἐπειδὴ δ' ἐκ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἐγκλημάτων μισοῦσι·  
 βεβαίαν εἰκὸς τὴν ἔχθραν αὐτοὺς ὑπὲρ ὧν φοβοῦνται  
 καὶ πεπόνθασιν ἔχειν. (8) Οὐ δεῖ δὴ τοιοῦτον, ὃ ἄν-  
 120 δρες Ἀθηναῖοι, παραπετωκότες καιρὸν ἀφείναι, οὐδὲ  
 παθεῖν ταῦτόν, ὅπερ ἦδη πολλάκις πρότερον πεπόνθατε.  
 Εἰ γάρ, ὅθ' ἤκομεν Εὐβοεῦσι βεβοηθηκότες καὶ παρῆ-  
 σαν Ἀμφιπολιτῶν Ἰέραξ καὶ Στρατοκλῆς ἐπὶ τοῦτὶ τὸ  
 βῆμα, κελεύοντες ἡμᾶς πλεῖν καὶ παραλαμβάνειν τὴν  
 πόλιν, τὴν αὐτὴν παρειχόμεθ' ἡμεῖς ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν  
 15 προθυμίαν ἤνπερ ὑπὲρ τῆς Εὐβοέων σωτηρίας· εἴγετ'  
 ἂν Ἀμφίπολιν τότε καὶ πάντων τῶν μετὰ ταῦτ' ἂν ἦτ'  
 ἀπῆλλαγμένοι πραγμάτων. (9) καὶ πάλιν ἦνικα Πύ-  
 δνα, Ποτίδαια, Μεθώνη, Παγασαί, τἄλλα, ἵνα μὴ  
 καθ' ἕκαστα λέγων διατριβῶ, πολιορκούμεν' ἀπηγ-  
 20 γέλλετο, εἰ τότε τούτων ἐνὶ τῷ πρώτῳ προθύμως καὶ  
 ὡς προσῆκεν ἐβοηθήσαμεν αὐτοί· ῥάονι καὶ πολὺ τα-  
 πεινοτέρῳ νῦν ἂν ἐχρώμεθα τῷ Φιλίππῳ. νῦν δὲ τὸ  
 μὲν παρὸν αἰεὶ προϊέμενοι, τὰ δὲ μέλλοντ' αὐτόματ'  
 οἰόμενοι στήσειν καλῶς, ἠδύξασαμεν, ὃ ἄνδρες Ἀθη-  
 25 ναῖοι, Φιλίππον ἡμεῖς, καὶ κατεστήσαμεν τηλικούτον,  
 ἡλικίος οὐδεὶς πω βασιλεὺς γέγονε Μακεδονίας. νυνὶ  
 δὴ καιρὸς ἔχει τις, ὅτος ὁ τῶν Ὀλυνθίων, αὐτόματος  
 τῆ πόλει, ὅς οὐδενός ἐστιν ἐλάττων τῶν πρότερον ἐκεί-  
 120 νων. (10) καὶ ἔμοιγε δοκεῖ τις ἂν, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,  
 δίκαιος λογιστὴς τῶν παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ὑπηρετημέ-  
 νων καταστάς, καίπερ οὐκ ἐγόντων ὡς δεῖ πολλῶν, ὅμως  
 μεγάλην ἂν ἔχειν αὐτοῖς χάριν, εἰκότως. τὸ μὲν γὰρ  
 πᾶλλ' ἀπολωλεκέναί κατὰ τὸν πόλεμον τῆς ἡμετέρας  
 5 ἀμελείας ἂν τις θεῖη δικαίως, τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο  
 πεπονθέναι πεφηνέναι τέ τιν' ἡμῖν συμμαχίαν τούτων  
 ἀντὶ ῥόπον, ἂν βουλόμεθα χρῆσθαι, τῆς παρ' ἐκεινῶν  
 εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν ἔγωγε θεῖην. (11) ἀλλ' οἴμαι,  
 10 παρόμοιόν ἐστιν ὅπερ καὶ περὶ τῆς τῶν χρημάτων κτή-  
 σεως. ἂν μὲν γάρ, ὅσ' ἂν τις λάβῃ, καὶ σῶσῃ· με-  
 γάλῃ ἔχει τῆ τύχῃ τὴν χάριν. ἂν δ' ἀναλώσας λάβῃ·  
 συνανάλωσῃ καὶ τὸ μαινεῖσθαι τὴν χάριν. Καὶ περὶ  
 πραγμάτων οὕτως οἱ μὴ χρῆσάμενοι τοῖς καιροῖς ὀρθῶς,  
 15 οὐδ' εἰ συνέβῃ τι παρὰ τῶν θεῶν χρῆστόν, μνημονεύουσι.  
 πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον ἐκβάν ἕκαστον τῶν πρὶν ὑπαρ-  
 ξάντων κρίνεται. Διὸ καὶ σφόδρα δεῖ τῶν λοιπῶν  
 ἡμᾶς, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φρονίσαι, ἵνα ταῦτ' ἐπανορ-  
 20 θωσάμενοι τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν ἀποτρι-  
 ψόμεθα. (12) εἰ δὲ προσησόμεθα, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ  
 τούτους τοὺς ἀνθρώπους, εἴτ' Ὀλυνθον ἐκείνος κατα-

alia quæ decet omnia cogitanda esse affirmo, ut velitis et ex-  
 citari et bello, si unquam, nunc certe maxime incumbere,  
 pecuniam prompte conferentes et ipsi militantes et nihil  
 prætermittentes. neque enim ulla vobis ratio aut excu-  
 satio, quominus officio fungi velitis, relinquitur. (7) Nam  
 quod omnes jactabatis, Olynthios in Philippi odium concitandos,  
 id ultro nunc accidit eaque ratione, quæ maxime vobis  
 expediat. nam si nostro impulsu bellum suscepissent;  
 parum firmi socii atque ad tempus in ea sententia fuissent  
 fortasse. quum autem ob illata sibi crimina eum oderint,  
 firmas eos probabile est propter ea, quæ metuunt et per-  
 pessi sunt, gerere inimicitias. (8) Non igitur negligenda  
 est, Athenienses, talis oblata occasio, neque committendum,  
 ut idem patiamini, quod sæpe jam prius perpessi estis.  
 Si enim, quum Eubœensibus auxiliati rediremus atque Hierax  
 et Stratocles ex Amphipolitis hoc suggesto consensu nos solvere  
 atque oppidum in fidem accipere juberent, pari nos studio  
 nostris ipsorum rationibus consuluissemus, quo Eubœensium  
 salutem defenderamus; et Amphipolim tum obtinuissetis et  
 omnibus quæ deinde secuta sunt negotiis essetis liberati.  
 (9) Rursus quum Pydnam, Potidæam, Methonem, Pagasas,  
 cetera (ne singulis commemorandis immorer) obsideri  
 nunciaretur, si tunc uni horum primo alacriter et ut decuerat  
 opem tulissemus ipsi; faciliore et multo humilior nunc  
 uteremur Philippo. Nunc autem, dum præsentia semper  
 amittimus et futura sua sponte se recte habitura opinamur,  
 et auximus, Athenienses, Philippum nos et effecimus tantum,  
 quantus nemo adhuc rex fuit Macedoniæ. Nunc jam offertur  
 occasio quædam, hæc Olynthiorum, ultro civitati, nulla  
 priorum illarum deterior. (10) ac ut mihi quidem videtur,  
 si quis copiarum a diis nobis suppeditatarum justus æstimator  
 constituatur, tametsi multa non ita sunt ut debent, magnam  
 tamen diis gratiam sit habiturus merito. Nam quod multa  
 in bello amisimus, id negligentiae nostræ acceptum ferri jure  
 possit, quod autem neque olim hoc passi sumus et ostensa  
 est quædam nobis societas, quæ sit cladibus hisce compensandis,  
 modo uti velimus, divinæ benivolentiæ beneficium equidem  
 interpreter. (11) Sed perinde fit, opinor, ut etiam in comparata  
 pecunia. si quis, quam acceperit, etiam servet; magnam  
 habet fortunæ gratiam. sin imprudens consumpsit; una  
 consumpsit etiam memoriam gratiæ. Item in rebus gerendis  
 qui occasionibus non recte sunt usi, neque si quid boni  
 divinitus obtigit, meminerunt. nam ex ultimo eventu de  
 iis, quæ præcesserunt, omnibus fit judicium. Quapropter  
 etiam magnæ ea quæ restant, Athenienses, nobis curæ esse  
 debent, ut his vitæ correctis infamiam ob ea quæ gesta sunt  
 acceptam exteramus. (12) si vero, Athenienses, hos quos  
 quæ homines projecimus, atque ille Olynthum everterit;

στράφηται φρασάτω τις ἐμοὶ τί τὸ κωλύον ἐστ' αὐτὸν εἶναι  
βαδίζειν ὅποι βούλεται. Ἄρα λογίζεται τις ὑμῶν, ὃ  
25 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον δι' ὃν μέγας  
γέγονεν ἀσθενής ὃν τὸ κατ' ἀρχὰς Φίλιππος; τὸ πρῶ-  
5 τον Ἀμφίπολιν λαβῶν, μετὰ ταῦτα Πύδναν, πάλιν  
Ποτιδαίαν, Μεθώνην αὖθις, εἶτα Θετταλίαν ἐπέβη.  
(13) μετὰ ταῦτα Φεράς, Παγασάς, Μαγνησίαν, πάνθ'  
ἃν βούλετο εὐτρεπίσας τρόπον ἔρχετ' εἰς Θράκην. εἶτ'  
13 εἰκεῖ τοὺς μὲν ἐκβαλὼν τοὺς δὲ καταστήσας τῶν βασι-  
λέων ἡσθένησε. πάλιν βράσις οὐκ ἐπὶ τὸ βραθυμῆν  
ἀπέκλιεν, ἀλλ' εὐθὺς Ὀλυνθίοις ἐπεχείρησεν. τὰς δ'  
5 ἐπ' Ἰλλυριοῦς καὶ Παιονίας αὐτοῦ καὶ πρὸς Ἀρύμβαν  
καὶ ὅποι τις ἂν εἴποι παραλείπω στρατείας.

14. Τί οὖν, τις ἂν εἴποι, ταῦτα λέγεις ἡμῖν νῦν; ἴνα  
γνώτε, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αἰσθησθ' ἀμφοτέρω,  
καὶ τὸ προεῖσθαι καθ' ἕκαστον αἰεὶ τι τῶν πραγμάτων  
10 ὡς ἀλυσιτελές, καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην ἣ χρῆται καὶ  
συκῆ Φίλιππος, ὑφ' ἧς οὐκ ἔστιν ὅπως ἀγαπήσας τοῖς  
πεπραγμένοις ἡσυχίαν σχήσει. εἰ δ' ὁ μὲν, ὡς αἰεὶ τι  
μᾶλλον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν, ἐγνωκῶς ἔσται,  
15 ὑμεῖς δὲ, ὡς οὐδενὸς ἀντιληπτέον ἐβραυμένως τῶν πρα-  
γμάτων σκοπεῖσθε, εἰς τί ποτ' ἔλλις ταῦτα τελευτήσαι.  
(15) Πρὸς θεῶν, τίς οὕτως εὐήθης ἔστιν ὑμῶν, ὅστις  
ἀγνοεῖ τὸν ἐκείθεν πολεμον δεῦρ' ἤζοντα, ἂν ἀμελή-  
σωμεν; ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο γενήσεται· δέδοικα, ὃ ἄν-  
20 δρες Ἀθηναῖοι, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ οἱ θα-  
νεύοντες βράδιως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις, μικρὸν  
εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέ-  
στησαν; οὕτω καὶ ἡμεῖς, ἂν ἐπὶ πολλῶ φανῶμεν ἐβρα-  
θυμηκότας καὶ ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες, πολλὰ  
καὶ χαλεπὰ ὄν οὐκ ἠβουλόμεθα ὕστερον εἰς ἀνάγκην  
25 ἔλθωμεν ποιεῖν καὶ κινδυνεύωμεν περὶ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ  
χώρα.

16. Τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν ἴσως φῆσαι τις ἂν βράδιον  
καὶ παντὸς εἶναι, τὸ δ' ὑπὲρ τῶν παρόντων ὅ τι δεῖ  
πράττειν ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ' εἶναι συμβούλου. Ἐγὼ  
14δ' οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ', ὅτι πολ-  
λάκις ὑμεῖς οὐ τοὺς αἰτίους ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ  
τῶν πραγμάτων εἰπόντας ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε, ἂν τι μὴ  
κατὰ γνώμην ἐκβῆ. οὐ μὴν οἴομαι δεῖν τὴν ἰδίαν  
ἐσφαλμένην σκοποῦνθ' ὑποστελεσθαι περὶ ὧν ὑμῖν συμ-  
5 φέρειν ἠγοῦμαι. (17) Φημί δὴ διχῆ βοηθητέον εἶναι  
τοῖς πράγμασιν ὑμῖν, τῶν τε τὰς πόλεις τοῖς Ὀλυνθίοις  
σώζειν καὶ τοὺς τοῦτο ποιήσοντας στρατιώτας ἐκπέμπειν,  
καὶ τῶν τὴν ἐκείνου χώραν κακῶς ποιεῖν καὶ τριήρσει  
καὶ στρατιώταις ἑτέροις. εἰ δὲ θατέρου τούτων ὀλι-  
10 γωρήσετε· ὀκνῶ μὴ μάταιος ὑμῖν ἡ στρατεία γένηται.  
(18) εἶτε γὰρ ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων ὑπο-  
μείνας τοῦτο Ὀλυνθον παραστήσεται· βραδίως ἐπὶ τὴν  
οἰκίαν ἔλθων ἀμυνεῖται. εἶτε βοηθησάντων μόνον  
15 ὑμῶν εἰς Ὀλυνθον ἀκινδύνως ὄρων ἔχοντα τὰ οἴκοι  
προκαθεδεῖται καὶ προσεδρεύσει τοῖς πράγμασι· πε-  
μίσται τῶν χρόνων τῶν πολιορκουμένων. Δεῖ δὲ πολλὴν  
καὶ διχῆ τὴν βοηθειαν εἶναι.

dicat mihi aliquis, quid remoraturum sit illum quominus  
eat quo vult. Numquis vestrum cogitat, Athenienses, et  
spectat, quemadmodum magnus evaserit, infirmus quum  
esset initio Philippus? primum Amphipoli capta, postea  
Pydna, tum Potidæa, denique Methone, postremo in The-  
saliam invasit. (13) Postea, quum Pheras, Pagasas, Magne-  
siam, omnia suo arbitratu composuisset, in Thraciam abiit.  
Tum ibi regibus aliis ejectis, aliis institutis in morbum  
incidit, ex eo paululum recreatus, non ad socordiam se  
deflexit, sed statim Olynthios est aggressus. Ejus autem  
in Illyrios et Pæones et adversus Arymbam et quascunque  
aliquis addere possit, prætereo expeditiones.

14. Quid igitur, inquiet aliquis, ista commemoras nobis  
nunc? Ut utrumque cognoscatis, Athenienses, et sentiat, tu  
projicere quodlibet semper quantopere noceat, tum  
qua perpetua in gerendis rebus alacritate Philippus utatur  
et vivat, præ qua fieri non poterit, ut rebus gestis conten-  
tus in otio se contineat. Qui si in ea sententia erit, ut  
agendo semper opes suas augendas censeat, vos autem  
nullius rei curam strenue suscipiendam; considerate, quem  
tandem harum rerum exitum fore sit sperandum. (15) Quis  
vestrum, per Deos immortales, adeo socors est, qui  
nesciat bellum inde ad nos venturum, si neglexerimus? Ve-  
rum id si fiet; vereor, Athenienses, ne ad eundem modum,  
quo qui facile pecuniam magno scenore sumunt atque illa  
paullisper locupletati, post etiam patrimoniis evertuntur,  
sic et nos, si magno segnitiam nostram constituisse appareat  
et ad voluptatem omnia retulisse, in eam tandem necessi-  
tatem veniamus, ut multa et gravia facienda sint ex iis,  
quæ non vellemus, utque bona hujus ipsius regionis pericli-  
tentur.

16. Ac reprehendere quidem, dixerit fortasse aliquis,  
esse facile et cujusvis, quid autem in presentibus rebus agen-  
dum sit, pronunciare, id esse consiliiarii. Ego vero quan-  
quam illud non ignoro, Athenienses, sæpe vos non iis qui  
sunt in culpa, sed his qui postremi de negotiis dixerint,  
irasci, ubi quid non ex sententia evenerit; non tamen ar-  
bitror privatæ incolumitatis ita habendam esse rationem,  
ut reformidem de iis, quæ e re vestra futura esse ducam.  
(17) Censeo igitur duobus vos oportere modis rebus suc-  
currere: tum urbes Olynthiorum tuendo et milites qui  
id agant mittendo, tum ejus dilionem infestando et trire-  
mibus et militibus aliis. Quod si alterutrum neglexerit-  
is; vereor, ne irrita futura sit vestra expeditio. (18) sive  
enim agrum suum a vobis infestari, hoc patietur atque  
Olynthum subiget; facile in regnum reversus, sua defendet.  
sive præsiidiis dumtaxat a vobis Olynthum missis vi-  
10 προσγένηται τὸ ποιεῖν ἐθέλειν τὰ γε δόξαντα προθύμους ὑμᾶς. εἰ γὰρ αὐτάρκη τὰ ψήφισματ' ἦν ἢ ὑμᾶς ἀναγκάζειν ἢ προσῆκει πράττειν ἢ περὶ ὧν ἂν γραφῇ διακράξασθαι· οὐτ' ἂν ὑμεῖς πολλὰ ψηφίζόμενοι μικρά,  
15 μᾶλλον δ' οὐδὲν ἐπράττετε τούτων, οὔτε Φίλιππος τοσοῦτον ὑβρίκει χρόνον. πάλαι γὰρ ἂν ἕνεκά γε ψηφισμάτων ἰδεδώκει δίκην. (15) Ἄλλ' οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχει. τὸ γὰρ πράττειν τοῦ λέγειν καὶ χειροτονεῖν ὑστερον ἢ τῆ τάξει, πρότερον τῆ δυνάμει καὶ κρείττον ἐστίν.  
20 τοῦτ' οὖν δεῖ προσεῖναι, τὰ δ' ἄλλα ὑπάρχει. καὶ γὰρ εἰπεῖν τὰ δέοντα παρ' ὑμῖν εἰσίν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυνάμενοι, καὶ γνῶναι πάντων ὑμεῖς δξύτατοι τὰ βέλτιστα, καὶ πράξαι δὲ δυνήσεσθε νῦν, ἔαν ὀρθῶς ποιῆτε. (16) Τίνα γὰρ χρόνον ἢ τίνα καιρὸν, ὡς ἄνδρες  
25 Ἀθηναῖοι, τοῦ παρόντος βελτίως ζητεῖτε; ἢ πότε ἢ δεῖ πράξετε, εἰ μὴ νῦν; οὐχ ἅπαντα μὲν ἡμῶν προεβλήθη τὰ γορῆ ἄνθρωπος, εἰ δὲ καὶ ταῦτα κύριος τῆς χώρας γενήσεται, πάντων ἀσχιότα πεισόμεθα; οὐχ οὖς, εἰ  
33 πλεμῆσαιεν, ἐτοίμως σώσειεν ὑπισχνόμεθα, οὔτοι νῦν

DEMOSTHENES.

'nam eo tandem rem esse redituram, si praesentia negleximus, omnes fere satis scimus.

10. « At auxilium esse ferendum, dixerit aliquis, omnes statuimus, et feremus, quomodo autem, id dicito. » Ne vero miremini, Athenienses, si quid praeter vulgi opinionem dixerō. Legumlatōres constituite: per eos autem legumlatōres nullam sancite legem (sunt enim vobis satis multae), sed eas, quae vos in praesentia laedunt, abrogate. (11) Istas autem dico et non dissimulanter dico, quae sunt de theatri pecunia, et de militantibus quasdam, quarum illae militarem iis, qui domi manent, ad spectacula distribuunt, haec desertores indemnes constituunt, deinde etiam iis qui officio fungi volunt, desperationem injiciunt. Postquam vero haec sustuleritis, et optima consulendi viam tutam praebueritis; tum qui ea roget, quae omnes esse scitis et re publica, quaeritote. (12) Priusquam autem haec acta sint, ne circumspicite, quis optime consulendo vobis a vobis interire velit. neminem enim reperietis, praesertim quum id unum ex eo futurum sit, ut qui ea dixerit et rogaverit, per injuriam aliquid patiat, rebus autem nihil consulat, verum optima suadere in posterum magis etiam, quam nunc est, reddat periculosum. Atque oportet, Athenienses, ut eas leges abrogare velint isti ipsi, qui tulerunt. (13) non enim aequum est gratia, quae totam civitatem laesit, illos frui, qui tum tulerunt. odium autem, per quod cum omnibus nobis melius ageretur, ei, qui nunc optima suaserit, esse damno. sed priusquam haec rite comparata fuerint, nequaquam, Athenienses, quenquam apud vos velitis esse tantum, ut legibus hisce a se violatis poenas non det, aut adeo vae recordem, ut in evidens malum semetipsum conjiciat.

14. Quin neque illud vobis est ignorandum, Athenienses, decreta nullius esse momenti, nisi et hoc accesserit, ut quae decreta sunt vos alacriter facere studeatis. nam si eam vim decreta haberent, ut aut vos ad officium faciendum compellere aut quaecunque continent perficere possent; neque vos multa decernendo, pauca vel potius nihil eorum ageritis, neque Philippus tam diu se insolenter gessisset. neque enim per decreta quidem stetisset, quo minus olim is poenas dedisset. (15) Sed haec non ita se habent. actiones enim ut orationibus et suffragiis ordine posteriores sunt, ita vi priores et potiores. Hoc igitur adjungendum est, et reliqua praesto sunt. nam qui quae decet dicere possint, sunt apud vos, Athenienses, et omnium acutissime vos orationes intelligitis, atque adeo nunc exsequi poteritis, si recte ageritis. (16) Quod enim tempus aut quam occasionem, Athenienses, praesente meliorem quaeritis? aut quando quae fieri debent ageritis, si nunc non ageritis? nonne omnia nobis homo loca praeripuit, et si hac quoque terra polietur, rem flagitiosissimum patiemur? nonne quibus, si bellarent, strenue nos opitulaturos pollicebamur, hi nunc bello petuntur?

πολεμοῦνται; οὐκ ἐχθρός; οὐκ ἔχων τὰ ἡμέτερα; οὐ  
 5 πάντ' ἔασαντες καὶ μόνον οὐχὶ συγκατασκευάσαντες  
 αὐτῶ τότε τοὺς αἰτίους, οἰκνίης εἰσι, τούτων ζητήσομεν;  
 οὐ γὰρ αὐτοὶ ὕ' αἰτίοι φήσομεν εἶναι, σαφῶς οἶδα τοῦτ'  
 ἐγώ. οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς τοῦ πολέμου κινδύνοις τῶν  
 10 φυγόντων οὐδεὶς ἑαυτοῦ κατηγορεῖ, ἀλλὰ τοῦ στρατηγοῦ  
 καὶ τῶν πλησίων καὶ πάντων μᾶλλον, ἡττηνται δ' ὁμοίως  
 διὰ πάντας τοὺς φυγόντας δῆπου. μένειν γὰρ ἐξῆν τῶ  
 κατηγοροῦντι τῶν ἄλλων, εἰ δὲ τοῦτ' ἐποιεῖ ἕκαστος,  
 ἐνώϊων ἄν. (18) Καὶ νῦν οὐ λέγει τις τὰ βέλτιστα;  
 ἀναστὰς ἄλλος εἰπάτω, μὴ τοῦτον αἰτιάσθω. ἕτερος  
 λέγει τις βελτίω; ταῦτα ποιεῖτ' ἀγαθῆ τύχῃ. ἀλλ'  
 15 οὐχ ἡδέα ταῦτα; οὐκέτι τοῦθ' ὁ λέγων ἀδικεῖ, πλὴν εἰ  
 δέον εὐξασθαι παραλείπει. εὐξασθαι μὲν γὰρ, ὡ ἄνδρες  
 Ἀθηναῖοι, βῆδιον, εἰς ταῦτ' ἄνθ' ἔσα βούλεται τις  
 ἀθροίσαντ' ἐν ὀλίγῳ, ἐλεσθαι δέ, ἔταν περιπρα-  
 20 γμάτων προτεθῆ σκοπεῖν, οὐκέθ' ὁμοίως εὐπορον, ἀλλὰ  
 δεῖ τὰ βέλτιστ' ἀντὶ τῶν ἡδέων, ἂν μὴ συναμφοτέρ'  
 ἐξῆ, λαμβάνειν. (19) Εἰ δέ τις ἡμῖν ἔχει καὶ τὰ θαυ-  
 ρικά ἔαν καὶ πόρους ἑτέρους λέγειν στρατιωτικούς· οὐχ  
 οὗτος κρείττων; εἰποι τις ἄν. Φήμ' ἔγωγε, εἴπερ  
 25 ἔστιν, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. ἀλλὰ θαυμάζω εἰ τῶ ποτ'  
 ἀνθρώπων ἢ γέγονεν ἢ γενήσεται, ἂν τὰ παρόντ' ἀνα-  
 λώσῃ πρὸς ἂ μὴ δεῖ, τῶν ἀπόντων εὐπορῆσαι πρὸς ἂ  
 δεῖ. ἀλλ', οἶμαι, μέγα τοῖς τοιοῦτοις ὑπάρχει λόγος  
 ἢ παρ' ἑκάστου βούλησις, διόπερ βῆστον ἀπάντων ἔστιν  
 34 αὐτῶν ἕξαπατῆσαι. ἢ γὰρ βούλεται, τοῦθ' ἕκαστος  
 καὶ οἴεται, τὰ δὲ πράγματα πολλὰκίς οὐχ οὕτω πέφυ-  
 5 κεν. (20) Ὅρθ' οὖν, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦθ' οὕτως,  
 ὅπως καὶ τὰ πράγματ' ἐνδέχεται, καὶ δυνήσεσθ' ἐξιέ-  
 ναι καὶ μισθὸν ἔχετε. οὐ τοι σωφρόνων οὐδὲ γενναίων  
 ἔστιν ἀνθρώπων, ἐλλείποντάς τι δι' ἐνδειαν χρημάτων  
 τῶν τοῦ πολέμου, εὐχερῶς τὰ τοιαῦτ' ὀνειδῆ φέρειν,  
 οὐδ' ἐπὶ μὲν Κορινθίους καὶ Μεγαρίας ἀρπάσαντας τὰ  
 10 ὄπλα πορεύεσθαι, Φιλίππον δ' ἔαν πόλεις Ἑλληνίδας  
 ἀνδραποδίζεσθαι δι' ἀπορίαν ἐφοδίων τοῖς στρατευομέ-  
 νοις.

21. Καὶ ταῦτ' οὐχ ἴν' ἀπέχθωμαι τισιν ὑμῶν, τὴν  
 ἄλλως προήρημαι λέγειν. οὐ γὰρ οὕτως ἄφρων οὐδ'  
 15 ἀτυχῆς εἰμι ἐγώ, ὥστ' ἀπεχθάνεσθαι βούλεσθαι μηδὲν  
 ὠφελεῖν νομίζων. ἀλλὰ δικαίου πολιτοῦ κρίνω τὴν τῶν  
 πραγμάτων σωτηρίαν ἀντὶ τῆς ἐν τῶ λέγειν χάριτος  
 αἰρείσθαι. καὶ γὰρ τοὺς ἐπὶ τῶν προγόνων ἡμῶν λέ-  
 20 γοντας ἀκούω, ὥσπερ ἴσως καὶ ὑμεῖς, οὓς ἐπαινοῦσι μὲν  
 οἱ παριόντες ἅπαντες, μιμοῦνται δ' οὐ πάνυ, τούτῳ τῶ  
 εἶθαι καὶ τῶ τρόπῳ τῆς πολιτείας χρῆσθαι, τὸν Ἀριστεί-  
 25 δην ἐκείνον, τὸν Νικίαν, τὸν ὁμώνυμον ἑμαυτοῦ, τὸν  
 Περικλέα. (22) Ἐξ οὗ δ' οἱ διερωτῶντες ὑμᾶς οὔτοι περῆ-  
 ναισι βῆτορες « τί βούλεσθε; τί γράψω; τί ὑμῖν χάρισω-  
 25 μαι; » προπέποιται τῆς παραυτίκα χάριτος τὰ τῆς πό-  
 λεως πράγματα καὶ τοιαυτὴ συμβαίνει, καὶ τὰ μὲν  
 τούτων πάντα καλῶς ἔχει, τὰ δ' ὁμέτερ' ἀσχερῶς. (23)  
 Καίτοι σκέψασθε, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἂ τις ἂν κεφά-

An non hostis est? non nostra tenet? non barbarus? non  
 quodcumque quis dixerit? (17) Sed per deos, si hæc omnia  
 neglexerimus et ei tantum non ad ea obtinenda operam nava-  
 verimus, tum auclores harum rerum qui sint, quaeremus?  
 neque enim nos in causa esse fatebimur, satis hoc ego scio.  
 nam et in belli periculis fugientium nemo se ipsum accusat,  
 sed tum ducem tum commilitones et quosvis potius, ut vince-  
 rentur tamen, per omnes eos profecto factum est, qui fuge-  
 runt. manere enim licuisset ei qui alios accusat, quod si  
 fecissent singuli, vicissent. (18) Ita nunc non suadet ali-  
 quis optima? surgat alius et sententiam dicat, ne illum  
 criminetur. Alius quis meliora dicit? ea facite diis propitiis.  
 At ea jucunda non sunt? non hæc jam dicentis culpa est,  
 nisi, quum vota essent facienda, non fecit. nam brevi tem-  
 pore omnia, quæ velis, in unum colligata optare facile est,  
 amplecti autem, quum de negotiis consultatio instituitur,  
 non æque promptum, sed utilissima præ jucundissimis, si  
 utraque nequeunt, accipienda sunt. (19) « At si quis thea-  
 tralem nobis relinquere possit et ostendere alios sumptus  
 militares; nonne is potior? » dixerit aliquis. Assentior equi-  
 dem, si modo fieri potest, Athenienses. sed miror cuiquam  
 unquam hominum aut evenisse aut esse eventurum ut, si  
 presentia consumpserit in ea quæ non debeat, absentibus  
 abundet ad ea quæ debeat. Sed magnum istis verbis e cu-  
 jusque voluntate nimirum præsidium est, quia omnium fa-  
 cillimum est, semetipsum decipere. quod enim quisque vult,  
 id etiam sibi fingit, sed natura rerum sæpe alia est. (20)  
 Ista igitur ita considerate, ut etiam res patiuntur, et mili-  
 tare poteritis et stipendium accipietis. non sane pruden-  
 tium neque generosorum hominum est aliquid in bello ne-  
 gligere propter pecuniæ penuriam et leviter talia probra  
 ferre aut contra Corinthios et Megarenses correptis armis  
 proficisci, Philippum autem Græcas urbes pati excindere  
 propter inopiam commeatus, quo exercitus sustentetur.

21. Atque hæc non frustra dicere institui, ut quorum-  
 dam e vobis odia susciperem (neque enim ita demens  
 aut infelix ego sum, ut cum nulla spe publici fructus pri-  
 vatum mihi odium quaeram), sed boni civis officium esse  
 puto, ut republicæ salutem gratiæ orationis anteponat. nam  
 oratores majorum nostrorum etate audio, quemadmodum  
 et vos profecto, quos laudare quidem omnes qui conciones  
 habent, parum autem imitari solent, hac ratione et hoc in-  
 stituto in republica gerenda uti solitos, Aristidem illum, Ni-  
 ciam, cognominem mihi, Periclem. (22) Ex quo autem scisci-  
 tantes e vobis isti oratores exstiterunt: « Quid cupitis? quid  
 rogem? qua vobis re gratificer? » brevi gratia republicæ nego-  
 tia quasi propinata pereunt et talia contingunt, istorum res  
 omnes præclare se habent, vestræ turpiter. (23) Atqui conside-  
 rate, Athenienses, quæ capita rerum, et superiorum et ho-

λαί' εἰπεῖν ἔχοι τῶν τ' ἐπὶ τῶν προγόνων ἔργων καὶ τῶν ἐφ' ὑμῶν. ἔσται δὲ βραχύς καὶ γνώριμος ὑμῖν 35 δὲ λόγος. οὐ γὰρ ἀλλοτριούς ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν ἀλλ' οἰκείους, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εὐδαίμοσιν ἔξεσσι γενέσθαι. (24) Ἐκεῖνοι τοίνυν, οἷς οὐκ ἐχαρίζοντο οἱ λέγοντες οὐδ' ἐφίλουσαν αὐτοὺς ὡς περ ὑμᾶς οὗτοι νῦν, 5 πέντε μὲν καὶ τετταράκοντ' ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἤρξαν ἐκόντων, πλείω δ' ἢ μύρια τάλαντ' εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνήγαγον, ὑπήκουε δ' ὁ ταύτην τὴν χώραν ἔχων αὐτοῖς βασιλεύς, ὡς περ ἐστὶ προσῆκον βάρβαρον Ἑλλῆσι, πολλὰ δὲ καὶ καλὰ καὶ περὶ καὶ ναυμαχοῦντες ἔστησαν τρό- 10 παια, αὐτοὶ στρατευόμενοι, μόνοι δ' ἀνθρώπων κρείττω τὴν ἐπὶ τοῖς ἔργοις δοῦσαν τῶν φθονούτων κατέλιπον. (25) Ἐπὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλληνικῶν ἦσαν τοιοῦτοι. ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὴν πόλιν αὐτὴν θεάσασθε ὅποιοι, ἐν τε 15 τοῖς κοινοῖς καὶ ἐν τοῖς ἰδίαις. δημοσίᾳ μὲν τοίνυν οἰκοδομήματα καὶ κάλλη τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατασκεύασαν ἡμῖν ἱερῶν καὶ τῶν ἐν τούτοις ἀναθημάτων, ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγυρομένων ὑπερβολὴν λελεῖφθαι, (26) ἰδίᾳ δ' οὕτω σώφρονες ἦσαν καὶ σφόδρ' ἐν τῷ τῆς 20 πολιτείας ἤθει μένοντες, ὥστε τὴν Ἀριστείδου καὶ τὴν Μιλτιάδου καὶ τῶν τότε λαμπρῶν οἰκίαν εἰ τις ἀρ' οἶδεν ὑμῶν ὅποια ποτ' ἐστίν, ὁρᾷ τῆς τοῦ γείτονος οὐδὲν σεμνοτέραν οὔσαν. οὐ γὰρ εἰς περιουσίαν ἐπράττει αὐτοῖς τὰ τῆς πόλεως, ἀλλὰ τὸ κοινὸν αὖξιν ἕκαστος 25 ὦρετο δεῖν. ἐκ δὲ τοῦ τὰ μὲν Ἑλληνικὰ πιστῶς, τὰ δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβῶς, τὰ δ' ἐν αὐτοῖς ἴσως διοικεῖν μεγάλην εὐχότως ἐκτήσαντ' εὐδαιμονίαν. (27) Ἰότε μὲν δὴ τοῦτον τὸν τρόπον εἶχε τὰ πράγματ' ἐκεῖνοις, χρωμένοις οἷς εἶπον προστάταις. νυνὶ δὲ πῶς ὑμῖν ὑπὸ τῶν χρηστῶν τῶν νῦν τὰ πράγματ' ἔχει; ἀρὰ γ' 30 βδομῶος καὶ παραπλησίως; οἷς τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πόλλ' ἂν ἔχον εἰπεῖν, ἀλλ' ὅσας ἅπαντες ὁρᾷτ' ἐρημίας ἐπιληθήμενοι, καὶ Λακεδαιμονίων μὲν ἀπολωλότων, 5 Ἀθηναίων δ' ἀσχόλων ὄντων, τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς ὄντος ἀξίσχρωο περὶ τῶν πρωτείων ἡμῖν ἀντιτάξασθαι, ἔξον δ' ἡμῖν καὶ τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν ἀσφαλῶς ἔχειν καὶ τὰ τῶν ἄλλων δίκαια βραβεύειν, (28) ἀπεστερήμεθα μὲν χώρας οἰκείας, πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντ' 10 ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν δεόν, οὗς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτήσαμεθα, εἰρήνης οὐσης ἀπολωλέκασιν οὗτοι, ἔχθρον δ' ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς τηλικούτων ἠσκήκαμεν. ἢ φρασάτω τις ἐμοὶ παρελθὼν, πῶθεν ἄλλοθεν ἰσχυρὸς γέγονεν ἢ παρ' ἡμῶν αὐτῶν Φιλίππος. (29) Ἄλλ' ὡ 15 τῆν, εἰ ταῦτα φαύλωσ τὰ γ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει νῦν ἀμεινον ἔχει. Καὶ τί ἂν εἰπεῖν τις ἔχοι; τὰς ἐπάλλξεις ἀς κοινῶμεν, καὶ τὰς ὁδοὺς ἀς ἐπισκευάζομεν, καὶ κρήνας, καὶ λήρους; ἀποβλέφατε δὴ πρὸς τοὺς ταῦτα πολιτευομένους, ὧν οἱ μὲν ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν, οἱ δ' 20 ἔξ ἀπόρων ἐντιμοὶ, ἐνιοὶ δὲ τὰς ἰδίας οἰκίας τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας εἰσὶ κατασκευασμένοι, ὅσα δὲ τὰ τῆς πόλεως ἐλάττω γέγονε, τοσούτω τὰ τούτων ἠύξηται.

30. Τί δὴ τὸ πάντων αἴτιον τούτων, καὶ τί δὴ ποί'

rum temporum, commemorari possint. Brevis autem erit et nota vobis oratio. neque enim alienis vos utentes exemplis, sed domesticis, Atheniensibus, felices fieri licet. (24) Illi igitur, quibus non adulabantur oratores et quos non ita amabant, ut vos isti nunc, quinque et quadraginta annos Græcis volentibus imperarunt, amplius decies mille talenta in arcem congesserunt, regem istius regionis dicto audientem habuerunt, ut æquum est parere Græcis barbaram, multa præclaræ tropæa terra marique parta erexerunt, ipsi militantes, et soli hominum eam rerum gestarum gloriam, ad quam nullus invidiæ pateret aditus, reliquerunt. (25) Atque in tuenda Græcia fuere tales, in ipsa vero urbe spectate quales et publicis et privatis in rebus se præbuerint. Publice ædificia et ornamenta talia et tanta instruxere nobis sanorum et quæ his continentur donariorum, ut nihil addi possit a posteris ad illorum excellentiam, (26) privatim autem adeo modesti fuerunt et tanta cura morem reipublicæ observarunt, ut, si quis forte vestrâ Aristidis et Miltiadis et illustrium illius ætatis hominum res novit cujusmodi sint, vicini ædibus nihilo esse splendidiore videat. neque enim augendæ rei familiaris gratia rempublicam gerebant, sed quisque rem communem augendam esse putabat. Quum autem res Græcorum fideliter, religionem deorum ple, commercia inter ipsos æquo jure administrarent, non Injuria magnam sibi felicitatem pepererunt. (27) Tunc igitur ad hunc modum, dum illi, quos dixi, summæ reipublicæ præerant, se res habuerunt. nunc, dum boni isti præesunt, quis rerum vestrarum status est? idemne et similis? Quorum gratia cetera quidem taceo, quum haberem multa dicere. sed quanquam tantam nacti sumus solitudinem, quantam videtis omnes, quum et Lacedæmonii perierint et Thebani occupati sint et ceterorum nemo tantas vires habeat, ut nobiscum de principatu contendere possit, quumque nobis liceret et privata nostra sine periculo tenere et reliquorum jura administrare; (28) tamen privati sumus nostra regione et amplius mille et quingenta talenta nullo cum fructu insumpsimus, et quos in bello socios paravimus, pacis tempore isti perdidere, et hostem contra nosmetipsos tantum exercuimus. Alioqui progrediatur aliquis et mihi dicat, unde nisi per nosmetipsos ita sint auctæ Philippi opes. (29) « At heus tu, si hæc vitiosa sunt, urbanarum certe rerum status nunc est melior. » Ecquid dici queat? num propugnacula, quæ tectorio inducimus, et viæ, quas rescimus, et fontes et nugæ? Eos quæso intuemini, quorum hæc acta sunt in republica, quorum alii e mendicis facti sunt divites, alii ex obscuris clari, nonnulli privatas ædes publicis ædificiis splendidiore compararunt, et quanto respublica plus detrimenti cepit, tanto res istorum factæ sunt auctiores.

30. Quæ jam causa est horum omnium, et cur tandem

25 ἅπαντ' εἶγε καλῶς τότε καὶ νῦν οὐκ ὀρθῶς; ὅτι τὸ μὲν  
 πρῶτον καὶ στρατεύεσθαι τολμῶν αὐτὸς ὁ δῆμος δεσπό-  
 37 τῆς τῶν πολιτευομένων ἦν καὶ κύριος αὐτὸς ἁπάντων  
 τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἀγαπητὸν ἦν παρὰ τοῦ δήμου τῶν  
 ἄλλων ἑκάστω καὶ τιμῆς καὶ ἀρχῆς καὶ ἀγαθοῦ τινὸς  
 10 μεταλαβεῖν. (31) νῦν δὲ τοῦναντίον κύριοι μὲν οἱ  
 πολιτευόμενοι τῶν ἀγαθῶν, καὶ διὰ τούτων ἅπαντα  
 πράττεται, ἡμεῖς δ' ὁ δῆμος ἐκνευρισμένοι καὶ περιη-  
 ρημένοι χρήματα καὶ συμμάχους ἐν ὑπέρτου καὶ  
 5 προσθήκης μέρει γεγέννησθε, ἀγαπῶντες ἐὰν μεταδιδοῖσι  
 θεωρικῶν ὑμῖν ἢ βοηθρομία πέμψωσιν οὗτοι, καὶ τὸ  
 πάντων ἀνδρείοτατον, τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν προσ-  
 οφείλετε. οἱ δ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει καθερίζαντες ἡμᾶς  
 10 ἐπάγουσιν ἐπὶ ταῦτα καὶ τιθασεύουσι χειροσθεῖς αὐτοῖς  
 ποιοῦντες. (32) ἔστι δ' οὐδέποτε, οἶμαι, μέγα καὶ  
 νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας.  
 ὅποι' ἄττα γὰρ ἂν τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων ἦ,  
 τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημ' ἔχειν. Ταῦτα, μὰ τὴν  
 15 Δῆμητρ' οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, εἰ μείζων εἰπόντι μοι  
 γένοιτο παρ' ὑμῶν βλάβη τῶν ποιοηκότων αὐτὰ γενέ-  
 σθαι. οὐδὲ γὰρ παρρησία περὶ πάντων ἀεὶ παρ' ὑμῖν  
 ἐστίν, ἀλλ' ἔγωγε ὅτι καὶ νῦν γέγονε θαυμάζω.

33. Ἐὰν οὖν ἀλλὰ νῦν γ' ἐτι ἀπαλλαγέντες τούτων  
 20 τῶν ἐθῶν ἐβελήσθητε στρατεύεσθαι τε καὶ πράττειν ἀξίως  
 ὑμῶν αὐτῶν, καὶ ταῖς περιουσίαις ταῖς οἰκοὶ ταύταις  
 ἀφορμαῖς ἐπὶ τὰ ἔξω τῶν ἀγαθῶν χρῆσησθε. ἴσως ἂν,  
 ἴσως, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τελεῖόν τι καὶ μέγα κτήσαι-  
 σθ' ἀγαθόν, καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγεῖσθε,  
 25 ἢ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἱατρῶν σιτίοις διδομένοις  
 ἔοικε. καὶ γὰρ οὐτ' ἰσχύον ἐκεῖν' ἐντίθησιν οὐτ' ἀπο-  
 θνήσκειν ἔξ. καὶ ταῦτα, ἃ νέμεσθε νῦν ἡμεῖς, οὔτε  
 τοσαῦτ' ἐστὶν ὥστ' ὠφέλειαν ἔχειν τινὰ διαρκῆ, οὐτ'  
 ἀπογνόντας ἄλλο τι πράττειν ἔξ, ἀλλ' ἔστι ταῦτα τὴν  
 33 ἑκάστου βραθυμίαν ὑμῶν ἐπαυξάνοντα. (34) Οὐκοῦν  
 σὺ μισθοφορὰν λέγεις; φῆσει τις. Καὶ παραχρημὰ γε  
 τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἁπάντων, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἵνα  
 τῶν κοινῶν ἑκάστος τὸ μέρος λαμβάνων, ὅτου δέοιτ' ἢ  
 5 πόλις, τοῦθ' ὑπάρχοι. ἔξεστιν ἀγειν ἡσυχίαν; οἰκοὶ  
 μένων εἴ βελτίων, τοῦ δι' ἐνδειαν ἀνάγκη τι ποιεῖν  
 αἰσχρὸν ἀπηλλαγμένος. συμβαίνει τι τοιοῦτον οἶον  
 καὶ τὰ νῦν; στρατιώτης αὐτὸς ὑπάρχων ἀπὸ τῶν αὐτῶν  
 10 τούτων λημμάτων, ὡς πέρ ἐστι δίκαιον, ὑπὲρ τῆς πα-  
 τριδος. ἔστι τις ἔξω τῆς ἡλικίας ὑμῶν; ὅσ' οὔτος  
 ἀτάκτως νῦν λαμβάνων οὐκ ὠφελεῖ, ταῦτ' ἐν ἰσῆ τάξει  
 λαμβανέτω πάντ' ἐφορῶν καὶ διοικῶν ἢ χρῆ πράττε-  
 σθαι. (36) ὄλωσ δὲ οὐτ' ἀφελῶν οὔτε προσθεῖς πλὴν  
 15 μικρὸν τὴν ἀταξίαν ἀνελὼν εἰς τάξιν ἤγαγον τὴν πόλιν,  
 τὴν αὐτὴν τοῦ λαβεῖν, τοῦ στρατεύεσθαι, τοῦ δικάζειν,  
 τοῦ ποιεῖν τοῦθ', ὅτι καθ' ἡλικίαν ἑκάστος ἔχοι καὶ ὅτου  
 καιρὸς εἴη, τάξιν ποιήσας. οὐκ ἔστιν ὅπου μηδὲν  
 20 ποιοῖσιν ἐγὼ τὰ τῶν ποιοούντων εἶπον ὡς δεῖ νέμειν, οὐδ'  
 αὐτοὺς μὲν ἀργεῖν καὶ σχολάζειν καὶ ἀπορεῖν, ὅτι δ' οἱ  
 τὸ δέϊνος νικῶσι ξένοι, ταῦτα πυνθάνεσθαι. ταῦτα  
 γὰρ νυνὶ γίγνεται. (38) καὶ οὐχὶ μέφομαι τὸν

omnia se tum præclare habuerunt et nunc haud recte?  
 Primum, quia populus quum ipse militare auderet, domi-  
 nus erat magistratum et bona omnia in sua potestate habe-  
 bat, bene secum agi putabant ceteri omnes, si a populo et  
 honorem et magistratum et beneficium aliquod consequuti  
 essent. (31) Nunc contra, bona omnia sunt in potestate  
 oratorum et per hos geruntur omnia, vos populus ener-  
 vali et spoliati pecunia et sociis, famuli et additamenti vi-  
 cem obtinetis, contenti si theatralem pecuniam isti vobis  
 impertiant aut Boedromia agant, et quod est omnium libe-  
 ratissimum, quum vobis dantur vestra, gratiam etiam ha-  
 beat. qui vero vos in hanc urbem tanquam carcerem  
 includere, ad talia vos alliciunt et cicurant, ut vos ad nu-  
 tum paratos habeant. (32) Neque vero fieri unquam potest,  
 nisi fallor, ut magnos et generosos animos concipiant ii, qui  
 parvis et vilibus rebus occupantur. nam qualiacunque  
 hominum studia fuerint, talibus eos et animis esse præditos  
 necesse est. Hæc, per Cererem haud mirer, si mihi,  
 qui dixerim, plus apud vos nocuerint, quam iis qui earum  
 rerum auctores fuerunt. neque enim semper apud vos  
 omnibus de rebus libere loqui licet, idque ego vel nunc li-  
 cuisse miror.

33. Quod si nunc saltem moribus istis relictis militare  
 voleis et agere pro vestra dignitate, atque si istis domesticis  
 opibus ut instrumentis utemini ad externa bona compa-  
 randa; fortasse, Athenienses, fortasse perfectum aliquod  
 et magnum bonum consequemini et talibus lucellis liberati  
 eritis, quæ cum cibis, quos medici dant ægrotis, conferri  
 possunt. etenim illi neque vires augent neque emori pa-  
 tiuntur. sic et ista quæ vos nunc percipitis, neque tanta  
 sunt ut justam utilitatem aliquam afferant, neque vos ista  
 despicientes ad aliud quid converti patiuntur, sed alimenta  
 sunt vestrum omnium socordiae. (34) « Proinde tu stipen-  
 dium facere jubes? » dicit aliquis. Sane, et e vestigio eun-  
 dem esse ordinem omnium, Athenienses, ut suam quisque  
 partem communium bonorum accipiens, hoc sit, quo civi-  
 tas indigeat. Licet agere otium? quum domi manes, me-  
 lior est tua conditio, quia ad nullum turpe facinus inopia  
 te compellit. Incidit hujusmodi quippiam, quale et nunc?  
 de istis ipsis emolumentis pro patria, ut æquum est, mi-  
 litabis. Est vestrum aliquis extra ætatem militarem? is  
 quæ nunc sine ordine capit ad nihil utilis, ea æquo ordine  
 accipiat, omnia inspiciens et administrans quæ sunt agenda.  
 (35) In universum, neque detrahens quicquam neque addens  
 præter parvum, confusione sublata rempublicam in ordinem  
 redegei, eodem accipiendi, militandi, judicandi, agendi id  
 quod pro ætate quisque possit quodque tempus postulet,  
 ordine instituto. Nusquam ego dixi nihil agentibus ea esse  
 distribuenda, quæ agentibus debentur, aut ipsos debere  
 desiderare et otiari et egere, percunctari autem peregrinos  
 cujuspiam milites vincere. hæc enim nunc fiunt. (36) Neque



ποιούντά τι τῶν δεόντων ὑπὲρ ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ἀξίῳ πράττειν ταῦτα ἐφ' οἷς ἐτέρους 5 τιμᾶτε, καὶ μὴ παραχωρεῖν, ὧς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς τάξεως, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι τῆς ἀρετῆς μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν κινδύνων κτησάμενοι κατέλιπον.

Σχεδὸν εἶρηκα ἂ νομίζω συμφέρειν, ὑμεῖς δ' εἰσθεθεῖτε καὶ τῇ πόλει καὶ ἅπασι συνοίσειν ὑμῖν μέλλει.

## 39 ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ Ο ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Α΄.

### LIBANII ARGUMENTUM.

Κακῶς ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Φίλιππον οἱ Ἀθηναῖοι φερόμενοι συνελθούσασιν εἰς ἐκακώσαν ἀθυμοῦντες. ὁ τοίνυν ῥήτωρ τῆν τε ἀθυμίαν περᾶται παύειν, λέγων οὐδὲν εἶναι θαυμάσιον εἰ βραθυμοῦντες κεκράτηνται, καὶ εἰρηγείται πῶς ἂν ἀριστὰ τῷ πολέμῳ προσενοχθεῖεν. κελεύει δὴ δύο δυνάμεις παρασκευάσασθαι, μίαν μὲν μείζω, πολιτικὴν, ἥτις οἴκοι μένουσα πρὸς τὰς κατὰ καιρὸν χρεῖας ἐτοιμὸς ὑπάρξει, ἐτέραν δὲ 10 ἐλάττω, ἕνων ὄντων τῶν στρατευομένων, παραμιμνημένων δέ, κελεύει τὴν δύναμιν μὴ Ἀθήνησι μένειν μηδὲ ἐκ τῆς πόλεως κοιμισθαι τὰς βοηθείας, ἀλλὰ περὶ τὴν Μακεδονίαν ἀναστρέφασθαι πολεμοῦσαν ἀδιαλείπτως, ἵνα μὴ τοὺς ἐτησίως πνόντας 15 ἐπιτηρήσας ὁ Φίλιππος ἢ καὶ τὸν χειμῶνα, ἥνικα Ἀθήνηθεν εἰς Μακεδονίαν πλεῖν οὐ δυνατὸν, ἐπιχειρῆ τοῖς πράγμασι καὶ κατὰ τὴν ἀπουσίαν τὴν τῶν Ἀθηναίων ἀπάντων κρατῆ, ἀλλ' ἔγγις ἢ πρὸς αὐτὸν ἀντιταξομένη δύναμις ὑπάρχη.

## 40 ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ Ο ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Α΄.

1. Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τυνὸς πράγματος προὔτιθετο, ὧς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν ἐπισηγὼν ἂν ἕως οἱ πλείστοι τῶν εἰσθότων γνώμην ἀπεφώναντο, εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι 5 τῶν ἐκδὸς τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον, εἰ δὲ μή, τότε ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην ἂ γινώσκω λέγειν. ἐπειδὴ δὲ ὑπὲρ ὧν πολλάκις εἰρήκασιν οὗτοι πρότερον συμβαίνει καὶ νυνὶ σκοπεῖν ἠγοῦμαι καὶ πρῶτος ἀναστὰς εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν. εἰ γὰρ ἐκ τοῦ παρελη- 10 λυθότος χρόνου τὰ δεόνθ' οὗτοι συνεβούλευσαν· οὐδὲν ἂν ὑμᾶς νῦν εἶδει βουλεύεσθαι.

2. Πρῶτον μὲν οὐκ ἀθυμητέον, ὧς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς παροῦσι πράγμασιν, οὐδ' εἰ πάνυ φαύλος ἔχειν δοκεῖ. ὁ γὰρ ἐστὶ χειρίστον αὐτῶν ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βελτιστον 15 ὑπάρχει. τί οὖν ἐστὶ τοῦτο; θεῖ οὐδὲν, ὧς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν κακῶς τὰ πράγματα ἔχει. ἐπεὶ τοι, εἰ πάνθ' ἂ προσῆκε πραττόντων οὕτως εἶχεν, οὐδ' ἂν ἑλπίς ἦν αὐτὰ βελτίω γενέσθαι. (3)

reprehendo eos qui aliquo officiorum pro vobis funguntur, sed et vos pro vobis ipsis ea debetis facere, propter quæ alios honoratis, neque cedere, Athenienses, virtutis statione ea, quam vobis majores multis honestisque periculis partam reliquerunt.

Fere dixi, quæ conducere puo, vos autem ea amplectamini, quæ et reipublicæ et vobis universis profutura sunt.

## DEMOSTHENIS PHILIPPICA I.

### LIBANII ARGUMENTUM.

Athenienses quum bellum infelicitè contra Philippum gererent, in concionem convenerunt desperabundi. Itaque orator et desperationem tollere conatur, dicens non esse mirum, si in tanta socordia victi sint, et docet, qua ratione bellum rectissime administrent. Jubeat igitur geminas copias comparari: alteras majores civiles, quæ domi maneat, in necessitates temporis paratæ, alteras minores copias, quæ militibus peregrinis consistant, permixtæ (civilibus), non Athenis manere neque ex urbe opem ferre jubet, sed circa Macedoniam versari belligerantes perpetuo, ne flatu Etiarum Philippus observato aut etiam hieme, quum Athenis in Macedoniam navigari non potest, rem aggrediatur et per absentiam Atheniensium omnia obtineat, sed ut exercitus vicinus cum eo dimicaturus sit.

## DEMOSTHENIS PHILIPPICA I.

1. Si de novo aliquo negotio concio indicta esset, Athenienses, exspectassem, dum plurimi eorum, qui solent, sententias dixissent, ac si quid ab iis dictum mihi placuisset, quiescissent, sin minus, tum et ipse meum consilium explicare studuissem. Quum autem accidat, ut, quibus de rebus isti sæpe prius dixerunt, de his nunc etiam sit deliberandum; arbitror me, tametsi primus surrexerim, jure tamen veniam impetraturum. nam si superiore tempore oportune illi consuluissent; nihil vos nunc necesse esset deliberare.

2. Primum igitur non desperandum est, Athenienses, de præsentì statu, nec si is omnino malus esse videtur. nam quod in eo superioribus temporibus fuit pessimum, id est ad ea, quæ restant, optimum. quid illud igitur est? quod propter negligentiam vestram officii res adversæ sunt, quoniam, si vobis omnia quæ decet agentibus res ita se haberent, ne spes quidem ulla relinqueretur eas fore meliores.

ἔπειτ' ἐνθυμητέον καὶ παρ' ἄλλων ἀκούουσι καὶ τοῖς  
 20 εἰδῶσιν αὐτοῖς ἀναμιμνησκομένοις, ἡλικίην ποτ' ἔχόντων  
 δύναμιν Λακεδαιμονίων, ἐξ οὗ χρόνος οὐ πολὺς, ὡς κα-  
 λῶς καὶ προσηκόντως οὐδὲν ἀνάξιον ὑμεῖς ἐπράξατε τῆς  
 41 πόλεως, ἀλλ' ὑπεμείναθ' ὑπὲρ τῶν δικαίων τὸν πρὸς  
 ἑκατέρωθεν πόλεμον. τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα λέγω; ἴ-  
 εἰδῆτε, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεάσθηθε, ὅτι οὐδὲν οὔτε  
 φιλαττομένοις ὑμῖν ἐστὶ φοβερόν οὔτ', ἂν δλιγορῆτε,  
 τοιοῦτον οἶον ἀνὸς βούλοισθε\*, παραδείγμασι χροῖμε-  
 νοι τῇ τότε βῶμῃ τῶν Λακεδαιμονίων, ἧς ἐκρατεῖτ' ἐκ  
 5 τοῦ προσέχειν τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν, καὶ τῇ νῦν ὕβρει  
 τούτου, δι' ἣν ταραττόμεθ' ἐκ τοῦ μηδὲν φροντίζειν ὧν  
 ἐχρῆν. (4) Εἰ δέ τις ὑμῶν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυσ-  
 πολέμητον οἶεται τὸν Φίλιππον εἶναι, σκοπῶν τό τε  
 10 πλῆθος τῆς ὑπαρχούσης αὐτῷ δυνάμεως καὶ τὰ τὰ χω-  
 ρία πάντα ἀπολωλέναι τῇ πόλει ὀρθῶς μὲν οἶεται, λο-  
 γισάσθω μέντοι τοῦθ', ὅτι εἰχομέν ποθ' ἡμεῖς, ὧ ἄνδρες  
 Ἀθηναῖοι, Πύδναν καὶ Ποτιδαίαν καὶ Μεθώνην καὶ  
 πάντα τὸν τόπον τοῦτον οἰκίον κύκλω, καὶ πολλὰ τῶν  
 15 μετ' ἐκείνου νῦν ὄντων ἐθνῶν αὐτονομούμενα καὶ ἐλευ-  
 θερ' ὑπῆρχε καὶ μᾶλλον ἡμῖν ἡβούλετ' ἔχειν οἰκείως ἢ  
 κείνῳ. (5) εἰ τοίνυν ὁ Φίλιππος τότε ταύτην ἔσχε τὴν  
 γῶμην, ὡς χαλεπὸν πολεμειν ἐστὶν Ἀθηναίους ἔχουσι  
 20 τοσαύτ' ἐπιτειχίσματα τῆς αὐτοῦ χώρας ἐρημον ὄντα  
 συμμάχων οὐδὲν ἂν ὧν νυνὶ πεποίηκεν ἔπραξεν, οὐδὲ  
 τοσαύτην ἐκτίσατο δύναμιν. ἀλλ' εἶδεν, ὧ ἄνδρες  
 Ἀθηναῖοι, τοῦτο καλῶς ἐκείνος, ὅτι ταῦτα μὲν ἐστὶν  
 25 ἅπαντα τὰ χωρία, ἄθλα τοῦ πολέμου κείμεν' ἐν μέσῳ,  
 φύσει δ' ὑπάρχει τοῖς παροῦσι τὰ τῶν ἀπόντων καὶ τοῖς  
 ἐθέλουσι ποιεῖν καὶ κινδυνεύειν τὰ τῶν ἀμελούντων.  
 (6) καὶ γὰρ τοὶ ταύτη χρησάμενος τῇ γνώμῃ πάντα  
 κατέστραπται καὶ ἔχει, τὰ μὲν ὡς ἂν ἐλῶν τις ἔχοι πο-  
 42 λέμῳ, τὰ δὲ σύμμαχα καὶ φίλα ποιησάμενος. καὶ  
 γὰρ συμμαχεῖν καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις ἐθέλου-  
 σιν ἅπαντες, ὅς ἂν ὀρώσι παρεσκευασμένους καὶ  
 5 πράττειν ἐθέλοντας ἃ γρή. (7) Ἄν τοίνυν, ὧ ἄνδρες  
 Ἀθηναῖοι, καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἐβελήσγητε γενέ-  
 σθαι γνώμης νῦν, ἐπειδὴ περ οὐ πρότερον, καὶ ἕκαστος  
 ὑμῶν, ὅς δὲ καὶ δύναιτ' ἂν παρασχεῖν αὐτὸν χρήσιμον  
 10 τῇ πόλει, πᾶσαν ἀφείδ τὴν εἰρωνεῖαν, ἔτοιμος πράττειν  
 ὑπάρξει, ὁ μὲν χρήματ' ἔχων εἰσφέρειν, ὁ δ' ἐν ἡλικίᾳ  
 στρατεύεσθαι, — συνελόντι δ' ἀπλῶς, ἢ ὑμῶν αὐτῶν  
 ἐβελήσγητε γενέσθαι καὶ παύσασθ' αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἕκα-  
 15 στος ποιήσειν ἐλπίζων, τὸν δὲ πλησίον πάνθ' ὑπὲρ αὐτοῦ  
 πράξειν καὶ τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κοιμῆσθε, ἂν θεὸς θέλη,  
 καὶ τὰ κατεβραθυμημένα πάλιν ἀναλήψασθε, κἀκείνῳ  
 τιμωρήσεσθε. (8) μὴ γὰρ ὡς θεῶν νομίζετ' ἐκείνῳ τὰ  
 παρόντα παρηγνῆναι πράγματ' ἀθάνατα, ἀλλὰ καὶ μισοῖ  
 20 τις ἐκείνον καὶ δέδιεν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ φθονεῖ,  
 καὶ τῶν πάντων νῦν δοκούντων οἰκείως ἔχειν αὐτῷ. καὶ  
 10 ἅπανθ' ὅσα περ καὶ ἐν ἄλλοις τισὶν ἀνθρώποις ἐνὶ, ταῦτα  
 καὶ τοῖς μετ' ἐκείνου γρή νομίζειν ἐνεῖναι. κατέ-  
 πτηγε μέντοι πάντα ταῦτα νῦν, οὐκ ἔχοντ' ἀποστροφῆν  
 διὰ τὴν ὑμετέραν βραδυτήτα καὶ βραθυμίαν, ἣν ἀποδέ-

(3) Deinde cogitandum id, quod partim ex aliis auditis, partim qui ipsi nostis in memoriam revocatis, quanta aliquando potentia Lacedæmonis præditis, idque non ita olim, quam præclare et decore nihil urbe indignum admiseritis, sed pro defensione juris bellum contra illos sustinueritis. Qua igitur gratia hæc dico? ut sciatis, Athenienses, et videatis neque quicquam præcauentibus vobis esse formidabile, neque, si neglexeritis, ex animi vestri sententia quicquam successurum, utque exemplis utamini potentia quæ tum fuit Lacedæmoniorum, quam vigilantia vestra superastis, et nunc insolentia istius, propter quam æstiuamus, quia nihil eorum, quæ curanda erant, curavimus. (4) Si quis autem vestrùm, Athenienses, et multitudinem copiarum, quas Philippus habet, considerans et omnia loca amissa a nostra republica intuens difficilem oppugnatu eum esse opinatur; is etsi recte sentit, illud tamen reputet, habuisse nos aliquando, Athenienses, Pydnam et Potidæam et Methonen et undique omnem illum tractum nobiscum conjunctum, et multas quæ nunc cum eo sunt gentes sui fuisse juris et liberae et nostram amicitiam illius conjunctioni prætelisse. (5) Quod si Philippus tum eum habuisset animum, esse difficile ei, qui sociis destitueretur, bellum gerere contra Athenienses, qui tot arces haberent ad ditionem ipsius oppugnandam; nihil eorum, quæ nunc fecit, egisset, nec tantam potentiam comparasset. sed illud, Athenienses, is præclare vidit, loca illa omnia belli esse præmia in medio posita, et naturam ita ferre, ut opibus absentium præsentibus et qui laborare periclitarique velint possessionibus negligentium potiantur. (6) Proinde quum ita sentiret, omnia subegit et tenet, alia, ut bello capta teneri solent, alia, inita societate et amicitia. nam adjungere se et adhærere omnes volunt illis, quos instructos esse vident et ea quæ opus sunt agere velle. (7) Quare si et vos, Athenienses, tali velitis esse animo nunc, quandoquidem prius id factum non est, et si quisque vestrùm, ubi debet et potuerit præstare se utilem reipublicæ, omni omnia tergiversatione facere sit paratus, locupletes tributo conferendo, juvenes militando, et ut simpliciter complectar, si e vobis ipsis pendere volueritis et desieritis sperare fore ut ipsi nihil agatis, sed alium pro vobis facturum esse omnia; et vestras opes recuperabitis, annuente deo, et per socordiam amissa denuo recipietis, et illum ulciscemini. (8) Namque ne putetis tanquam deo res illi præsentibus fixas esse et immortales, sed et odit eum aliquis et metuit, Athenienses, et invidet, eorum etiam qui nunc ei videntur esse conjunctissimi, et universa quæ in aliis quibusdam hominibus insunt, ea in ejus quoque familiaribus existimandum est inesse. Nunc tamen hæc omnia superimuntur, quum nullum confugium habeant propter vestram tarditatem et socordiam, quam deponendam esse dico

σθαι φημί δεῖν ἤδη. (9) δρᾶτε γάρ, ὧ ἄνδρες Ἀθη-  
 25 ναῖοι, τὸ πρᾶγμα, οἱ προελήλυθεν ἀσελγείας ἄνθρωπος, δεῖ οὐδ' ἀρεσῖν ὑμῖν δίδωσι τοῦ πράττειν ἢ ἄγειν ἡσυ-  
 χίαν, ἀλλ' ἀπειλεῖ καὶ λόγους ὑπερηφάνους, ὡς φασί,  
 λέγει, καὶ οὐχ οἷός ἐστιν ἔχων ἃ κατέστραπται μένειν  
 ἐπὶ τούτων, ἀλλ' ἀεὶ τι προσπεριβάλλεται καὶ κύκλω  
 43 πανταχῇ μέλλοντας ἡμᾶς καὶ καθήμενους περιστοιχι-  
 ζεται. (10) Πότ' οὖν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πόθ' ἃ χρὴ  
 πράττετε; ἐπειδὴν τί γένηται; ἐπειδὴν νῆ Δ' ἀνάγκη τις  
 5 ἦ. νῦν δὲ τί χρὴ τὰ γινόμενα ἡγεῖσθαι; ἐγὼ μὲν  
 γὰρ ολομαι τοῖς ἐλευθέροις μεγίστην ἀνάγκην τὴν ὑπὲρ  
 τῶν πραγμάτων αἰσχύνην εἶναι. ἢ βούλεσθε, εἰπέ  
 μοι, περιόντες αὐτῶν πυθάνεσθαι: λέγεται τι καινόν;  
 γένοιτο γὰρ ἂν τι καινότερον ἢ Μακεδῶν ἀνὴρ Ἀθη-  
 10 ναίου καταπολεμῶν καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων διοικῶν;  
 (11) τέθνηκε Φιλίππος; οὐ μὰ Δ' ἄλλ' ἀσθενεῖ. τί δ'  
 ὑμῖν διαφέρει; καὶ γὰρ ἂν οὗτός τι πάθῃ, ταχέως ὑμεῖς  
 ἕτερον Φιλίππον ποιήσετε, ἄνπερ οὕτω προσέχητε τοῖς  
 πράγμασι τὸν νοῦν. οὐδὲ γὰρ οὗτος παρὰ τὴν αὐτοῦ  
 βρομῆν τοσοῦτον ἐπιθύηται, ὅσον παρὰ τὴν ἡμετέραν  
 15 ἀμέλειαν. (12) Καίτοι καὶ τοῦτο: εἰ τι πάθοι καὶ τὰ  
 τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρξαι, ἥπερ ἀεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν  
 αὐτῶν ἐπιμελούμεθα, καὶ τοῦτ' ἐξεργάσαιοτο ἴσθ' ὅτι  
 πλησίον μὲν ὄντες, ἅπασιν ἂν τοῖς πράγμασι τεταρα-  
 20 γμένοις ἐπιστάντες ὅπως βούλεσθε διοικήσασθε, ὡς δὲ  
 νῦν ἔχετε, οὐδὲ διδόντων τῶν καιρῶν Ἀμφίπολιν δέξα-  
 σθαι δύναισθ' ἂν, ἀπηρητημένοι καὶ ταῖς παρασκευαῖς  
 καὶ ταῖς γνώμαις.

13. Ὡς μὲν οὖν δεῖ τὰ προσήκοντα ποιεῖν ἐθέλοντας  
 25 ὑπάρχειν ἅπαντας ἐτοιμῶς, ὡς ἐγνωκότων ὑμῶν καὶ  
 πεπεισμένων, παύομαι λέγων, τὸν δὲ τρόπον τῆς παρα-  
 σκευῆς ἦν ἀπαλλάξαι ἂν τῶν τοιοῦτων πραγμάτων ὑμᾶς  
 ολομαι, καὶ τὸ κληῖθος ὅσον, καὶ πόρους οὐστίας χρη-  
 μάτων, καὶ τᾶλλα ὡς ἂν μοι βέλτιστα καὶ τάχιστα δοκεῖ  
 44 παρασκευασθῆναι, καὶ δὴ πειράσομαι λέγειν, δεηθεὶς  
 ὑμῶν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοσοῦτον: (14) ἐπειδὴν  
 ἅπαντα ἀκούσθητε: κρίνατε, καὶ μὴ πρότερον προλαμ-  
 βάνετε, μῆδ' ἂν ἐξ ἀρχῆς δοκῶ τινὶ καινὴν παρασκευὴν  
 5 λέγειν, ἀναβάλλειν με τὰ πράγμαθ' ἡγεῖσθω. οὐ γὰρ  
 οἱ ταχὺ καὶ τήμερον εἰπόντες μάλιστα εἰς δέον λέγουσιν  
 (οὐ γὰρ ἂν τὰ γ' ἤδη γεγενημένα τῇ νυνὶ βοηθείᾳ κωλύ-  
 σαι δυναθῆιμεν), (15) ἀλλ' ὅς ἂν δεῖξῃ τις πορισθεῖσα  
 10 παρασκευὴ καὶ πόση καὶ πόθεν διαμεῖναι δυναθῆσεται,  
 ζωὸς ἂν ἢ διαλυσώμεθα πεισθέντες τὸν πόλεμον ἢ περι-  
 γνόμεθα τῶν ἐχθρῶν. οὕτω γὰρ οὐκέτι τοῦ λοιποῦ  
 πάσχοιμεν ἂν κακῶς. Οἴμαι τοίνυν ἐγὼ ταῦτα λέγειν  
 ἔχειν, μὴ κωλύων εἰ τις ἄλλος ἐπαγγέλλεται τι. ἢ  
 μὲν οὖν ὑπόσχεσις οὕτω μεγάλη, τὸ δὲ πρᾶγμ' ἤδη τὸν  
 15 ἔλεγχον δώσει, κριταὶ δ' ὑμεῖς ἔσεσθε.

16. Πρῶτον μὲν τοίνυν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τριήρεις  
 πενήκοντα παρασκευάσασθαι φημί δεῖν, εἴτ' αὐτοὺς  
 20 οὕτω τὰς γνώμας ἔχειν ὡς, ἐάν τι δέῃ, πλευστέον εἰς  
 ταῦτας αὐτοῖς ἐμβᾶσιν. πρὸς δὲ τούτοις, τοῖς ἡμίσεισι  
 τῶν ἰππέων ἰπταγωγούς τριήρεις καὶ πλοῖ' ἱκανὰ εὐ-

jam. (9) Videtis enim, Athenienses, rem, quo improbitatis homo evaserit, qui ne optionem quidem vobis dat res gerendi aut quiescendi, sed minitatur et verba superba, ut aiunt, usurpat et non potest iis habendis, quæ subegit, contentus esse, sed semper plura molitur, et circum undique nos cunctantes et desidentes irretit. (10) Quando igitur, Athenienses, quando agenda quæ sunt ageritis? ubi quid acciderit? « Ubi per Jovem necessitas aliqua fuerit. » Quid vero, quæ nunc fiunt, sunt existimanda? nam ego quidem opinor liberis hominibus maximam necessitatem esse dedecus in rebus gerendis susceptum. an vultis, dic mihi, circumeunte alius percunctari alium: numquid affertur novi?

Potestne quid magis novum fieri, quam quod homo Macedo subigit Athenienses et Græciam administrat? (11) Obiit Philippus? « Minime per Jovem, sed ægrotat. » Quid vero vestra interest? si enim aliquid acciderit ei, celeriter vos alium Philippum facietis, si rebus ita eritis intenti. neque enim tam suis viribus auctus est, quam nostra negligentia. (12) Quanquam illud etiam: si quid ei accideret et fortunæ favor nobis adesset, quæ semper nobis melius quam nosmetipsi prospicit, et si hanc rem perficeret; scite vos, si prope estis et rebus omnibus turbatis ingruttis, eas vos vestro arbitratu posse administrare, ut vero nunc estis, ne si darent quidem tempora Amphipolim, accipere posse, qui et in apparatibus et in consiliis absitis.

13. Itaque illud dicere prætermitto, oportere vos ultro ad faciendum officium omnes esse paratos, quum vos ita sentialis idque persuasum habeatis, de ratione autem instructionis, qua vos talibus liberari posse negotiis putem, et multitudo quanta esse debeat, et quæ pecuniæ subsidia, ceteraque ut mihi rectissime et celerrime comparanda videantur, statim conabor dicere, tantum precatus a vobis, Athenienses, hoc: (14) Quom audieritis omnia, judicetis, neve prius antevertatis, neve, tametsi primum videar novam instructionem dicere, res a me differri quisquam existimet. neque enim qui « celeriter et hodie » loquuntur, opportunissime dicunt (nam quæ jam facta sunt, auxiliis, quæ nunc mittimus, impedire non possimus), (15) sed quicumque ostenderit, quæ et quanta instructio esse et unde comparari atque retineri possit, donec aut pacem æquis conditionibus fecerimus aut hostes vicerimus. sic enim in posterum nullis malis conflictabimur. Me igitur hæc posse dicere arbitror non impediens si quis alius pollicetur aliquid. Ac promissum quidem est adeo magnum, ipsa res autem se jam ostendet, ac vos iudices eritis.

16. Primum igitur, Athenienses, triremes quinquaginta comparandas esse dico, deinde vos iis animis esse oportere, ut, si quid sit opus, ipsi conscensis iis navigetis. Præterea dimidiate parti equitum equestres triremes et copiam navigiorum instrui jubeo. (17) Atque hæc in promptu esse opi-

τρεπίσαι κελεύω. (17) Ταῦτα μὲν οἶμαι δεῖν ὑπάρχειν ἐπὶ τὰς ἐξαιρήνης ταύτας ἀπὸ τῆς οἰκείας χώρας αὐτοῦ στρατείας εἰς Πύλας καὶ Χερβρόνησον καὶ Ὀλυνθον καὶ 20 ἔσθαι βούλεται. δεῖ γὰρ ἐκείνῳ τοῦτ' ἐν τῇ γνώμῃ παραστήναι, ὡς ὑμεῖς ἐκ τῆς ἀμελείας ταύτης τῆς ἄγαν, ὡς περ εἰς Εὐβοίαν καὶ πρότερόν ποτέ φασιν εἰς Ἄλιαρτον καὶ τὰ τελευταῖα πρῶν εἰς Πύλας, ἴσως ἂν δρμήσαιτε. (18) Οὗτοι παντελῶς, οὐδ' εἰ μὴ ποιήσαιτ' ἂν 45 τοῦτο, ὡς ἐγὼ γέ φημι δεῖν, εὐκαταφρόνητόν ἐστιν, ἢ ἢ διὰ τὸν φόβον εἰδῶς εὐτρεπεῖς ὑμᾶς (εἴσεται γὰρ ἀκριβῶς. εἰσὶ γὰρ, εἰσὶν οἱ πάντ' ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ 5 παρ' ἡμῶν αὐτῶν πλείους τοῦ δέοντος) ἡσυχίαν ἐχῆ, ἢ παριδῶν ταῦτα, ἀφύλακτος ληφθῆ, μηδενὸς ὄντος ἐμποδῶν πλεῖν ἐπὶ τὴν ἐκείνου χώραν ὑμῖν, ἂν ἐνδῶ καιρόν. (19) Ταῦτα μὲν ἐστὶν ἃ πᾶσι δεδοχθαι φημι δεῖν καὶ παρεσκευάσθαι προσήκειν οἶμαι. πρὸ δὲ τούτων δύ- 10 ναμὴν τινα, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φημι προχειρίσασθαι δεῖν ὑμᾶς, ἢ συνεχῶς πολεμήσει καὶ κακῶς ἐκείνον ποιήσει (μὴ μοι μυρῖους μὴδὲ δις μυρῖους ξένους μὴδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις), ἀλλ' ἢ τῆς πόλεως ἔσται. 15 κἂν ὑμεῖς ἓνα κἂν πλείους κἂν τὸν δεῖνα κἂν ὄντινόν ἡεροτονήσητε στρατηγόν, τούτῳ πείσεται καὶ ἀκολουθήσει, καὶ τροφήν αὐτῆ πορίσαι κελεύω. (20) Ἔσται δ' αὐτῆ τίς ἡ δύναμις καὶ πόση, καὶ πόθεν τὴν τροφήν ἔξει, καὶ πῶς ταῦτ' ἐθελήσει ποιεῖν; ἐγὼ φράσω, καθ' 20 ἕκαστον τούτων διεξιῶν χωρὶς. Ξένους μὲν λέγω — καὶ ὅπως μὴ ποιήσητε τοῦτ' ὃ πολλὰ κίς ὑμᾶς ἐβλαψεν: πάντ' ἐλάττω νομίζοντες εἶναι τοῦ δέοντος, καὶ τὰ μέγιστ' ἐν τοῖς ψηφίσμασιν αἰρούμενοι, ἐπὶ τῷ πράττειν οὐδὲ τὰ μικρὰ ποιεῖτε. ἀλλὰ τὰ μικρὰ ποιήσαντες καὶ 25 πορίσαντες, τούτοις προστίθετε, ἂν ἐλάττω φαίνηται. (21) λέγω δὴ τοὺς πάντας στρατιώτας δις χιλίους, τούτων δ' Ἀθηναίους φημι δεῖν εἶναι πεντακοσίους, εἴ τις ἂν τις ὑμῖν ἡλικίας καλῶς ἔχειν δοκῆ, χρόνον τακτὸν 46 στρατευομένων, μὴ μακρὸν τοῦτον, ἀλλ' ὅσον ἂν δοκῆ καλῶς ἔχειν, ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοισ. τοὺς δ' ἄλλους ξένους εἶναι κελεύω. καὶ μετὰ τούτων ἰππέας διακοσίους, καὶ τούτων πεντήκοντ' Ἀθηναίους τοῦλάχιστον, ὡς περ τοὺς πεζοὺς, τὸν αὐτὸν τρόπον στρατευομένων. 5 καὶ ἰππαγωγούς τούτοις. (22) Εἶεν. τί πρὸς τούτοις ἔτι; ταχέως τριήρεις δέκα. δεῖ γὰρ, ἔχοντος ἐκείνου ναυτικόν, καὶ ταχειῶν τριήρων ἡμῖν, ὅπως ἀσφαλῶς ἢ δύναμις πλέη. Πόθεν δὲ τούτοις ἢ τροφή γενήσεται; ἐγὼ καὶ τοῦτο φράσω καὶ δείξω, ἐπειδὴν, διότι τηλικαῦ- 10 τὴν ἀποχρῆν οἶμαι τὴν δύναμιν καὶ πολιτάς τοὺς στρατευομένους εἶναι κελεύω, διδάξω.

23. Τσαύτην μὲν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διὰ ταῦτα, ὅτι οὐκ ἐν νῦν ἡμῖν πορίσασθαι δύναμιν τὴν ἐκείνῳ παραταξομένην, ἀλλὰ ληστεύειν ἀνάγκη καὶ τούτῳ τῷ 15 τρόπῳ τοῦ πολέμου χρῆσθαι τὴν πρώτην. οὐ τοίνυν ὑπερογκον αὐτήν (οὐ γὰρ ἐστὶ μισθὸς οὐδὲ τροφή) οὐδὲ παντελῶς ταπεινὴν εἶναι δεῖ. πολιτάς δὲ παρῆναι καὶ συμπλεῖν διὰ ταῦτα κελεύω, ὅτι καὶ πρότερόν ποτ' 20 ἀκούω ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ τὴν πόλιν, οὐ Πολύ-

nor oportere ad subitas istas ejus e regno suo eruptiones in Pylas et Chersonesum et Olynthum et quolibet. hæc enim in ejus animo excitanda est opinio, vos ex immensa ista negligentia, ut in Eubœam et prius aliquando, dicunt, in Haliartum et postremo nuper in Pylas, fortasse erupuros. (18) Neutiquam omnino, tametsi non feceritis, ut ego faciendum esse dico, fuerit hoc contemnendum, ut aut metu, si scierit paratos esse vos (certo enim sciet. sunt enim, sunt apud nos ipsos, qui de omnibus rebus eum certiores faciant, plures quam opus est), otium agat, aut his despectis, incautus opprimatur, nemine obstante, quominus in ejus regnum, si occasionem præbuerit, navigetis. (19) Hæc igitur sunt, quæ probata esse vobis oportere dicam, et ut instructi sitis convenire arbitror. sed ante hæc copias aliquas, Athenienses, in procinctu habendas censeo, quæ continenter belligerent et illum infestent (nemo mihi dicat decies mille neque vicies mille peregrinos, neque epistolares illos exercitus), sed urbis sint et, sive vos unum sive plures sive illum sive quemcumque ducem creaveritis, huic pareant et sequantur, et his commeatum curari jubeo. (20) Quæ autem erunt hæ copiæ et quantæ et unde commeatum habituræ et quomodo illa facere volent? ego dicam et horum singula seorsum explicabo. Peregrinos dico — neve id feceritis, quod sæpe vobis nocuit: dum minora putatis omnia quam oporteat, et maxima in decretis suscipitis, quum ad rem ventum est, ne parva quidem facitis. sed ubi parva feceritis et comparaveritis; illis adjicite, si minora videantur. (21) Dico igitur universos milites esse oportere bis mille, ex his autem Athenienses oportere esse dico quingentos, e quacunque illi vobis ætate deligendi videantur, qui certum tempus militent, non longum illud, sed quantum commodum esse videbitur, ut subinde alii alii succedant. reliquos peregrinos esse jubeo. Et cum his equites ducentos, quorum quinquaginta sint Athenienses minimum, eodem quo pedites modo militaturi, et equestres naves quibus hi utantur. (22) Hæc hactenus: quid ad hæc amplius? celeres triremes decem. opus enim nobis est, quum ille classem habeat, velocibus etiam triremibus, ut tuto copiæ navigent. Unde jam hæ alentur? ego et hoc dicam atque ostendam, quum, cur tantulas copias satis esse putem et cives militare jubeam, docuero.

23. Tantulas, Athenienses, propterea, quod nobis nunc exercitum parare non licet qui collatis signis cum illo dimicet, sed latrocinari est necesse et hac gerendi belli ratione utendum primum. non igitur immensas eas (neque enim stipendia nec commeatu suppetunt) neque prorsus exiguas esse oportet. Cives autem adesse et navigare una propterea jubeo, quod prius etiam aliquando audio peregrinum aluisse Corinthi militem nostram urbem, cui Polystratus

στρατος ἡγεῖτο καὶ Ἰφικράτης καὶ Χαβρίας καὶ ἄλλοι  
 τινές, καὶ αὐτοὺς ὑμᾶς συστρατεύεσθαι. καὶ οἷδ' ἀκούων  
 ὅτι Λακεδαιμονίους παραταττόμενοι μεθ' ὑμῶν ἐνίκων  
 οὔτοι οἱ ξένοι καὶ ὑμεῖς μετ' ἐκείνων. (24) Ἐξ οὗ δ'  
 25 αὐτὰ καθ' αὐτὰ τὰ ξενικὰ ὑμῖν στρατεύεται, τοὺς φίλους  
 νικᾷ καὶ τοὺς συμμάχους, οἱ δ' ἐχθροὶ μείζους τοῦ δέον-  
 τος γέγονασιν. καὶ παρακύψαντ' ἐπὶ τὸν τῆς πόλεως  
 47 πολέμον, πρὸς Ἀρτάβαζον καὶ πανταχοῖ μᾶλλον οἴχε-  
 γται πλέοντα, ὃ δὲ στρατηγὸς ἀκολουθεῖ, εἰκότως. οὐ  
 γὰρ ἔστ' ἀρχειν μὴ διδόντα μισθόν. (25) Τί οὖν κελεύω;  
 τὰς προράσεις ἀφελεῖν καὶ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν στρα-  
 5 τιωτῶν, μισθὸν πορίσαντας καὶ στρατιώτας οἰκείους  
 ὡς περ ἐπόπτας τῶν στρατηγουμένων παρακαταστή-  
 σαντας, ἐπεὶ νῦν γε γέλωσ ἔσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πρά-  
 γμασιν. εἰ γὰρ ἐροῖτό τις ὑμᾶς, «εἰρήνην ἄγετε, ὦ  
 ἄνδρες Ἀθηναῖοι;» μὰ Δί' οὐχ ἡμεῖς γε, εἴποιτ' ἄν, ἀλλὰ  
 10 Φιλίππου πολεμοῦμεν. (26) Οὐκ ἐχειροτονεῖτε δ' ἐξ  
 ὑμῶν αὐτῶν δέκα ταξιάρχους καὶ στρατηγοὺς καὶ φυ-  
 λάρχους, καὶ ἱππάρχους δύο; τί οὖν οὔτοι ποιοῦσιν;  
 πλὴν ἐνὸς ἀνδρός, ὃν ἂν ἐκπέμψητ' ἐπὶ τὸν πόλεμον,  
 οἱ λοιποὶ τὰς πομπὰς πέμπουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱερο-  
 15 ποιῶν. ὡς περ γὰρ οἱ πλάττοντες τοὺς πηλίνους, εἰς  
 τὴν ἀγορὰν χειροτονεῖτε τοὺς ταξιάρχους καὶ τοὺς φυ-  
 λάρχους, οὐκ ἐπὶ τὸν πόλεμον. (27) οὐ γὰρ ἐχρῆν, ὦ  
 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταξιάρχους παρ' ὑμῶν, ἱππάρχους  
 παρ' ὑμῶν ἀρχοντας οἰκείους εἶναι, ἵν' ἦν ὡς ἀληθῶς  
 20 τῆς πόλεως ἡ δύναμις; ἀλλ' εἰς μὲν Ἀἴημον τὸν παρ'  
 ὑμῶν ἱππαρχὸν δεῖ πλεῖν, τῶν δ' ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως  
 κτημάτων ἀγωνιζομένων Μενέλαιον ἱππαρχεῖν καὶ οὐ  
 τὸν ἀνδρᾶ μεμφομένον ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὑπ' ὑμῶν ἔδει  
 χειροτονημένον εἶναι τοῦτον, ὅστις ἂν ᾖ.

28. Ἴσως δὲ ταῦτα μὲν ὀρθῶς ἡγεῖσθε λέγεσθαι, τὸ  
 25 δὲ τῶν χρημάτων, πόσα καὶ πόθεν ἔσται, μάλιστα πο-  
 θεῖτ' ἀκούσαι. τοῦτο δὲ καὶ περαινῶ. Χρήματα τοί-  
 νουν ἔστι μὲν (ἢ τροφή, σιτηρέσιον μόνον, τῆς δυνάμει  
 τζυτῆ) τάλαντ' ἐνενηκόντα καὶ μικρόν τι πρὸς : δέκα  
 48 μὲν ναυσὶ ταχειαῖς τετταράκοντα τάλαντα, εἴκοσιν  
 εἰς τὴν ναῦν μναῖ τοῦ μηνὸς ἐκάστου, στρατιώταις δὲ  
 δις χιλίοις τοσαῦθ' ἕτερα, ἵνα δέκα τοῦ μηνὸς ὁ στρα-  
 τιωτῆς δραχμὰς σιτηρέσιον λαμβάνῃ, τοῖς δ' ἱππεῦσι  
 5 διακοσίοις οὖσιν, ἔαν τριάκοντα δραχμὰς ἕκαστος λαμ-  
 βάνῃ τοῦ μηνός, δώδεκα τάλαντα. (29) Εἰ δὲ τις οἶε-  
 ται μικρὰν ἀφορμὴν εἶναι, σιτηρέσιον τοῖς στρατευομέ-  
 νους ὑπάρχειν οὐκ ὀρθῶς ἐγνωκεν. ἐγὼ γὰρ οἶδα σαφῶς  
 10 ὅτι, τοῦτ' ἂν γένηται, προσποριεῖ τὰ λοιπὰ αὐτὸ τὸ  
 στρατεῦμ' ἀπὸ τοῦ πολέμου, οὐδένα τῶν Ἑλλήνων ἀδι-  
 κοῦν οὐδὲ τῶν συμμάχων, ὅστι' ἔχειν μισθὸν ἐντέλλῃ.  
 ἐγὼ συμπλέων ἐβελοντῆς πάσχειν ὀτιοῦν ἔτοιμος, ἔαν  
 μὴ ταῦθ' οὕτως ἔχη. Πόθεν οὖν ὁ πόρος τῶν χρημά-  
 15 των, ἢ παρ' ὑμῶν κελεύω γενέσθαι, τοῦτ' ἤδη λέξω.

## ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ.

30. Ἄ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθ'  
 εὔρειν, ταῦτ' ἔστιν. ἐπειδὴν δ' ἐπιχειροτονητε τὰς

præerat et Iphicrates et Chabrias et alii quidam, et vosmet  
 ipsos una militasse, et ut auditione cognovi, illi, peregrini  
 et vos cum illis conjuncti, Lacedæmonios vicerunt. (24)  
 E quo tempore autem ipsi soli peregrini bella vobis ob-  
 eunt, amicos vincunt et socios, hostes autem facti sunt ma-  
 jores quam expedit. et quum vix nostræ civitatis bellum  
 attingunt, ad Artabazum et quocunque potius abeunt, im-  
 perator autem eos sequitur, merito. neque enim is imperare  
 potest, qui stipendia non solvit. (25) Quid igitur jubeo?  
 prætextus adimi et duci et militibus, mercede numeranda  
 et domestico milite, velut eorum inspectore quæ a duce  
 geruntur, adjungendo. nam ut nunc sit, ridicula est no-  
 stra rerum administratio. si quis enim vos rogaret: Pa-  
 cemne agitis, Athenienses? minime per Jovem, diceretis,  
 sed contra Philippum bellum gerimus. (26) Nonne vera  
 creastis e vestris civibus decem taxiarchos et imperatores  
 et tribunos, et magistros equitum duos? quid igitur isti  
 agunt? præter unum virum, quem militatis ad bellum, reli-  
 qui pompas vobis obeunt cum hieropœis. Ut enim qui lute-  
 os fingunt, in forum creatis taxiarchos et tribunos, non  
 ad bellum. (27) Nonne enim oportuit, Athenienses, taxi-  
 archos e vobis, hipparchos e vobis magistratus domesticos  
 esse electos, ut revera essent copiarum civitatis? at in Lemnum  
 vestro hipparcho navigandum est, eorum autem, qui pro  
 nostræ urbis possessionibus præliantur, Menelaus est hip-  
 parchus! neque hæc hominis reprehendendi causa dico,  
 sed a vobis eum creatum esse oportebat, quisquis tandem  
 sit.

28. Sed fortasse hæc recte dici putatis, pecunia autem  
 quanta et unde futura sit, maxime audire cupitis. Id jam  
 expedio. Ea est pecuniæ ratio, ut ad alendum hunc exer-  
 citum, cibaria duntaxat, nonaginta sint talenta numeranda  
 et paulo amplius: decem celeribus navibus quadraginta ta-  
 lenta, vicenæ minæ in navem singulis mensibus, peditum  
 autem duobus millibus totidem alia, ut duas singuli milites  
 drachmas in mensem pro cibariis accipiant, equitibus autem  
 ducentis numero, si tricenas drachmas in mensem accipiant  
 singuli, duodecim talenta. (29) Si quis vero putat commea-  
 tum dari parvo esse subsidio militantibus; non recte sentit  
 ego enim compertum habeo, si hoc factum fuerit, ipsum  
 exercitum e bello reliqua comparaturum sine ulla vel Gra-  
 corum vel sociorum injuria, ut integrum stipendium habeat.  
 Atque ego ultro navigabo una quidvis pati paratus, nisi hæc  
 ita sint. Unde igitur pecunia, quam requiro a vobis, com-  
 parabitur? hoc jam dicam.

## PECUNIARIA RATIO.

30. Quæ nos, Athenienses, invenire potuimus, hæc  
 sunt. Quando autem de sententiis suffragia feretis, ea quæ

γνώμας· ἂν ὑμῖν ἀρέσκη χειροτονήσετε, ἵνα μὴ μόνον ἐν τοῖς ψηφίσμασι καὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φι-  
20 λίπῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις.

31. Δοκεῖτε δὲ μοι πολὺ βέλτιον ἂν περὶ τοῦ πολέμου καὶ ἄλλης τῆς παρασκευῆς βουλευσασθαι, εἰ τὸν τόπον, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς χώρας, πρὸς ἣν πολεμεῖτε, ἐν-  
θυμηθῆναι, καὶ λογίσασθε ὅτι τοῖς πνεύμασι καὶ ταῖς  
25 ὤραις τοῦ ἔτους τὰ πολλὰ προλαμβάνων διαπράττεται Φίλιππος καὶ φυλάξας τοὺς ἐτησίας ἢ τὸν χειμῶνα, ἐπι-  
χειρεῖ, ἢνίκ' ἂν ἡμεῖς μὴ δυνάμεθ' ἐκείσε ἀφικέσθαι.  
49 (32) Δεῖ τοίνυν ταῦτ' ἐνθυμουμένους μὴ βοηθείαις πο-  
λεμῆν (ὕστεριούμεν γὰρ ἀπάντων) ἀλλὰ παρασκευῇ  
συνεχεῖ καὶ δυνάμει. ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν  
5 χρῆσθαι τῇ δυνάμει Λήμῳ καὶ Θάσῳ καὶ Σκιαθῷ καὶ  
ταῖς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ νήσοις, ἐν αἷς καὶ λιμένες καὶ  
σῖτος καὶ ἄ χρῆ στρατεύματι πάνθ' ὑπάρχει, τὴν δ'  
ὠραν τοῦ ἔτους, ὅτε καὶ πρὸς τῇ γῆ γενέσθαι βράδιον καὶ  
τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλές, πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ καὶ  
πρὸς τοῖς τῶν ἐμποριῶν στόμασι βράδιος ἔσται.

33. Ἄ μὲν οὖν χρῆσεται καὶ τότε τῇ δυνάμει, παρὰ  
10 τὸν καιρὸν ὁ τούτων κύριος καταστάς ὑπ' ὑμῶν βουλευ-  
σεται, ἢ δ' ὑπάρξει δεῖ παρ' ὑμῶν, ταῦτ' ἐστὶν ἢ ἐγὼ  
γέγραφα. ἂν ταῦτα, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πορίσητε τὰ  
χρήματα πρῶτον, ἢ λέγω, εἶτα καὶ τὰλλα παρασκευά-  
15 σαντες, τοὺς στρατιώτας, τὰς τριήρεις, τοὺς ἵππεάς,  
ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δυνάμει νόμῳ κατακλείσητ' ἐπὶ τῷ  
πολέμῳ μένειν, τῶν μὲν χρημάτων αὐτοὶ ταμίαι καὶ  
πορισταὶ γιγνόμενοι, τῶν δὲ πράξεων παρὰ τοῦ στρατη-  
γοῦ τὸν λόγον ζητοῦντες· παύσεσθ' αἰεὶ περὶ τῶν αὐτῶν  
20 βουλευόμενοι καὶ πλέον οὐδὲν ποιοῦντες, (34) καὶ ἔτι  
 Ἄμφιπολιν. (24) Ἐγὼ δέ, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παρά-  
 νομον μὲν οὐδὲν ἐτόλμησα γράψαι, τῷ δὲ Φιλοκράτους  
 25 ψηφίσματι οὐκ ἦν παράνομον τάναντία γράφειν, ὡς  
 ἐγὼ ἐπίδειξω. τὸ γὰρ ψήφισμα τὸ τοῦ Φιλοκράτους,  
 καθ' ὃ ὑμεῖς ἀπώλυτε Ἄμφιπολιν, ἐναντίον ἦν τοῖς  
 προτέροις ψηφίσμασι, καθ' ἃ ὑμεῖς ἐκτίσασθε ταύτην  
 33 τὴν χώραν. (25) τοῦτο μὲν οὖν παράνομον ἦν τὸ  
 ψήφισμα τὸ τοῦ Φιλοκράτους, καὶ οὐχ ὅσον τε ἦν τὸν  
 τὰ ἔνομα γράφοντα ταῦτα τῷ παρανόμῳ ψηφίσματι  
 γράφειν. ἐκείνοις δὲ τοῖς προτέροις ψηφίσμασι, τοῖς  
 5 οὖσιν ἐνόμοις καὶ σώζουσι τὴν ὑμετέραν χώραν, ταῦτα  
 γράφων ἐνόμα τ' ἔγραψα καὶ ἐξήλεξα τὸν Φίλιππον,  
 ὅτι ἐξηπάτα ὑμᾶς καὶ οὐκ ἐπανορθώσασθαι ἐβούλετο  
 τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν λέγοντας ἀπίστους  
 καταστῆσαι. (26) Καὶ ὅτι μὲν δοὺς τὴν ἐπανορθωσιν  
 10 νῦν ἔξαρνός ἐστιν, ἅπαντες ἴστε, φησὶ δ' Ἄμφιπολιν  
 ἑαυτοῦ εἶναι. ὑμᾶς γὰρ ψηφίσασθαι ἐκείνου εἶναι,  
 ὅτ' ἐψηφίσασθε ἔχειν αὐτὸν ἢ εἶχεν. ὑμεῖς δὲ τὸ μὲν  
 ψήφισμα τοῦτ' ἐψηφίσασθε, οὐ μὲντοι γ' ἐκείνου εἶναι  
 Ἄμφιπολιν. ἔστι γὰρ ἔχειν καὶ τἀλλότρια, καὶ οὐχ  
 15 ἅπαντες οἱ ἔχοντες τὰ ἑαυτῶν ἔχουσιν, ἀλλὰ πολλοὶ  
 καὶ τἀλλότρια κέκτηνται, ὥστε τοῦτο γε τὸ σοφὸν αὐ-  
 τοῦ ἡλίθιον ἐστίν. (27) καὶ τοῦ μὲν Φιλοκράτους ψη-  
 φίσματος μέμνηται, τῆς δ' ἐπιστολῆς, ἣν πρὸς ὑμᾶς  
 ἐπεμψεν, ὅτ' Ἄμφιπολιν ἐπολιόρκει, ἐπιλέλησται, ἐν  
 20 ἧ ὁμολόγει τὴν Ἄμφιπολιν ὑμετέραν εἶναι. ἔφη γὰρ  
 ἐκπολιορκήσας ὑμῖν ἀποδώσειν ὡς οὔσαν ὑμετέραν καὶ  
 οὐ τῶν ἐχόντων. (28) κἀκεῖνοι μὲν, ὡς εἰοικεν, οἱ πρότε-  
 ρον ἐν Ἄμφιπολιν οἰκοῦντες πρὶν Φίλιππον λαθεῖν, τὴν  
 25 Ἀθηναίων χώραν εἶχον, ἐπειδὴ δὲ Φίλιππος αὐτὴν εἰλη-  
 φεν, οὐ τὴν Ἀθηναίων χώραν ἀλλὰ τὴν ἑαυτοῦ ἔχει.  
 οὐδ' Ὀλυθὸν γε οὐδ' Ἀπολλωνίαν οὐδὲ Παλλήνην  
 οὐκ ἀλλοτρίαι, ἀλλὰ τὰς ἑαυτοῦ χώρας κέκτηται. (29)  
 ἄρ' ὑμῖν δοκεῖ πεφυλαγμένως ἅπαντα πρὸς ὑμᾶς ἐπι-  
 στέλλειν, ὅπως ἂν φαίνηται καὶ λέγων καὶ πράττων ἢ  
 34 παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμολογεῖται δίκαια εἶναι, ἀλλ'  
 οὐ σφόδρα καταπεφρονῆκεναι, ὅς τὴν χώραν, ἣν οἱ

tari ejus animum, quod illis insidiari putetur, de quibus  
 bene mereri decreverit. (22) Proinde vetuit oratores in  
 concione pacem reprehendere. neque enim pacem esse dis-  
 solvendam. sed si in pacis conditionibus aliquid perperam  
 scriptum videretur, id corrigere jussit. Philippum enim  
 facturum esse omnia, quæ vos decrevissetis. At si oratores  
 calumniari pergerent, et ipsi tamen nihil rogarent, per  
 quod et pax firmaretur et perfidiæ opinio a Philippo amove-  
 retur; talibus hominibus non esse auscultandum. (23) Hæc  
 vos audientes probabatis et æqua postulare Pythonem di-  
 cebatis. et erant æqua. dicebantur autem non ut, quæ  
 illi utilia erant et pro quibus perficiendis magnam pecuniam  
 dilargitus fuerat, e fœdere tollerentur, sed a nostratibus  
 istis magistris prius edoctus ille fuerat, qui putabant fore  
 neminem, qui Philocratis decreto, quo Amphipolis periit,  
 intercedere auderet. (24) Ego vero, Athenienses, nihil  
 contrarium legibus rogare ausus sum, sed decreto Philo-  
 cratis adversam rogationem proponere legibus non erat con-  
 trarium, ut ego demonstrabo. Nam decretum Philocratis,  
 quo vos Amphipolim perdidistis, prioribus decretis adver-  
 sabatur, per quæ vos eam regionem obtinuistis. (25) Ac  
 illud quidem decretum Philocratis erat legibus contrarium,  
 nec fieri poterat, ut is qui leges in roganda sententia se-  
 queretur, decreto legibus contrario consentientia rogaret.  
 Quum autem illis prioribus decretis, quæ et legitima erant  
 et vestram ditionem tuebantur, consentanea rogarent;  
 quum legitima rogavi, tum Philippum coargui fucum vobis  
 facere et pacem emendari nolle, sed id agere, ut oratoribus  
 reipublicæ studiosis fides apud vos abrogaretur.

26. Ac eum emendationem fœderis, quam vobis permi-  
 sit, nunc a se permissam esse negare omnes scitis et Amphi-  
 polim suam esse dicere. nam vos eam sibi tradidisse, quum  
 decerneretis ut teneret, quæ teneret. Vos autem tale quidem  
 decretum, nec tamen Amphipolim ipsius esse decrevistis.  
 teneri enim possunt etiam aliena, et non omnes qui tenent,  
 sua tenent, sed multi etiam aliena possident. Quare istæ il-  
 lius argutiæ sunt ineptæ. (27) Ac decreti quidem Philocratis  
 meminit, sed epistolæ, quam ad vos, dum Amphipolim  
 obsideret, misit, oblitus est, in qua confitebatur Amphipolim  
 esse vestram. dixit enim, eam si expugnasset, se vobis reddi-  
 turum, ut quæ vestra esset, non eorum qui tum tenebant.  
 (28) Proinde qui prius, credo, Amphipolim quam Philippus  
 expugnasset incolebatur, Atheniensium regionem habebant,  
 sed postquam Philippus eam cepit, non Atheniensium re-  
 gionem, sed suam tenet. non Olythum certe, non Apollo-  
 niam, non Pallenen, ut alienas, sed ut suas regiones tenet.  
 (29) Nunquid vobis videtur caute ad vos omnia scribere,  
 ut appareat eum et dicere et agere, quæ omnes homines  
 justa esse fateantur, an potius despexisse, qui regionem,



Ἑλληνας καὶ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἐψηφίσαντο καὶ ὁμο-  
5 λογήασιν ὑμέτεραν εἶναι, ταύτην φησὶν ἑαυτοῦ καὶ  
οὐχ ὑμέτεραν εἶναι;

30. Περὶ δὲ τοῦ ἐτέρου ἐπανορθώματος, ὃ ὑμεῖς ἐν τῇ  
εἰρήνῃ ἐπληρωθῆσθε, τοὺς ἄλλους Ἑλληνας, ὅσοι μὴ  
κοινωνοῦσι τῆς εἰρήνης, ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους εἶ-  
10 ναι, καὶ ἐάν τις ἐπ' αὐτοὺς στρατεύῃ, βοηθεῖν τοὺς κοινω-  
τοῦτο καὶ φιλόφρονον, μὴ μόνον ἡμᾶς καὶ τοὺς συμ-  
μάχους τοὺς ἡμετέρους καὶ Φιλίππον καὶ τοὺς συμμά-  
χους τοὺς ἐκείνου ἀγειν τὴν εἰρήνην, τοὺς δὲ μὴθ'  
15 ἡμετέρους ὄντας μῆτε Φιλίππου συμμάχους ἐν μέσῳ  
κείσθαι καὶ ὑπὸ τῶν κρείττων ἀπολλύσθαι, ἀλλὰ καὶ  
τούτοις διὰ τὴν ἡμετέραν εἰρήνην ὑπάρχειν σωτηρίαν,  
καὶ τῷ ὄντι εἰρήνην ἡμᾶς ἀγειν καταθεμένους τὰ ὄπλα,  
(32) τοῦτο δὲ τὸ ἐπανορθῶμα ὁμολογῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ,  
ὡς ἀκούετε, δίκαιόν τ' εἶναι καὶ δέχεσθαι, Φεραίων  
20 μὲν ἀφῆρηται τὴν πόλιν καὶ φρουρὰν ἐν τῇ ἀκροπόλει  
κατέστησεν, ἵνα δὴ αὐτόνομοι ὦσιν, ἐπὶ δ' Ἀμβρακίαν  
στρατεύεται, τὰς δ' ἐν Κασσωπία τρεῖς πόλεις, Παν-  
δοσίαν καὶ Βούχεταν καὶ Ἐλάτειαν, Ἡλείων ἀποικίας,  
25 κατακαύσας τὴν χώραν καὶ εἰς τὰς πόλεις βιασάμενος  
παρέδωκεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ κηδεστῇ τῷ ἑαυτοῦ δουλεύειν.  
σφόδρα γὰρ βούλεται τοὺς Ἑλληνας ἐλευθέρους εἶναι καὶ  
αὐτονόμους, ὡς ὅλοι τὰ ἔργα.

33. Περὶ δὲ τῶν ὑποσχέσεων ὧν ὑμῖν διατελεῖ ὑπι-  
85 σχνόμενος ὡς μεγάλα ὑμᾶς εὐεργετήσων, καταψέ-  
δεσθαι μέ φησιν αὐτοῦ διαβάλλοντα πρὸς τοὺς Ἑλληνας.  
οὐδὲν γὰρ ὑμῖν πώποτε φησὶν ὑπεσχῆσθαι. οὕτως  
ἀνακιδῆς ἐστὶν ὃ ἐν ἐπιστολῇ γεγραφώς, ἣ ἐστὶ νῦν ἐν  
τῷ βουλευτηρίῳ, ὅτ' ἐπιστομειὶν ἡμᾶς ἔφη τοὺς ἑαυτῶ  
5 ἀντιλέγοντας, ἐάν ἡ εἰρήνη γένηται, τσαῦτα ὑμᾶς  
ἀγαθὰ ποιήσειν, ἀ γράφειν ἀν' ἡδῆ, εἰ ἕξει τὴν εἰρήνην  
ἐσομένην, ὅτλον ὡς προκχευρισμένους καὶ ἐτοίμων ὄν-  
των τῶν ἀγαθῶν ἀ ἐμέλλομεν πείσεσθαι τῆς εἰρήνης  
γενομένης. (34) γενομένης δὲ τῆς εἰρήνης, ἀ μὲν ἡμεῖς  
10 ἐμέλλομεν ἀγαθὰ πείσεσθαι, ἐκποδῶν ἐστὶ, φοβὰ δὲ  
τῶν Ἑλλήνων τσαύτη γέγονεν ὅσην ὑμεῖς ἴσατε. ὑμῖν δ'  
ἐν τῇ νυνὶ ἐπιστολῇ ὑπισχνεῖται, ἐάν τοῖς μὲν αὐτοῦ φί-  
λοις καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ λέγουσι πιστεύητε, ἡμᾶς δὲ τοὺς  
15 διαβάλλοντας αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς τιμωρήσῃτε, ὡς με-  
γάλα εὐεργετήσῃ. (35) Τὰ μέντοι εὐεργετήματα τοι-  
αῦτα ἐσται : οὔτε τὰ ὑμέτερα ὑμῖν ἀποδώσει (ἑαυτοῦ  
γὰρ φησὶν εἶναι), οὔτ' ἐν τῇ οἰκουμένῃ αἱ δωρεαὶ ἐσον-  
ται, ἵνα μὴ διαβληθῇ πρὸς τοὺς Ἑλληνας, ἀλλ' ἄλλη  
20 τις χώρα καὶ ἄλλος, ὡς ἔοικε, τόπος φανήσεται, οὗ  
ὑμῖν αἱ δωρεαὶ δοθήσονται.

36. Περὶ δ' ὧν ἐν τῇ εἰρήνῃ εἰληψε χωρίων, ὁμῶν  
ἐχόντων, παρασπονδῶν καὶ λυῶν τὴν εἰρήνην, ἐπειδὴ  
οὐκ ἔχει ὃ τι εἶπη, ἀλλ' ἀδικῶν φανερώς ἐξελέγχεται,  
ἐπιτρέπειν φησὶ περὶ τούτων ἐτοιμος εἶναι ἴσῳ καὶ  
15 κοινῷ δικαστηρίῳ, περὶ ὧν μόνων οὐδὲν δεῖ ἐπιτρο-  
πῆς, ἀλλ' ἀριθμὸς ἡμερῶν ἐστὶν ὃ κρίνων. (37) Ἄπαν-  
τες γὰρ ἴσμεν τίμη μὴνὶ καὶ ποία ἡμέρα ἡ εἰρήνη ἐγέ-

quam Græci et rex Persarum pronunciarunt et confessi  
sunt esse vestram, eam suam esse, et non vestram asseve-  
ret?

30. De altera emendatione, quam in fœdere emendastis,  
ut reliqui Græci, qui fœdere non continerentur, liberi essent  
suisque legibus viverent, et si quis in eos invaderet, ut  
fœderati illis opem ferrent (31) (nam et æquum hoc et huma-  
num esse ducebatis, non nos solos sociosque nostros et  
Philippum ejusque socios in pace vivere, alios vero, qui  
nec nostri nec Philippi socii essent, in medio discrimi-  
mine positos a potentioribus perdi, sed hos quoque propter  
nostram pacem esse incolumes, et nos armis positis revera  
pacem agere), (32) hanc autem correctionem quanquam in  
epistola fatetur, ut auditis, et æquam esse et a se recipi;  
Pheræis tamen urbem eripuit et arcis præsidium imposuit,  
ut scilicet suis ipsi legibus vivant, contra Ambraciam ducit  
exercitum, tres urbes in Cassopiâ, Pandosiam, Buche-  
tam et Elateam, Eleorum colonias, exustis agris oppidisque  
vi subactis Alexandri affinis sui servituti subjecit. Vehemen-  
ter certe cupit Græcos esse liberos suisque vivere legibus,  
ut facta declarant.

33. De pollicitationibus, quas vobis perpetuo pollicetur,  
tanquam ingentia in vos beneficia collaturus, se falso a me  
accusari et apud Græcos in invidiam adduci dicit, quum  
vobis nihil unquam sit pollicitus. Usque adeo impudens  
est, qui in ea epistola, quæ nunc in prytaeo est, quum se  
nobis adversariis suis ora obturaturum diceret, scripsit :  
« si pax fieret, tot se beneficia in vos collocaturum, quæ  
jam tum scripsisset, si scisset pacem esse futuram. » Nimi-  
rum bona illa, quæ accepturi eramus, prompta et expedita  
fuerunt, modo pax esset facta. (34) Facta vero pace, bona,  
quæ accepturi eramus, in ventos abierunt, tantaque Græ-  
ciæ vastatio consecuta est, quantam vos scitis. Vobis au-  
tem in præsentī epistola pollicetur, si suis amicis defenso-  
ribusque credatis, et nos, qui eum apud vos traducamus,  
puniat, se fore beneficentissimum. (35) At illa beneficia  
hujusmodi erunt : nec vestra vobis reddet (sua enim esse  
dicit), nec dona in habitata terra erunt, ut ne apud Græ-  
cos traducatur, sed aliqua alia regio et alius, ut videtur,  
locus apparebit, ubi vobis dona illa dentur.

36. De oppidis, quæ vobis tenentibus tempore pacis eri-  
puit fœdere rupto et pace dissoluta, quum non habeat quid  
dicat, sed palam injuste fecisse convincatur, de his æquo  
et communi judicio arbitrium permittere se paratum esse  
dicit, quum ea sola sententiam judicis non requirant, sed  
ipse dierum numerus sit judex. (37) Omnes enim scimus  
quo mense quoloque die pax facta sit. quemadmodum au-

νετο. ὡς περ δὲ ταῦτα ἴσμεν, ἀκαίῃα ἴσμεν, τίνι μὴν καὶ τίνι ἡμέρᾳ Σέρβρειον τεῖχος καὶ Ἐργίσκη καὶ 86 Ἱερὸν ὄρος ἐάλω. οὐ δὲ ἀφανῆ ἐστὶ ταῦτα οὕτω πραχθέντα οὐδὲ κρίσεως δεόμενα, ἀλλὰ πᾶσι γνώριμα, πότερος πρότερος μὴν ἐστίν, ἐν ᾗ ἡ εἰρήνη ἐγένετο ἢ ἐν ᾗ τὰ χωρία ἐάλω.

5 38. Φησὶ δὲ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἡμῶν, ὅσοι ἐν τῷ πολέμῳ ἐάλωσαν, ἀποδεδωκέναι. ὃς τὸν μὲν Καρύστιον, τὸν πρόξενον τῆς ἡμετέρας πόλεως, ὑπὲρ οὗ ἡμεῖς τρεῖς πρέσβεις ἐπέμψατε ἀπαιτοῦντες, τοῦτον τὸν ἄνδρα ἐκείνος οὕτω σφόδρα ὑμῖν ἐβούλετο χαρίσασθαι, ὡς τ' ἀπέκτεινε καὶ οὐδ' ἀναίρεσιν ἔδωκεν, ἵνα 10 ταφῇ.

39. Περὶ δὲ Χερβρόνησου ἃ τ' ἐπιστέλλει πρὸς ὑμᾶς ἀξίον ἐστὶν ἐξετάσαι, ἐστὶ δὲ καὶ ἃ πράττει, καὶ ταῦτ' εἰδέναι. τὸν μὲν γὰρ τόπον ἅπαντα τὸν ἔξω Ἀγορᾶς ὡς ἑαυτοῦ ὄντα καὶ ὑμῖν οὐδὲν προσήκοντα δίδωκε καρποῦσθαι Ἀπολλωνίδῃ τῷ Καρδιανῷ. καίτοι Χερβρό- 15 νήσου οἱ ὄροι εἰσὶν οὐκ Ἀγορά, ἀλλὰ βωμὸς τοῦ Διὸς τοῦ ὄρειου, ὃς ἐστὶ μεταξὺ Πτελεοῦ καὶ Λευκῆς ἀκτῆς, οὗ ἡ διορυχὴ ἐμελλε Χερβρόνησου ἐσεσθαι, (40) ὡς γε τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς τοῦ ὄρειου δηλοῖ. ἐστὶ δὲ τοῦτ' :

20 Τόνδε καθιδρύσαντο θεῶν περικαλλέα βωμόν,  
Λευκῆς καὶ Πτελεοῦ μέσσον ὄρον θέμενοι,  
ἐναΐται χώρης σημήϊον. ἀμμορίης δὲ  
αὐτὸς ἀναξὶ μακάρων ἐστὶ μέσος Κρονίδης.

25 (41) Ταύτην μέντοι τὴν χώραν τοσαύτην οὔσαν, ὅσην οἱ πολλοὶ ὑμῶν ἴσασιν, ὡς ἑαυτοῦ οὔσαν τὴν μὲν αὐτὸς καρποῦται τὴν δὲ ἄλλοις δωρεὰν δέδωκε, καὶ ἅπαντα τὰ κτήματα τὰ ὑμέτερα ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖται, καὶ οὐ μόνον τὴν ἔξω Ἀγορᾶς χώραν σφετερίζεται, ἀλλὰ καὶ 87 « πρὸς Καρδιανούς, » οἱ οἰκοῦσιν ἔσω Ἀγορᾶς, ἐπιστέλλει ἐν τῇ νῦν ἐπιστολῇ « ὡς δεῖ ὑμᾶς διαδικάζεσθαι, » πρὸς Καρδιανούς τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ ὑμέτερᾳ, « εἰ τι πρὸς αὐτοὺς διαφέρεσθε. » (42)

5 Διαφέρονται δὲ πρὸς ὑμᾶς, σκέψασθε εἰ περὶ μικροῦ. ἐκῶτων φασὶ τὴν χώραν οὔσαν οἰκεῖν καὶ οὐχ ὑμέτεραν, καὶ τὰ μὲν ὑμέτερα εἶναι ἐγκτήμαθ' ὡς ἐν ἄλλοις, τὰ δὲ αὐτῶν κτήμαθ' ὡς ἐν οἰκείᾳ, καὶ ταῦθ' 10 ὑμέτερον πολίτην γράψαι ἐν ψηφίσματι, Κάλλιππον Παιανιέα. (43) καὶ τοῦτό γ' ἀληθὲς λέγουσιν. ἔγραψε γάρ, καὶ ἔμοῦ γ' αὐτὸν γραφάμενον παρανόμων γραφῆν ὑμῖς ἀπεψηφίσασθε. τοιγάρτοι ἀμφισβητήσιμον ὑμῖν τὴν χώραν κατεσκεύακεν. ὁπότε δὲ περὶ τούτου τολ- 15 μήσετε πρὸς Καρδιανούς διαδικάζεσθαι, εἴθ' ὑμέτερα ἐστὶν εἰτ' ἐκείνων ἡ χώρα· διὰ τί οὐ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους Χερβρονήσιτας τὸ αὐτὸ δίκαιον ἐσται; (44) Καὶ οὕτως ὑβριστικῶς ὑμῖν κέχρηται ὡς τε φησὶν: « Ἐὰν μὴ θέλωσι διαδικάζεσθαι οἱ Καρδιανοί, αὐτὸς 20 ἀναγκάσειν, » ὡς ὑμῶν γ' οὐκ ἂν δυναμένων οὐδὲν ἀναγκάσαι Καρδιανούς ὑμῖν ποιῆσαι. ἐπειδὴ δ' ὑμεῖς οὐ δύνασθε, αὐτὸς φησὶ τοῦτ' ἀναγκάσειν αὐτοὺς ποιῆσαι. ἄρ' οὐ μέγαλα φαίνεται ὑμᾶς εὐεργετῶν;

tem hæc scimus, sic et illa scimus, quo mense et quo die Serrhium castellum, et Ergisca et Sacer mons capta sint. Non utique hæc res sic gestæ sunt obscuræ, vel disceptationem requirunt, sed notum omnibus uter prior fuerit mensis, is quo pax facta est, an quo illa oppida capta sunt.

38. Ait autem etiam captivos nostros, quotquot in bello capti sint, se reddidisse. qui Carystium, proxenum nostræ urbis, cujus reposcendi gratia vos tres legatos misistis, hunc virum ille tam vehementer in vestram gratiam dimittere voluit, ut interficeret et ne cadaver quidem ad sepulturam daret.

39. De Chersoneso et quæ ad vos scribat, examinare fuerit operæ pretium, et præterea etiam quæ agit, et hæc nosse. Nam locum omnem ultra Agoram situm, ut suum et nihil ad vos attinentem, Apollonidæ Cardiano fruendum concessit. Atqui Chersonesi limites sunt non Agora, sed ara Jovis Terminalis, quæ est intra Pteleum et Leucam Actam (quo in loco perossio Chersonesi erat futura), (40) id quod aræ inscriptio Jovis Terminalis indicat, his verbis :

Limes ut in medio Leucæ Pteleique notetur,  
hæc est excellens ara sacrata deo.  
ne populos turbet contentio, Juppiter ipse,  
rex superdm, medius limite signat agros.

(41) Hanc igitur regionem, quæ tanta est, quantam multi vestrum noverint, tanquam suam partim ipse possidet, partim aliis dono dedit, omnesque fundos vestros sibi subjicit, neque eam duntaxat regionem, quæ ultra Agoram est, vobis eripit, sed etiam in hac epistola scribit « vos oportere iudicio transigere cum Cardianis, » qui citra Agoram habitant, cum Cardianis inquam, qui in vestra terra habitant, « si qua vobis cum illis controversia sit. » (42) Est autem illis controversia vobiscum, atque ea num parva de re, considerate. Se regionem incolere dicunt quæ sua sit et non vestra, et quicquid vos ibi possideatis, id vos possidere tanquam in aliena ditione partum, at quæ ipsi teneant, se tenere tanquam fundos in sua terra, et hæc vestrum civem Callippum Pæaniensem in decreto rogasse. (43) In quo haud sane mentiuntur. rogavit enim. quem quum ego violatarum legum reum fecissem, vos absolvistis. Proinde id effecit, ut ea de regione controversiam haberetis. Quod si vos de hoc in iudicium venire contra Cardianos non pudebit, utrum ea regio vestra an ipsorum sit; cur non eodem etiam contra reliquos Chersonesitas jure utimini? (44) Quin adeo contumeliose vobis insultat, ut dicat, « Si Cardiani venire in iudicium recusent, se eos coacturum, » quasi vos non possitis ad quidquam vobis præstandum Cardianos adigere. quod quum vos nequeatis, ipse se illos ad id faciendum coacturum dicit. an non aperte magna in vos beneficia confert? (45) Nec

(46) και ταύτην τὴν ἐπιστολὴν τινες εὖ ἔφασαν γεγρά-  
φθαι, οἱ πολλοὶ ἂν δικαιοτέρον ὑφ' ἑμῶν ἢ Φιλίππου μι-  
25 σοῖντο. ἐκεῖνος μὲν γ' ἑαυτῷ κτώμενος δόξαν και  
μεγάλ' ἀγαθὰ ἅπαντα καθ' ἑμῶν πράττει, ὅσοι δ' Ἀθη-  
ναῖοι ὄντες μὴ τῇ πατρίδι ἀλλὰ Φιλίππου εὐνοίαν ἐν-  
δείκνυνται, προσήκει αὐτοὺς ὑφ' ἑμῶν κακοῦς κακῶς  
88 ἀπολωλέναι, εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτά-  
φοις και μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φο-  
ρεῖτε.

46. Ὑπολοπόν μοι ἐστὶν ἔτι πρὸς ταύτην τὴν ἐπιστο-  
λὴν τὴν εὖ ἔγρουσαν και τοὺς λόγους τῶν πρέσβειων  
5 γράψαι τὴν ἀπόκρισιν, ἣν ἡγοῦμαι δικαίαν τ' εἶναι και  
συμφέρουσαν ἑμῖν.

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

### Ο ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΧΕΡΡΟΝΗΣΩ.

#### ΑΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

1. Ὁ λόγος οὗτος ὑπὲρ Διοπίθους εἰρηται και ὦν ἐκεῖνος  
παρὰ Ἀθηναίους καταγέρτο. ἦν μὲν γὰρ Χαβρόνησος ἡ  
πρὸς Θράκην τῶν Ἀθηναίων κτῆμα ἀρχαῖον, εἰς δὲ ταύτην ἀπέ-  
στειλαν κατὰ τοὺς Φιλίππου καιροὺς κληροῦχος ἑαυτῶν. (2)  
Ἔθος δὲ ἦν τοῦτο παλαιὸν τοῖς Ἀθηναίοις, ὅσοι πένητες ἦσαν  
αἰτῶν και ἀκτῆμονες οἰκοί, τοὺτους κέμπει ἐποίκους εἰς τὰς  
εἴω πόλεις τὰς ἑαυτῶν. και ἐλάμβανον πεμπόμενοι ὄπλα τε  
ἐκ τοῦ δημοσίου και ἐφόδιον. και νῦν τοίνυν τοῦτο γέγονε και  
κεκόμρασαν ἐποίκους εἰς τὴν Χαβρόνησον, στρατηγὸν αὐτοῖς  
ζόντες Διοπίθην. (3) Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι Χαβρόνησῆται τοὺς  
ἐπελθόντας ἰδέσαντο και μετέβωκαν αὐτοῖς και οἰκῶν και  
25 γῆς, Καρδιανοὶ δὲ οὐκ εἶδαντο λέγοντες ἰδίαν χώραν οἰκεῖν  
και οὐκ Ἀθηναίων. (4) Ἐντεῦθεν οὖν Διοπίθης ἐπολέμει Καρ-  
διανούς. οἱ δὲ παρὰ Φιλίππον καταφεύγουσι, και δε ἐπιστέλλει  
τοῖς Ἀθηναίοις μὴ βιάζεσθαι Καρδιανούς ὡς αὐτῷ προσήκου-  
89 σαι. ὡς δὲ οὐκ ἦκουον τούτων οἱ Ἀθηναῖοι, βοήθειαν τοῖς  
Καρδιανούς ἐπεμψεν. (5) Ἐρ' οἱς ἀναγκάσας ὁ Διοπίθης,  
5 τοῦ Φιλίππου περὶ τὴν μεσογείαν τὴν ἀνω Θράκην πολεμοῦντος  
πρὸς τὸν Ὀδρυσῶν βασιλέα, τὴν παράλιον Θράκην ὑπήκουον  
ὄσαν τοῦ Μακεδόνης κατέδραμε και ἐπόρθησε, αἰρνίδιον πρὶν  
Φιλίππον ἐκανελεθεῖν ἀναχωρήσας εἰς τὴν Χαβρόνησον και ἐν  
10 ἀσφαλεῖ γενόμενος. (6) Διόπερ ὁ Φιλίππος οὐ δυναθεὶς ὄπλοις  
αὐτὸν ἀμύνεσθαι κέκομρεν ἐπιστολὴν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους,  
κατηγορῶν τοῦ στρατηγῶ και λέγων αὐτὸν παραβεθῆναι τὴν  
εἰρήνην ἀντικρως. και οἱ φιλιππίζοντες τῶν ῥητόρων κατα-  
τρέχουσι τοῦ Διοπίθους, και κολάζειν ἀξιούσιν αὐτόν. (7)  
Πρὸς οὓς ὁ Δημοσθένης ἐναντιούμενος διχῆ ὑπὲρ τοῦ Διοπίθους  
15 ἵσταται. οὔτε γὰρ ἀδικά ἦσιν αὐτὸν πεποιτημένα. Φιλίππου  
γὰρ πολὺ πρότερον παραβάντος τὴν εἰρήνην και ἀδικούντος τὴν  
τῶν Ἀθηναίων πόλιν, εἰκότως και τοῦτον ἔργα πολεμίου δια-  
πράττεσθαι. οὔτε συμφέρειν λέγει τοῖς Ἀθηναίοις κολάζειν  
20 τὸν στρατηγὸν και διαλύσαι τὴν ὑπ' ἐκεῖνου δύναμιν, ἥτις νῦν  
ἀποκροῦεται Χαβρόνησου Φιλίππον. (8) Τὸ δὲ ἔλον ἐπὶ πόλεμον

desunt, qui hanc epistolam bene scriptam esse dicant, qui  
quidem majore vestro quam Philippus odio digni sunt. is  
enim dum vobis in omnibus rebus adversatur, sibi ipsi glo-  
riam et magnas opes acquirit, at quicumque, Athenienses  
quom sint, Philippum, non patriam benivolentia prose-  
quuntur, hi, ut eorum meretur malitia, male a vobis perdi  
debent, si quidem vos cerebrum in temporibus, et non in  
calcibus conculcatum geritis.

46. Reliquum etiam est mihi, ut ad præclaram istam  
epistolam et dicta legatorum tale responsum rogem, quod  
existimem et æquum esse et profuturum vobis.

## DEMOSTHENIS

### DE CHERSONESO ORATIO.

#### LIBANII ARGUMENTUM.

1. Hac oratione Diopithes defenditur et crimina illi apud Athe-  
nenses objecta diluuntur. Fuit enim Chersonesus Thracia anti-  
qua possessio Atheniensium, qui illuc Philippi temporibus agri-  
petas miserunt, (2) pro veteri more suo, quo pauperes atque  
inopes cives in externa sua oppida habitatum ablegabant, armis  
et viatico e publico datis. Id quod nunc quoque factum est, mis-  
sis in Chersonesum colonis, Diopithe cum imperio is præfecto.  
(3) Reliqui quidem Chersonesitæ eos qui advenerant in socie-  
tatem ædium et agrorum receperunt, Cardiani autem, quod  
regionem suam se tenere dicebant, non Atheniensium, repu-  
lerunt. (4) Hinc a Diopithe Cardiani bello quum peterentur, ad  
Philippum confugiunt. Is per litteras Atheniensibus edicit, ne  
Cardianis suis propinquis vim faciant, sed jure agant, si quam  
sibi factam esse injuriam querantur. Quod quum Athenienses  
detractarent; auxilla Cardianis misit. (5) Quam rem Diopi-  
thes graviter ferens, dum Philippus in mediterraneis supe-  
rioris Thraciæ contra Odrysorum regem bellum gerebat, ma-  
ritimam Thraciam, quæ Macedoni parebat, incursionibus  
vexavit et populatus est, ac antequam Philippus revertetur,  
regressus in Chersonesum, in tuta se recepit. (6) Quare quum  
Philippus armis eum ulcisci non posset, per litteras duces il-  
lum apud Athenienses accusavit, qui manifesto pacem violas-  
set. Oratores igitur Philippi studiosi in Diopithen invecti,  
punendum eum jubent. (7) His Demosthenes adversatur, ac  
duplici ratione Diopithen defendit: eum enim inique fecisse  
quicquam negat. nam quum Philippus longe prior pacem  
violari et urbi Atheniensium noceat, non injuria hunc quoque  
se pro hoste gerere. neque esse e republica eum imperatorem  
puniri et ejus exercitum dimitti, qui nunc Philippum Cherso-  
nesi aditu prohibeat. (8) Denique ad bellum hortatur et ve-

παρακαλεῖ, καὶ τοῦ Φιλίππου πολλὴν ποιεῖται κατηγορίαν ὡς ἀδίκου καὶ παρασπόνδου καὶ τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἑλλήσιν ἐπιβουλεύοντος.

ΠΟΙΟΥ ΕΙΔΟΥΣ Ο ΛΟΓΟΣ.

5 Τινὲς ἐνόμισαν τὸν λόγον δικανικοῦ εἶδους λέγοντες, ὅτι ἀπολογία ἔχει Διοπίθους καὶ κατηγορίαν Φιλίππου. Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος ὁ τεχνικὸς συμβουλευτικὸς αὐτὸν εἶδους λέγει εἶναι, ἐπειδὴ, φησὶ, τῆς κατηγορίας κλείονα τὴν συμβουλήν ἔχει. Τὸ δὲ ἀληθέστερον οὕτως: Εἰ ἦν παρεστηκὸς ὁ τε κατηγορούμενος καὶ ὁ δῶκων· καλῶς ἂν, ὡς ἐν δικαστηρίῳ καὶ κρίσει  
10 αὐτῶν ὄντων, ἐλέγομεν εἶναι τὸν λόγον εἶδους δικανικοῦ. ἀλλ' ἐπειδὴ οὔτε δικαστήριον ἦν οὔτε Διοπίθης παρῆν οὔτε Φίλιππος, ἀλλ' ὁ ῥήτωρ, προσκοπῶν οὔτε τὴν ἀπολογία Διοπίθους οὔτε τὴν κατηγορίαν Φιλίππου, ἀλλὰ τῆς πόλεως τὸ συμφέρον συνεβούλευσε· καλῶς ἂν τὸν λόγον εἰποίμεν εἶδους εἶναι συμ-  
15 βουλευτικοῦ.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ Ο ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΧΕΡΡΟΝΗΣΩ.

90 1. Ἔδει μὲν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς λέγοντας ἅπαντας μῆτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μὴδὲνα μῆτε πρὸς χάριν, ἀλλ' ὁ βέλτιστος ἕκαστος ἡγήτο, τοῦτ' ἀποφαινεσθαι, ἄλλως τε καὶ περὶ κοινῶν πραγμάτων καὶ μεγάλων ὑμῶν βουλευομένων. ἐπειδὴ δ' ἔνιοι τὰ μὲν φιλονεικία τὰ δ' ἡτινιδήποτ' αἰτία προάγονται λέγειν ὑμᾶς, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς πολλοὺς δεῖ πάντα τὰλλ' ἀφελόντας, ἅ τῇ πόλει νομίζετε συμ-  
5 φέρειν, ταῦτα καὶ ψηφίζεσθαι καὶ πράττειν. (2) Ἡ μὲν οὖν σπουδὴ περὶ τῶν ἐν Χερρόνησῳ πραγμάτων ἐστὶ καὶ τῆς στρατείας, ἣν ἐνδέκατον μῆνα τουτονὶ Φίλιππος ἐν Θράκῃ ποιεῖται, τῶν δὲ λόγων οἱ πλείστοι, περὶ τῶν Διοπίθης πράττει καὶ μέλλει ποιεῖν, εἰρηναί.  
15 ἐγὼ δ' ὅσα μὲν τις αἰτιᾶται τίνα τούτων, οὐς κατὰ τοὺς νόμους ἐφ' ὑμῖν ἐστὶν ὅταν βούλησθε κολάζειν, κἂν ἤδη δοκῇ κἂν ἐπισηοῦσι, περὶ αὐτῶν σκοπεῖν ἐγγυρεῖν ἡγοῦμαι, καὶ οὐ πάνυ δεῖ περὶ τούτων οὔτ' ἐμὲ οὔτ' ἄλλον οὐδένα ἰσχυρίζεσθαι. (3) ὅσα δ' ἐχθρὸς ὑπάρ-  
20 χων τῇ πόλει Φίλιππος καὶ δυνάμει πολλῇ περὶ Ἑλλάδος ποντον ὧν πειρᾶται προλαβεῖν, κἂν ἅπαξ ὑστερήσωμεν, οὐκέθ' ἔξομεν σῶσαι, περὶ τούτων δ' οἶμαι τὴν  
91 ταχίστην συμφέρειν καὶ βεβουλεύσθαι καὶ παρεσκευάσθαι, καὶ μὴ τοῖς περὶ τῶν ἄλλων θορόβοις καὶ ταῖς κατηγορίαις ἀπὸ τούτων ἀποδρᾶναι.

4. Πολλὰ δὲ θαυμάζων τῶν εἰωθότων λέγεσθαι παρ' ὑμῖν, οὐδενὸς ἦττον, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τεθαύμακα ὁ καὶ πρόην τινὸς ἤκουσα εἰπόντος ἐν τῇ βουλῇ, «ὡς ἄρα δεῖ τὸν συμβουλευόντα ἢ πολεμεῖν ἀπλῶς ἢ τὴν εἰρήνην ἀγειν συμβουλεύειν.» (5) Ἔστι δέ: εἰ μὲν ἡσυχίαν Φίλιππος ἀγει καὶ μῆτε τῶν ἡμετέρων ἔχει παρὰ τὴν  
10 εἰρήνην μὴδὲν μῆτε συσκευάζεται πάντας ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς· οὐκέτι δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἀπλῶς εἰρήνην ἀκτέον, καὶ τὰ γε ἀφ' ὑμῶν ἔτομα ὑπάρχονθ' ὀρώ. (6) εἰ δ',

hementer Philippum accusat, ut injuriam et foedifragum et Atheniensibus et reliquis Græcis insidiantem.

CUJUS GENERIS SIT HÆC ORATIO.

Quidam putarunt hanc orationem ad judiciale genus pertinere, quod tum Diopithis defensionem tum Philippi accusationem contineat. Sed Epiphanius Technicus deliberativi generis eam esse dicit, quod in dando consilio quam in accusatione diutius immoretur. Verius autem ita dicetur: Si et reus et accusator adstiterint; recte, quum hi in foro et judicio versarentur, diceremus judicialis generis esse orationem. Sed quis neque causa apud iudices agebatur neque vel Diopithes aderat vel Philippus, atque oratori non magis defensio Diopithis et accusatio Philippi proposita fuerit, quam illud, ut consilium utile reipublicæ daret; recte dicemus orationem suavioris esse generis.

DEMOSTHENIS DE CHERSONESO ORATIO.

1. Æquum esset, Athenienses, oratores omnes neque odio impulsos neque ad gratiam verbum ullum loqui, sed quod quisque optimum duceret id proferre, quum præsertim et de publicis et de magnis negotiis deliberatis. sed quia nonnulli tum æmulatione tum quacunq; tandem de causa ad dicendum impelluntur; vos populus, Athenienses, debetis, rebus omnibus reliquis sublatis, quæ futura esse putatis e republica, ea et decernere et exsequi. (2) Agitur autem nunc de Chersoneso et expeditione illa, qua Philippus suscepta undecimum jam in Thracia mensem versatur, sed pleræque orationes de rebus Diopithis gestis et conatibus habentur. Ego vero de criminibus, quæ illis, quos in vestra potestate est, quando volitis, punire e legibus, objiciuntur, nihil referre arbitror, sive nunc sive mora interposita deliberetis, neque est necessarium, ut vel ego vel quisquam alius ea de re magnam contentionem suscipiat. (3) quæ vero Philippus, nostræ civitatis hostis magnasque copias circa Hellespontum habens, occupare vobisque præripere conatur quæque nos occasione semel neglecta recuperare atque restituere in integrum nunquam poterimus, de his jam expedit opinor quamprimum et decerni et paratos esse, neque propter turbas ceterarum rerum et criminationes ea subterfugienda.

4. Quanquam autem multa quæ apud vos dici solent miror, vel inprimis tamen id demiratus sum, Athenienses, quod: super dicentem audiivi in senatu, decere omnino consulentem aliquem, ut plane aut bellum gerendum aut pacem servandam juberet. (5) Sic autem se res habet: si Philippus quiescit neque rupto fœdere quicquam vobis ereptum tenet neque omnes homines contra nos concitat; nihil amplius dicendum est, sed simpliciter pax retinenda, et quod ad vos quidem attinet, parata esse omnia video. (6) At si quæ ju-

ἂ μὲν ὠμόσαμεν καὶ ἐφ' οἷς τὴν εἰρήνην ἐποιησά-  
 μεθα, ἔστιν ἰδεῖν καὶ γεγραμμένα καίται, φαίνεται δ'  
 15 ἀπ' ἀρχῆς ὁ Φίλιππος, πρὶν Διοσιπέθην ἐκπλεῦσαι καὶ  
 τοὺς κληροῦχος οὐκ νῦν αἰτιῶνται πεποιηκέναι τὸν πό-  
 λεμον, παλλὰ μὲν τῶν ἡμετέρων ἀδίκως εἰληφώς, ὑπὲρ  
 ὧν ψηφίσμαθ' ἡμέτερα ἐγκαλοῦντα κύρια ταυτί, πάντα  
 δὲ τὸν ἄλλον χρόνον συνεχῶς τὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων  
 20 καὶ βαρβάρων καὶ λαμβάνων καὶ ἐφ' ἡμᾶς συσκευαζό-  
 μενος τί τοῦτο λέγουσιν, ὡς πολεμεῖν ἢ ἀγειν εἰρήνην  
 δεῖ; (7) Οὐ γὰρ αἰρεσίς ἐστιν ἡμῖν τοῦ πράγματος,  
 ἰλλ' ὑπολείπεται τὸ δικαιοτάτον καὶ ἀναγκαϊότατον τῶν  
 ἔργων, ὃ ὑπερβαίνουσιν ἐκόντες οὗτοι. τί οὖν ἐστὶ τοῦτο;  
 25 ἀμύνεσθαι τὸν πρότερον πολεμοῦνθ' ἡμῖν. πλὴν εἰ  
 τοῦτο λέγουσιν ἡ Δία, ὡς, ἂν ἀπέχεται τῆς Ἀττικῆς καὶ  
 τοῦ Πειραιῶς ὁ Φίλιππος, οὐτ' ἀδικεῖ τὴν πόλιν οὔτε  
 ποιεῖ πόλεμον. (8) Εἰ δ' ἐκ τούτων τὰ δίκαια τίθενται  
 92 καὶ τὴν εἰρήνην ταύτην ἐρίζονται· ἔτι μὲν δήπουθεν  
 οὐθ' ὅσα οὐτ' ἀνεκτὰ λέγουσιν οὐθ' ἡμῖν ἀσφαλῆ δῆλόν  
 ἐστὶν ἄπασιν. οὐ μὴν ἄλλ' ἐναντία συμβαίνει ταῖς  
 κατηγορίαις, ἃς Διοσιπέθους κατηγοροῦσι, καὶ αὐτὰ  
 5 ταῦτα λέγειν αὐτοῦς. Τί γὰρ δή ποτε τῶ μὲν Φι-  
 λίπῳ πάντα ἄλλα ποιεῖν ἐξουσίαν δόσομεν, ἂν τῆς  
 Ἀττικῆς ἀπέχεται, τῶ Διοσιπέθῃ δ' οὐδὲ βοηθεῖν τοῖς  
 Θραξίν ἐξίσταται, ἢ πόλεμον ποιεῖν αὐτὸν φήσομεν;  
 (9) Ἀλλὰ νῆ Δία ταῦτα μὲν ἐξελέγχονται, « δεινὰ κοι-  
 10 οῦσι δ' οἱ ξένοι περικόπτοντες τὰ ἐν Ἑλλησπόντῳ,  
 « καὶ Διοσιπέθους ἀδικεῖ κατάγων τὰ πλοῖα, καὶ δεῖ μὴ  
 « ἐπιτρέπειν αὐτῶ. » (10) Ἔστω, γινέσθω ταῦτα. οὐδὲν  
 ἀντιλέγω. οἶμαι μένοι δεῖν, εἴπερ ὡς ἀληθῶς ἐπι-  
 πᾶσι δικαιοῦς ταῦτα συμβουλεύουσιν, ὥσπερ τὴν ὑπάρ-  
 15 σουν τῇ πόλει δύναμιν καταλύσαι ζητοῦσι, τὸν ἐφε-  
 στικῶτα καὶ πορίζοντα χρήματα ταύτη διαβάλλοντες  
 ἐν ἡμῖν, οὕτω τὴν Φιλίππου δύναμιν δεῖξαι διαλυθη-  
 σομένην, ἂν ἡμεῖς ταῦτα πεισθῆτε. εἰ δὲ μὴ σκο-  
 πείτε ἔτι οὐδὲν ἄλλο ποιοῦσιν ἢ καθιστᾶσι τὴν πόλιν εἰς  
 20 τὸν αὐτὸν τρόπον δι' οὗ τὰ παρόντα πράγματα ἄπαντ'  
 ἐπολύσκεν.

11 Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ἔτι οὐδὲν τῶν πάντων  
 πλεόν κεκράτηκε τῆς πόλεως Φίλιππος ἢ τῶ πρό-  
 τερος πρὸς τοῖς πράγμασι γίνεσθαι. ὁ μὲν γὰρ ἔχων  
 25 δύναμιν συνεστηκυῖαν ἀεὶ περὶ αὐτόν, καὶ προειδὼς  
 ἂ βούλεται πράξαι, ἐξαίφνης ἐφ' οὐκ ἂν αὐτῷ δόξῃ  
 πάρεστιν. ἡμεῖς δ' ἐπειδὴν πυθώμεθα τι γιγνόμενον,  
 τηνικαῦτα θορυβοῦμεθα καὶ παρασκευαζόμεθα. (12)  
 εἴτ', οἶμαι, συμβαίνει τῶ μὲν, ἐφ' ἃ ἂν ἔλθῃ, ταῦτ'  
 ἔγειν κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν, ἡμῖν δ' ὑστερίζειν, καὶ  
 93 ὅσα ἂν θαπανήσωμεν, ἅπαντα μάλιστα ἀνηλωκέναι, καὶ  
 τὴν μὲν ἔχθραν καὶ τὸ βούλεσθαι κωλύειν ἐνδεδεῖσθαι,  
 ὑστερίζοντας δὲ τῶν ἔργων αἰσχρὴν προσοφλισκάν-  
 νειν.

12. Μὴ τοίνυν ἀγνοεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἔτι  
 5 καὶ τὰ νῦν ἄλλα μὲν ἐστὶ λόγοι ταῦτα καὶ προφάσεις,  
 κρᾶτταται δὲ καὶ κατασκευάζεται τοῦτο, ὅπως ἡμῶν  
 μὲν οἰοί μενόντων, ἔξω δὲ μηδεμιᾶς οὔσης τῇ πόλει  
 δυνάμει, μετὰ πλείστης ἡσυχίας ἄπανθ' ὅσα βούλεται

ravinus et quibus conditionibus pacem fecimus, ea in con-  
 spectu sunt et inscripta, Philippum vero constat ab initio,  
 antequam Diopithes cum agripetis, in quos concitati belli  
 crimen nunc confertur, hinc solveret, multa nobis per in-  
 juriam eripuisse, quibus de rebus plebiscita hæc vestra  
 eaque rata illum accusant, et omni reliquo tempore conti-  
 nenter tum ceteros Græcos tum Barbaros amplecti et contra  
 nos concitare; cur hoc isti dicitant esse vel gerendum bel-  
 lum vel pacem retinendam? (7) Neque enim utrum veli-  
 mus optio datur, sed illud omnium operum justissimum  
 nobis [maximeque necessarium] relinquunt, quod isti de in-  
 dustria transiliunt. Quodnam illud est? ut eum ulciscamur,  
 qui prior bellum nobis intulit. Nisi forte illud dicant  
 per Jovem, dum abstineat Attica Pirææque Philippus,  
 eum neque violare urbem neque bellum facere. (8) Qui  
 si jus et æquum ista regula metiuntur atque istam pa-  
 cem esse definiunt; eos utique nec æqua nec ferenda di-  
 cere nec vobis tuta perspicuum est omnibus. atamen his  
 ipsis verbis iidem Diopithem, quem accusant, omni crimi-  
 ne liberant. Nam qui convenit, ut Philippo quidvis  
 agendi licentiam demus, dummodo Atticam non invadat,  
 Diopithem vero ne opitulari quidem Thracibus sinamus, aut  
 si opituletur, concitare bellum dicamus? (9) At per Jovem  
 in hoc quidem convicti sunt, « sed non ferenda agunt mer-  
 « cenarii, Hellespontum populantes, et injuste facit Diopi-  
 « thes piraticam exercens navigiis intercipientis, neque hoc  
 « est ei permittendum. » (10) Esto, fiant hæc, nihil con-  
 tradico. verumtamen decere arbitrator, si revera ista con-  
 sulunt æquitatemque spectandum putant, ut, quemadmo-  
 dum constitutas nostræ orbis copias dissipare conantur,  
 ducem earum stipendia solventem apud vos calumniando,  
 ita ostendant, si vobis hæc persuaserint, etiam Philippi exer-  
 citum dilapsurum. Quod nisi demonstrarint; nihil aliud  
 eos agere cogitate, nisi ut denuo reipublicæ nostræ for-  
 tuna sit eadem, qua omnes præsentis occasiones perdidimus.

11. Scitote enim profecto hoc, nihil omnium rerum  
 tam profuisse Philippo ad nostram urbem superandam,  
 quam quod prior omnes occasiones arripuit. Qui quum sem-  
 per expeditum circum se exercitum habeat, et quid factu-  
 rus sit, jam antea deliberaverit, repente, quos libitum est,  
 aggreditur. nos vero ubi jam aliquid factum esse audivimus,  
 tum tumultuamur et bellum paramus. (12) Deinde, ut par  
 est, ita fit, ut, quia ille quidem quæ occupavit cum summo  
 otio tenet, nos autem actum agimus et frustra impensas  
 sumptuose omnes facimus, ostensis quidem inimicitias et  
 voluntate conatibus ejus obsistendi prodita, sed neglectis  
 occasionibus dedecus etiam suscipiamus.

13. Ne igitur ignoretis, Athenienses, etiam horum ce-  
 tera verba esse ac prætextus, agi vero hoc et strui, ut, dum  
 vos domi maneatis et nullæ nostræ orbis copię foris sint,  
 per summum otium, quæcunque velit, Philippus conficiat.

Φίλιππος διοικῆσεται. (14) Θεωρεῖτε γὰρ τὸ παρὼν  
 10 πρῶτον, ὃ γίγνεται : νυνὶ δύναμιν μεγάλην ἐκείνος ἔχων  
 ἐν Θράκῃ διατρίβει, καὶ μεταπέμπεται πολλήν, ὡς  
 φασιν οἱ παρόντες, ἀπὸ Μακεδονίας καὶ Θετταλίας.  
 εἰδὼν ὅτι περιμείνας τοὺς ἐτῆσις ἐπὶ Βυζάντιον ἔλθων  
 πολιορκῆ· πρῶτον μὲν οἴσθε τοὺς Βυζαντίους μενεῖν  
 15 ἐπὶ τῆς ἀνοίας τῆς αὐτῆς, ὡς περ νῦν, καὶ οὔτε παρα-  
 καλέσειν ὑμᾶς οὔτε βοηθήσειν αὐτοῖς ἀξιώσειν; (15) ἐγὼ  
 μὲν οὐκ οἶμαι, ἀλλὰ καὶ εἴ τις μᾶλλον ἀπιστοῦσιν ἢ  
 ἡμῖν, καὶ τοὺτους εἰσφρήσασθαι μᾶλλον ἢ κείνῳ παρα-  
 δώσειν τὴν πόλιν, ἂν περ μὴ φθάσῃ λαβὼν αὐτούς.  
 20 Οὐκοῦν ἡμῶν μὲν μὴ δυναμένων ἐνθένδ' ἀναπλεῦσαι,  
 ἐκεῖ δὲ μηδεμιᾶς ὑπαρχούσης ἐτοίμου βοηθείας, οὐδὲν  
 αὐτοῦς ἀπολωλέναι κωλύσει. « Νῆ Δία, κακοδαίμο-  
 « νοῦσι γὰρ ἄνθρωποι καὶ ὑπερβάλλουσιν ἀνοίᾳ. » Πάνυ  
 γε, ἀλλ' ὅμως αὐτοὺς δεῖ σῶς εἶναι. συμφέρει γὰρ τῇ  
 25 πόλει. (16) Καὶ μὴν οὐδ' ἐκείνῳ γε δῆλόν ἐστιν ἡμῖν,  
 ὡς ἐπὶ Χερρόνησον οὐκ ἤξει. ἀλλ' εἴγ' ἐκ τῆς ἐπι-  
 στολῆς δεῖ σκοπεῖν ἥς ἐπέμψε πρὸς ὑμᾶς ἀμυνεῖσθαι  
 φησι τοὺς ἐν Χερρόνησῳ. (17) Ἄν μὲν τοίνυν ἢ τὸ  
 94 συνεστηχὸς τοῦτο στρατεύμα· καὶ τῇ χώρᾳ βοηθήσαι  
 δυνήσεται καὶ τῶν ἐκείνου τι κακῶς ποιῆσαι. εἰ δ' ἄπαξ  
 διαλυθῆσεται τί ποιήσομεν, ἂν ἐπὶ Χερρόνησον ἴη;  
 « Κρινοῦμεν Διοπείθην νῆ Δία. » Καὶ τί τὰ πράγματα;  
 ἔσται βελτίω; « Ἄλλ' ἐθ' ἂν βοηθήσαιμεν αὐτοῖς. » Ἄν  
 8 δ' ὑπὸ τῶν πνευμάτων μὴ δυνώμεθα; « Ἄλλὰ μὰ Δί'  
 « οὐκ ἤξει. » Καὶ τίς ἐγγυητής ἐστί τούτου; (18) Ἄρ' ὄρατε  
 καὶ λογιζέσθε, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἐπιούσαν ὄραν  
 τοῦ ἔτους, εἰς ἣν ἐρημιὸν τινες οἴονται δεῖν τὸν Ἑλλήσ-  
 ποντον ἡμῶν ποιῆσαι καὶ παραδοῦναι Φιλίππῳ; τί δέ, ἂν  
 ἀπελθὼν ἐκ Θράκης καὶ μηδὲ προσελθὼν Χερρόνησῳ  
 μηδὲ Βυζαντίῳ (καὶ γὰρ ταῦτα λογιζέσθε) ἐπὶ Χαλκίδα  
 καὶ Μέγαρα ἤκη πῶν αὐτὸν τρόπον θνηπερ' ἐπ' Ὀρεὸν πρῶην  
 πότερον κρείττον ἐνθάδ' αὐτὸν ἀμύνεσθαι καὶ προσελ-  
 15 θεῖν τὸν πολεμον πρὸς τὴν Ἀττικὴν εἶσαι, ἢ κατασκευά-  
 ζειν ἐκεῖ τιν' ἀσχολίαν αὐτῶ; ἐγὼ μὲν οἶμαι τοῦτο.  
 19. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντας εἰδότας καὶ λογιζομένους  
 χρὴ μὰ Δί' οὐχ, ἢν Διοπείθης πειρᾶται τῇ πόλει δύ-  
 ναμιν παρασκευάζειν, ταύτην βαρβαίνειν καὶ διαλύσαι  
 20 πειρᾶσθαι, ἀλλ' ἑτέραν αὐτοὺς προσπαρασκευάζειν καὶ  
 συνευποροῦντας ἐκείνῳ χρημάτων καὶ τᾶλλ' οἰκείως  
 συναγωνιζομένους. (20) Εἴ γὰρ τις ἔροιτο Φιλίππον :  
 « εἰπέ μοι, πότερ' ἂν βούλοιο τούτους τοὺς στρατιώτας,  
 25 « οὐς Διοπείθης νῦν ἔχει, τοὺς ὀποιουστυνασοῦν » (οὐ-  
 δὲν γὰρ ἀντιλέγω) « εὐθενεῖν καὶ παρ' Ἀθηναίους εὐδο-  
 « ξεῖν καὶ πλείους γίνεσθαι τῆς πόλεως συναγωνιζομέ-  
 « νης, ἢ διαβαλλόντων τινῶν καὶ κατηγορούντων δια-  
 « σπασθῆναι καὶ διαφραθῆναι; » ταῦτ' ἂν οἶμαι φήσειεν.  
 95 εἴθ' ἂ Φιλίππος ἂν εὐξαιτο τοῖς θεοῖς, ταῦθ' ἡμῶν τινὲς  
 ἐνθάδε πράττουσιν, εἴτ' ἐτι ζητεῖτε, πῶθεν τὰ τῆς πόλεως  
 ἀπολωλεν ἅπαντα;

21. Βούλομαι τοίνυν ὑμᾶς μετὰ παρῆρησίας ἐξετάσαι  
 5 τὰ παρόντα πράγματα τῇ πόλει, καὶ σκέψασθαι, τί  
 ποιούμεν αὐτοὶ νῦν καὶ ὅπως χρώμεθ' αὐτοῖς. Ἡμεῖς

(14) Videle enim primum presentem statum, quid fiat. Nunc ille cum magno exercitu in Thracia versatur, et magnas vires, ut praesentes dicunt, accersit e Macedonia et Thessalia. Quod si expectatis Etesis Byzantium aggressus fuerit et obsederit; primum an putatis fore, ut Byzantii in eadem qua nunc sunt amentia maneat et vos non accersant auxiliaque vestra non postulent? (15) Equidem non opinor, sed etiam si quibus minus fidunt quam nobis, etiam hos potius in urbem recipient, quam urbem illi tradent, nisi vi prius occupaverit. Quum igitur nos quidem hinc navigare non poterimus, illic autem nulla praesidia parata erunt; nihil obstat, quo minus intendant. « At per Jovem insaniam agit homines illos, neque ad illorum amentiam addi « quicquam potest. » Omnino, attamen incolumes eos esse oportet. id est enim e republica. (16) Praeterea ne illud quidem compertum habemus, in Chersonesum eum non invasurum esse. imo si ex epistola, quam ad vos misit, judicandum est; ultimum se ait milites Chersonesitimos. (17) Quod si exercitus hic jam constitutus retinebitur; et regionem tueri nostram poterit et illius dittonem nonnihil infestare. Sin semel dilabatur; quid agemus, si in Chersonesum Philippus invaserit? « Diopithem in Judicium adducemus « scilicet. » Sed quid ea re proficietur? « At tum auxilia iis « mittamus. » Quid vero, si venti nos impedierint? « At « per Jovem non veniet. » Quis vero hujus rei sponsor est? (18) Nunquid cernitis et consideratis, Athenienses, imminens anni tempus, sub quod quidam existimant Hellespontum vestris praesidiis destitutum tradi oportere Philippo? Quid vero, si Thracia relicta neque ad Chersonesum accesserit neque ad Byzantium (nam et haec considerare debetis), sed in Chalcidem et Megara invaserit eodem modo, quo nuper Oreum; praestabitne hic illi occurrere ac permittere ut bellum ad Atticæ fines accedat, an id machinari, ut illic aliis negotiis detineatur? Ego quidem hoc praefendum censeo.

19. Omnes igitur his cognitis et consideratis per Jovem exercitum, quem Diopithes in republicæ praesidium comparare conatur, non adducere in invidiam neque id agere ut dissipetur, sed ipsi etiam alias vires adjicere debetis, tum suppeditanda pecunia tum ceteris rebus rite adjuvando. (20) Nam si quis Philippum percontetur: « Age dic, mal- « lesne istos milites, quos nunc Diopithes habet, quales- « cunque sunt (nihil enim contradico) pollere et in gloria « esse apud Athenienses, atque eorum numerum republica « vires suas conferente augeri, an propter quorundam ca- « lumnias et accusationes divelli ac interire? » posterius hoc, opinor, se velle responderet. Quae igitur Philippus a diis precaretur, ea vestri quidam hic moluntur et quaeritis adhuc, qua de causa nostra civitas pessum ierit?

21. Volo igitur libere de statu nostræ urbis presentis vos examinare et considerare, quid ipsi faciamus nunc et quomodo res administremus. Nos nec tributum conferre

οὔτε χρήματα εἰσφέρειν βουλόμεθα, οὔτ' αὐτοὶ στρα-  
 τεύεσθαι τολμῶμεν, οὔτε τῶν κοινῶν ἀπέχεσθαι δυνά-  
 μεθα, οὔτε τὰς συντάξεις Διοπιθεὶ δίδομεν, οὔθ' ὅσ' ἂν  
 αὐτὸς αὐτῷ πορίσῃται ἐπαινοῦμεν, (22) ἀλλὰ βασκαί-  
 10 νομεν καὶ σκοποῦμεν πόθεν καὶ τί μέλλει ποιεῖν καὶ  
 πάντα τὰ τοιαῦτα, οὔτ' ἐπειδήπερ οὕτως ἔχομεν, τὰ  
 ἡμέτερ' αὐτῶν πράττειν ἐθέλομεν, ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς λό-  
 γοις τῆς πόλεως λέγοντας ἀξί' ἐπαινοῦμεν, ἐν δὲ  
 15 τοῖς ἔργοις, τοῖς ἐναντιοῦμένοις τούτοις συναγωνιζόμεθα.  
 (23) Ὑμεῖς μὲντ' εἰώθατε, ἐκάστοτε τὸν παριόντ' ἐρω-  
 τᾶν: τί οὖν χρῆ ποιεῖν; ἐγὼ δ' ὅμῃς ἐρωτῆσαι βούλομαι:  
 τί οὖν χρῆ λέγειν; εἰ γὰρ μήτ' εἰσείσατε μήτ' αὐτοὶ  
 στρατεύεσθε μήτε τῶν κοινῶν ἀφέξεσθε μήτε τὰς συν-  
 20 τάξεις Διοπιθεὶ δώσατε μήτε ὅσ' ἂν αὐτὸς αὐτῷ πορί-  
 σῃται ἐάσατε μήτε τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν πράττειν ἐθέλησατε·  
 οὐκ ἔχω τί λέγω. οἱ γὰρ ἤδη τοσαύτην ἐξουσίαν τοῖς  
 αἰτιῶσθαι καὶ διαβάλλειν βουλομένοις διδόντες, ὥστε  
 25 καὶ περὶ ὧν ἂν φασὶ μέλλειν αὐτὸν ποιεῖν, καὶ περὶ τού-  
 των προκατηγορούντων ἀκροᾶσθε, — τί ἂν τις λέγοι;  
 24. Ὅτι τοίνυν δύναται ταῦτα ποιεῖν, ἐνόησεν μαθεῖν  
 ἡμῶν δεῖ. λέξω δὲ μετὰ παρρησίας. καὶ γὰρ οὐδ'  
 ἂν ἄλλως δυναίμην. πάντες ὅσοι πώποτε ἐκπεπλεύ-  
 30 κασι παρ' ἡμῶν στρατηγοὶ (ἢ ἐγὼ πάσχειν ὅτι οὖν  
 τιμῶμαι), καὶ παρὰ Χίων καὶ παρ' Ἐρυθραίων καὶ  
 παρ' ὧν ἂν ἕκαστοι δύνωνται (τούτων τῶν τὴν Ἀσίαν  
 οἰκούντων λέγω) χρήματα λαμβάνουσιν. (25) Λαμβά-  
 5 νοῦσι δὲ οἱ μὲν ἔχοντες μίαν ἢ δύο ναῦς ἐλάττονα, οἱ  
 δὲ μείζω δύναμιν, πλείονα. καὶ διδῶσιν οἱ διδόντες  
 οὔτε τὰ μικρὰ οὔτε τὰ πολλὰ ἀντ' οὐδενός (οὐ γὰρ οὕτω  
 μείνωνται), ἀλλ' ὠνούμενοι μὴ ἀδικεῖσθαι τοὺς παρ'  
 αὐτῶν ἐπλέοντας ἐμπόρους, μὴ συλᾶσθαι, παραπέμ-  
 10 ποῖσθαι τὰ πλοῖα τὰ αὐτῶν, τὰ τοιαῦτα. φασὶ δ' εὐ-  
 νοίας δίδοναι, καὶ τούτο τοῦνομα ἔχει τὰ λήμματα  
 ταῦτα. (26) καὶ δὴ καὶ νῦν τῷ Διοπιθεὶ στρατεύμα'  
 ἔχοντι σαφεῶς ἐστὶ τούτο ὅτι οὐδὲν ἔστι δώσουσι χρήματα  
 πάντες οὗτοι. πόθεν γὰρ οἴεσθ' ἄλλοθεν τὸν μῆτε  
 15 λαβόντα παρ' ἡμῶν μὴδὲν μῆτ' αὐτὸν ἔχοντα, ὁπόθεν  
 μισθοδοτήσῃ, στρατιώτας τρέφειν; ἐκ τοῦ οὐρανοῦ; οὐκ  
 ἐστὶ ταῦτα, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἀγέρει καὶ προσαιτεῖ καὶ δα-  
 νεῖται, ἀπὸ τούτων διάγει. (27) Οὐδὲν οὖν ἄλλο  
 ποιῶσιν οἱ κατηγορούντες ἐν ἡμῖν, ἢ προλέγουσιν ἅπανσι  
 20 μὴδ' ὅτι οὖν ἐκείνῳ δίδοναι, ὡς καὶ τοῦ μελλῆσαι δώ-  
 σοντι δίκην, μὴ τι ποιήσαντι γ' ἢ καταπραξαμένῳ.  
 Ταῦτ' εἰσὶν οἱ λόγοι « μέλλει πολιορκεῖν » « τοὺς Ἑλληνας  
 ἐκδίδωσι » μέλει γὰρ τινι τούτων τῶν τὴν Ἀσίαν οἰκούν-  
 25 των Ἑλλήνων. ἀμείνους μεντὰν εἶεν τῶν ἄλλων ἢ τῆς  
 πατρίδος κηδεσθαι. (28) Καὶ τό γ', εἰς τὸν Ἑλλήσπον-  
 τον εἰσπέμπειν ἕτερον στρατὸν τοῦτ' ἐστίν. εἰ γὰρ  
 δεῖνὰ ποιεῖ Διοπιθεὶς καὶ καταγείναι τὰ πλοῖα· μικρὸν, ὡ  
 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μικρὸν πινάκιον ταῦτα πάντα κωλύ-  
 30 σαι δύναται ἂν, καὶ λέγουσιν οἱ νόμοι ταῦτα, « τοὺς ἀδι-  
 κούντας εἰσαγγέλλειν, » οὐ μὰ Δία δαπάναις καὶ τριήρεσι  
 τοσαύταις ἡμῶς αὐτοὺς φυλάττειν (ἐπαι τοῦτο γ' ἐστὶν  
 ἰκερβολὴ μανίας), (29) ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοὺς ἐχθρούς,

volumus nec ipsi militare audemus nec publica pecunia  
 abstinere possumus nec pecuniam Diopithi constitutam  
 pendimus nec quæ ipse sua industria comparaverit, lauda-  
 mus, (22) sed invidemus et speculamur, unde et quid sit  
 facturus, et omnia talia, nec, quum his animis simus, no-  
 strum negotium agere volumus, sed quum verbis eos lau-  
 demus, qui pro dignitate reipublicæ dicunt, reipsa cum  
 horum adversariis nos conjungimus. (23) Vos tamen quem-  
 admodum eum subinde, qui suggestum conscondit, ro-  
 gitare soletis: Quid igitur est faciendum? sic ego vos in-  
 terrogabo: Quid igitur est dicendum? Nam si vos nec tri-  
 butum conferetis nec ipsi militabitis nec publicæ pecuniæ  
 parcelis nec constitutam Diopithi pecuniam numerabitis  
 nec quæ ipse sibi compararit relinquetis nec vestrum ne-  
 gotium agere voleteis; non habeo quid dicam. nam qui jam  
 tantam licentiam criminari et calumniari volentibus datis,  
 ut etiam illis de rebus, quas acturum fortasse eum esse  
 aiunt, antequam fiant, accusantes audiat, dicite, quid  
 aliquis dicat?

24. Quid vero his rebus proficiatur, vestrum nonnullis  
 est cognoscendum, idque ego libere dicam: neque enim  
 possum aliter. Quotquot vestri duces e vestro portu un-  
 quam solverunt, hi omnes (aut ego me quovis supplicio  
 dignum fatebor) et a Chiis et ab Erythræis et a quibus quis-  
 que potuit (his dico qui Asiam incolunt) pecuniam accipiunt.  
 (25) Accipiunt autem, qui naves habent singulas aut binas,  
 minorem, majoribus autem instructi copiis majorem.  
 Dant autem quicunque dant sive parum sive multum, non  
 gratis et frustra (neque enim ita insanunt), sed illa pecunia  
 redimunt suorum mercatorum securitatem, ne illi violentur,  
 ne spoliuntur, ut incolumes suæ naves deducantur, ce-  
 tera hujusmodi. aiunt autem se benignitates dare, idque  
 nomen hujusmodi largitionibus accommodatur. (26) Jam  
 igitur etiam Diopithi exercitum habenti manifesto isti  
 omnes pecuniam dabunt. Nam unde alias eum, qui ne-  
 que a vobis quicquam accepit neque ipse habet unde sti-  
 pendia solvat, milites alere putatis? num de cælo? minime  
 id quidem, sed his proventibus, quos congregat et emendi-  
 cat et mutuatur, suos sustentat. (27) Quare qui eum apud  
 vos traducunt, quid illi agunt aliud, nisi quod omnibus  
 denuntiant, ne quid ei dent, qui poenas daturus sit non eo-  
 rum modo facinorum, quæ egerit vel perfecit, sed horum  
 etiam quæ facturus fuerit. Huc pertinent isti sermones:  
 « Est in eo ut obsidione cingat » « Græcos hostibus objicit. »  
 Est enim istorum curare Græcos Asiam incolentes. Major  
 scilicet eorum virtus sit consulendi aliis, quam patriæ.  
 (28) Atque in Hellespontum mitti alium imperatorem, hoc  
 licet. Nam si graviter peccat Diopithes et navigia deducit;  
 parva, Athenienses, parva tabella hæc omnia prohibuerit,  
 legesque jubent hæc, eos, qui delinquant, publice accu-  
 sari, nequaquam per Jovem tantis sumptibus et tot tri-emi-  
 bus a nobis custodiri (nam ea quidem esset extrema insa-  
 nia), (29) contra hostes autem, qui legibus coerceri ne-

5 οὐς οὐκ ἔστι λαβεῖν ὑπὸ τοῖς νόμοις, καὶ στρατιώτας  
 τρέφειν καὶ τριήρεις ἐκπέμπειν καὶ χρήματα εἰσφέρειν  
 δεῖ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἐπὶ δ' ἡμᾶς αὐτοὺς ψήφισμα,  
 εἰσαγγελία, παράλος, ταῦτ' ἐστὶν ἱκανά. ταῦτ' ἦν  
 10 εὖ φρονούντων ἀνθρώπων, ἐπηρεαζόντων δὲ καὶ δια-  
 φθειρόντων τὰ πράγματα, ἃ νῦν οὗτοι ποιοῦσιν. (30)  
 Καὶ τὸ μὲν τούτων τινὰς εἶναι τοιούτους δεινὸν ὃν οὐ  
 δεινὸν ἐστίν, ἀλλ' ὑμεῖς οἱ καθήμενοι οὕτως ἤδη διά-  
 κεισθε, ὥστε, ἂν μὲν τις εἴπῃ παρελθὼν ὅτι Διοπίθης  
 ἐστὶ τῶν κακῶν πάντων αἰτίας ἢ Χάρης ἢ Ἀριστοφῶν  
 15 ἢ ὃν ἂν τῶν πολιτῶν εἴπῃ τις, εὐθὺς φατέ καὶ θορυ-  
 βεῖτε ὡς ὀρθῶς λέγει. (31) ἂν δὲ παρελθὼν λέγῃ τις  
 τᾶλθηθῇ, ὅτι « ληραῖτε, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. πάντων  
 « τῶν κακῶν καὶ τῶν πραγμάτων τούτων Φίλιππος  
 « ἐστὶν αἴτιος. εἰ γὰρ ἐκεῖνος ἦγεν ἡσυχίαν, οὐδὲν ἂν  
 20 « ἦν πρᾶγμα τῇ πόλει, » ὡς μὲν οὐκ ἄληθῆ ταῦτ' ἐστὶν  
 οὐχ ἔξετε ἀντιλέγειν, ἀχθεσθαὶ δέ μοι δοκεῖτε καὶ ὡς περ  
 ἀπολλύναι τι νομίζετε. (32) Αἴτιον δὲ τούτων (καί μοι  
 πρὸς θεῶν, ὅταν ἔνεκα τοῦ βελτίστου λέγω, ἔστω παρ-  
 ῆσις) : παρεσκευάσασιν ὑμᾶς ἐκ πολλοῦ τῶν πολι-  
 25 τευομένων ἔνιοι ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις φοβεροὺς καὶ  
 χαλεπούς, ἐν δὲ ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ πολέμου  
 βραθύμους καὶ εὐκαταφρονήτους. ἂν μὲν οὖν τὸν αἴτιον  
 εἴπῃ τις ὃν ἴστε ὅτι λήψεσθε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς· φατέ  
 30 ἂν βούλεσθε. ἂν δὲ τοιούτον λέγῃ τις, ὃν κρατήσαν-  
 τας τοῖς ἔπλοις, ἄλλως δ' οὐκ ἔστι κολάσαι· οὐκ ἔχετε  
 οἶμαι τί ποιήσετε, ἐξελεγχόμενοι δὲ ἀχθεσθε. (33)  
 ἔχρη γάρ, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸναντίον ἢ νῦν  
 5 ἅπαντας τοὺς πολιτευομένους ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις  
 πρᾶους καὶ φιλανθρώπους ὑμᾶς ἐθίζειν εἶναι (πρὸς γὰρ  
 ὑμᾶς αὐτοὺς καὶ τοὺς συμμάχους ἐν ταῦταις ἐστὶ τὰ  
 δίκαια), ἐν δὲ ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ πολέμου φο-  
 10 βεροὺς καὶ χαλεπούς ἐπιδεικνύναι. (πρὸς γὰρ τοὺς  
 ἐχθροὺς καὶ τοὺς ἀντιπάλους ἐκείνός ἐσθ' ὁ ἀγών).  
 (34) Νῦν δὲ δημαγωγῶντες ὑμᾶς καὶ χαριζόμενοι καθ'  
 περβολῆν οὕτω διαταθείκασιν, ὥστ' ἐν μὲν ταῖς ἐκκλη-  
 15 σίαις τρυφᾶν καὶ κολακεύεσθαι πάντα πρὸς ἡδονὴν  
 ἀκούοντας, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς γινομένοις  
 περὶ τῶν ἐσχάτων ἤδη κινδυνεύειν. φέρε γὰρ πρὸς  
 Διός, εἰ λόγον ὑμᾶς ἀπαιτήσιαν οἱ Ἕλληνες ὧν νυνὶ  
 20 παρείκατε καιρῶν διὰ βραθυμίαν, καὶ ἔροινθ' ὑμᾶς : (35)  
 « Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πέμπετε ὡς ἡμᾶς ἐκάστοτε πρό-  
 « σθε, καὶ λέγετε ὡς ἐπιβουλεύει Φίλιππος ἡμῖν καὶ  
 « πᾶσι τοῖς Ἕλλησι καὶ ὡς φυλάττεσθαι δεῖ τὸν ἄνθρω-  
 « πον καὶ πάντα τὰ τοιαυτὰ ; » (ἀνάγκη φάσκειν καὶ  
 25 « ἡμολογεῖν. ποιῶμεν γὰρ ταῦτα) « εἴτ', ὧ πάντων  
 « ἀνθρώπων φαυλότατοι, δέκα μῆνας ἀπογενομένου τάν-  
 « θρώπου καὶ νόσω καὶ χειμῶνι καὶ πολέμοις ἀπολη-  
 « φθέντος, ὥστε μὴ ἂν δύνασθαι ἐπανελθεῖν οἴκαδε, οὔτε  
 « τὴν Εὐβοίαν ἡλευθερώσατε οὔτε τῶν ἡμετέρων αὐτῶν  
 « οὐδὲν ἐκομίσασθε. (36) ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ὑμῶν οἴκοι  
 « μενόντων, σχολῆν ἀγόντων, ὀργαιόντων » (εἰ δὲ τοὺς  
 30 τὰ τοιαῦτα ποιῶντας ὀργαίνειν φήσαιεν) « δύο ἐν Εὐβοίᾳ  
 99 « κατέστησε τυράννους, τὸν μὲν ἀπαντικῶ τῆς Ἀττικῆς

queunt, milites conscribendi sunt et mittendæ triremes et pecunia conferenda, idque necessario fit; at ubi cum civibus res est, plebiscito, publica accusatione, paralo, non pluribus est opus. Hæc prudentium hominum officia essent, at quæ isti agunt, insultantium et negotia corrumpentium. (30) Ac istorum quidem nonnullos esse tales quam ferendum graviter, non tamen graviter est ferendum, sed hoc potius, vos auditores ita jam esse animatos, ut si quis pro concione dixerit Diopithem esse aut Charetem aut Aristophontem aut quemvis civium auctorem malorum omnium acceptorum, statim assentiamini et ejus orationi applaudatis. (31) At si quis progressus in medium vera dicat : « Nugas agitis, Athenienses. malorum omnium et « rerum harum Philippus est auctor. qui si quievisset, nihil negotii esset reipublicæ; » vera eum dicere negare non poteritis, sed graviter latari videmini atque existimaturi vos aliquid quodammodo amittere. (32) In causa hoc est (sed oro per deos, ut, quæ ad vestram salutem pertinent, libere dicere mihi liceat) : jam olim nonnulli reipublicæ gubernatores ita vos paraverunt, ut in concionibus metuendis et acris, in bellicis vero apparatus remissi et aspernandi. Si quis igitur auctorem malorum eum esse dicat, quem sciatis inter vos ipsos posse comprehendi; assentimini et vultis. at si quis eum designet, qui, nisi victus armis, affici supplicio non possit; nescitis opinor quid sit agendum, sed vos coargui moleste fertis. (33) Decebat enim, Athenienses diversum ac nunc fieri : gubernatores universi vos assuefacerent in concionibus ad clementiam et humanitatem (nam in his de jure vestrorum civium et sociorum agitur), in apparandis vero bellis metuendos vos et acres efficerent (id enim cum hostibus et adversariis certamen est). (34) Nunc autem, dum vobis assentantur et mirum in modum gratiam vestram aucupantur, id vobis contulerunt, ut in concionibus fastum præ vobis feratis et ab adulatoribus nihil audiat, nisi quod auribus blandiatur, res vero eo redierint et hi negotiorum sint eventus, ut de extremis periclitemini. Agite enim per Jovem, si Græci a vobis earum occasionum, quas per ignaviam modo amisistis, rationes reposerent vosque interrogarent : (35) « Athenienses, legatos ad « nos subinde mittitis dictitantes Philippum nobis et omni- « bus Græcis insidiari et hominem esse cavendum, et si « qua sunt ejus generis alia. » (necesse erit nos concedere et fateri. facimus enim hæc) « et o mortalium omnium « ignavissimi (dicent), quom homo iste perpetuos decem « menses abesset et morbo et hieme et bellis interclusus, ut « domum regredi omnino non posset, vos neque Eubœam « in libertatem asseruistis nec vestrarum opum quicquam « recuperastis. (36) ille vero, dum vos domi sedetis, otium « agitis, sani estis » (si scilicet, quos talia facere vident, esse sanos dicerent), « duos in Eubœa tyrannos constituit, « quorum alterum e regione Atticæ tanquam propugnac-



« ἐπιτείχισας, τὸν δ' ἐπὶ Σκιάθον. (37) ὑμεῖς δ' οὐδὲ  
 « ταῦτ' ἀπαλύσασθε, εἰ μὴδὲν ἄλλο ἠβούλεσθε, ἀλλ' εἰά-  
 5 « κατὰ καὶ ἀφέστατε δῆλον ὅτι αὐτῷ, καὶ φανερόν πε-  
 « ποιήκατε ὅτι οὐδ', ἂν δεκάκις ἀποθάνῃ, οὐδὲν μᾶλλον  
 γεγόνασιν οἱ Ἕλλητικοί. τί οὖν ἐστὶ τοῦτο; τὸ ποιεῖν,  
 8 τι βούλεται, καὶ καθ' ἓνα οὕτως περικόπτειν καὶ  
 25 λωποδυτεῖν τῶν Ἑλλήνων, καὶ καταδουλοῦσθαι τὰς  
 πόλεις ἐπιόντα. (23) καίτοι προστάται μὲν ὑμεῖς ἑβδο-  
 μήκοντα ἔτη καὶ τρία τῶν Ἑλλήνων ἐγένεσθε, προστά-  
 ται δὲ τριάκοντα ἐνὸς δέοντα Λακεδαιμόνιοι, ἰσχυσαὶν δέ  
 τι καὶ Θηβαῖοι τουτουσί τοὺς τελευταίους χρόνους μετὰ  
 τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην. ἀλλ' ὅμως οὐθ' ὕμῖν οὔτε  
 Θηβαῖοι οὔτε Λακεδαιμόνιοι οὐδεπώποτε, ὡς ἄνδρες  
 Ἀθηναῖοι, συνεχωρήθη τοῦθ' ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ποιεῖν  
 8 τι βούλοισθε. οὐδὲ πολλοῦ δεῖ. (24) ἀλλὰ τοῦτο μὲν  
 117 ὕμῖν, μᾶλλον δὲ τοῖς τότε ὄσιν Ἀθηναίοις, ἐπειδὴ τισὶν  
 οὐ μετρίως ἐδόκουν προσφέρεσθαι· πάντες φόντο δεῖν,  
 καὶ οἱ μὴδὲν ἐγκαλεῖν ἔχοντες αὐτοῖς, μετὰ τῶν ἡδικη-  
 μένων πολεμεῖν. καὶ πάλιν Λακεδαιμόνιοι ἀρξασί καὶ  
 5 παρελθοῦσιν εἰς τὴν αὐτὴν δυναστείαν ὑμῖν, ἐπειδὴ πλεο-  
 νάζειν ἐπεχειροῦν καὶ πέρα τοῦ μετρίου τὰ καθεστηκότα  
 ἐκίνουσι, πάντες εἰς πόλεμον κατέστησαν, καὶ οἱ μὴδὲν  
 ἐγκαλοῦντες αὐτοῖς. (25) καὶ τί δεῖ τοὺς ἄλλους λέγειν;  
 ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοὶ καὶ Λακεδαιμόνιοι, οὐδὲν ἂν εἰπεῖν  
 10 ἔχοντες ἐξ ἀρχῆς 8 τι ἡδικούμεθ' ὑπ' ἀλλήλων, ὅμως  
 ὑπὲρ ὧν τοὺς ἄλλους ἀδικούμενους ἐκωλύμεν, πολεμεῖν  
 φόβηθα δεῖν. καίτοι πάνθ' ὅσα ἐξημέρτηται καὶ Λα-  
 κεδαιμόνιοι ἐν τοῖς τριάκοντ' ἐκαίνους ἔτεσι καὶ τοῖς  
 15 ἡμετέροις προγόνοις ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα, ἐλάττονα  
 ἔστιν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὧν Φιλίππος ἐν τρισὶ καὶ  
 δέκα οὐχ ὀλοῖς ἔτεσιν, οἷς ἐπιπολάζει, ἡδίκηκε τοὺς  
 Ἕλληνας, μᾶλλον δὲ οὐδὲ πέμπτον μέρος τούτων  
 ἐκείνα. (26) καὶ τοῦτο ἐκ βραχέος λόγου βράδιον δεῖ-  
 20 ξαι. Ὀλυθον μὲν δὴ καὶ Μεθώνην καὶ Ἀπολλωνίαν  
 καὶ δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θράκης ἐῷ, ἅς ἀπά-  
 σας οὕτως ὠμῶς ἀνήρηκεν, ὥστε [μηδένα]μηδ' εἰ πώ-  
 ποτ' ὤκηθησαν προσελθόντ' εἶναι βράδιον εἰπεῖν. καὶ  
 τὸ Φωκίων ἔθνος τοσοῦτον ἀνηρημένον σιωπῶ. ἀλλὰ  
 25 Θετταλία πῶς ἔχει; οὐχὶ τὰς πολιτείας καὶ τὰς πόλεις  
 αὐτῶν παρήρηται καὶ τετραρχίας κατέστησεν, ἵνα μὴ  
 μόνον κατὰ πόλεις ἀλλὰ καὶ κατ' ἔθνη δουλεύωσιν;  
 (27) αἱ δ' ἐν Εὐβοίᾳ πόλεις οὐκ ἤδη τυραννοῦνται, καὶ  
 118 ταῦτα ἐν νήσῳ πλησίον Θηβῶν καὶ Ἀθηνῶν; οὐ διαβ-  
 ῆθη ἐἰς τὰς ἐπιστολάς γράφει « ἐμοὶ δ' ἐστὶν εἰρήνη  
 « πρὸς τοὺς ἀκούειν ἐμοῦ βουλευμένους; » καὶ οὐ γράφει  
 5 μὲν ταῦτα, τοῖς δ' ἔργοις οὐ ποιεῖ, ἀλλ' ἐφ' Ἑλλήσπον-  
 τον οἴχεται, πρότερον ἦκεν ἐπ' Ἀμβρακίαν, Ἥλιον ἔχει  
 τηλικαύτην πόλιν ἐν Πελοποννήσῳ, Μεγάροις ἐπεβού-  
 λευσε πρῶτην, οὐθ' ἡ Ἑλλάς οὐθ' ἡ βάρβαρος τὴν πλεο-  
 νεξίαν χωρεῖ τάνθρώπου. (28) καὶ ταῦθ' ὀρώντες οἱ  
 10 Ἕλληνες ἅπαντες καὶ ἀκούοντες οὐ πέμπομεν πρέσβεις  
 περὶ τούτων πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀγανακτοῦμεν, οὕτω δὲ  
 κακῶς διακείμεθα καὶ διορωρῦμεθα κατὰ πόλεις, ὥστ'

et cetera subacturum, et reliqua ejus generis omnia quas  
 commemorare possem, praetermittam. (22) sed illud vi-  
 deo, concessisse ei omnes homines, a vobis initio facto, ea,  
 de quibus antea semper universa Graeca bella exstiterunt.  
 Quid igitur illud est? agere quicquid ei libet, et singulatim  
 ita concidere et spoliare Graecos, et aggredi atque opprimere  
 urbes servitute. (23) Atqui patroni vos per tres et septua-  
 ginta annos Graecorum finistis, patroni item undetriginta  
 Lacedaemonii, et Thebanorum extremis hisce temporibus  
 fuerunt aliquae vires post pugnam Leuctricam: sed tamen  
 nec vobis, nec Thebanis nec Lacedaemoniis ullo unquam  
 tempore, Athenienses, concessum fuit hoc a Graecis, ut,  
 quod libitum esset, agerentis. minime. (24) sed et vobis,  
 ac potius illius temporis Atheniensibus, quum quosdam  
 non moderate tractare viderentur; omnes putabant bellum  
 esse inferendum, non modo qui erant affecti injuria, sed  
 etiam li qui nihil queri de iis poterant. et rursus, Lace-  
 daemoniis imperantibus et eundem, quem vos tenueratis,  
 principatum adeptis, quum insolescere coepissent et immo-  
 deratius instituta vetera convellerent, omnes bellum intu-  
 lerunt, si etiam qui nihil de iis querebantur. (25) Et  
 quorsum attinet referre ceteros? quin nos ipsi et Lacedae-  
 monii, quum ab initio nihil dicere possemus, quo alteri ab  
 alteris violati essemus, tamen propter injurias, quibus alios  
 affici videbamus, bellum esse gerendum putavimus. Ve-  
 rum omnia, quae a Lacedaemoniis peccata sunt per triginta  
 illos annos et a nostris majoribus per septuaginta, minora  
 sunt, Athenienses, iis, quae Philippus tribus et decem non  
 totis annis, quibus aliquid esse coepit, in Graecos commi-  
 sit, imo ne quinta quidem pars illa sunt horum; (26) idque  
 paucis ostendi verbis facile potest. Olynthum quidem  
 et Methonen et Apolloniam et triginta duas urbes ad  
 Thraciam omitto, quas universas adeo crudeliter excidit,  
 ut, si accesseris, ne habitatae quidem unquam an fuerint,  
 facile dicas; etiam Phocensium gentem tantam deletam laceo:  
 sed Thessaliae qui status est? nonne et urbes et respublicas  
 iis ademit et quatuor praefecturas instituit, ut non oppida  
 duntaxat, sed gentes etiam servirent? (27) Euboicae porro ur-  
 bes nonne jam tyrannis parent idque in insula vicina Thebis  
 et Athenis? nonne aperte scribit in literas: « Mihi vero pax  
 « est cum iis, qui mihi parere volunt? » neque vero haec scri-  
 bit, re ipsa non exsequitur, sed in Hellespontum invadit et  
 prius Ambraciam aggressus fuit, Elidem habet tantam Pelo-  
 ponnese urbem, Megaris nuper insidiatus est, nec Graecia nec  
 barbaria hominis avaritiam capit. (28) Quae quum Graeci  
 omnes et audiamus et videamus, non legatos mittimus alii  
 ad alios, non indignamur, sed adeo sumus amentes atque  
 oppidatim tanquam fossis interjectis et vallis separati, ut in

ἄχρι τῆς τῆμερον ἡμέρας οὐδὲν οὔτε τῶν συμφερόντων οὔτε τῶν δεόντων πρᾶξι δυνάμιστα, οὐδὲ συστήναι, οὐδὲ κοινωνίαν βοηθείας καὶ φιλίας οὐδεμίαν ποιήσα-  
 15 σθαι, (29) ἀλλὰ μεῖζω γιγνώμενον τὸν ἄνθρωπον περιωρῶμεν, τὸν χρόνον καρδᾶναι τοῦτον ὃν ἄλλος ἀπολλυταὶ ἕκαστος ἐγνωκώς, ὡς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, οὐχ ἅπως σωθήσεται τὰ τῶν Ἑλλήνων σκοπῶν οὐδὲ πράττων,  
 20 ἐπεὶ, ὅτι γε ὥσπερ περίοδος ἡ καταβολὴ πυρετοῦ ἢ τινος ἄλλου κακοῦ καὶ τῷ πᾶντι πόρρω δοκοῦντι νῦν ἀφαισταναι προσέχεται, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δῆπου. (30) Καὶ μὴν κάκεινό γε ἴσται, ὅτι βασι μὲν ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἢ ὑφ' ἡμῶν ἕκασχον οἱ Ἑλληνες, ἀλλ' οὖν ὑπὸ γνησίων γε  
 25 ὄντων τῆς Ἑλλάδος ἡδικοῦντο, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον ἂν τις ὑπελαβε τοῦθ', ὥσπερ ἂν εἰ υἱὸς ἐν οὐσίᾳ πολλῇ γεγονὼς γνησιος διώκει τι μὴ καλῶς μηδ' ὀρθῶς, κατ' αὐτὸ μὲν τοῦτο ἀξίος μέμψεως εἶναι καὶ κατηγορίας, ὡς δ' οὐ προσήκων ἢ ὡς οὐ κληρονόμος τούτων ἂν ταῦτα  
 119 ἐποιεῖ, οὐκ ἐνεῖναι λέγειν. (31) εἰ δέ γε δοῦλος ἢ ὑποβολιμαῖος τὰ μὴ προσήκοντα ἀπώλλυε καὶ ἐλυμαίνετο Ἡράκλεις βασι μᾶλλον δεῖνόν καὶ δργῆς ἀξίον πάντες ἂν  
 5 ἔφησαν εἶναι! ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ Φιλίππου καὶ ὧν ἑκείνος πρᾶττει νῦν, οὐχ ὁσῶς ἔχουσιν, οὐ μόνον οὐχ Ἑλληνο-  
 8 ὄτος οὐδὲ προσήκοντος οὐδὲν τοῖς Ἑλλησιν, ἀλλ' οὐδὲ βαρβάρου ἐντεῦθεν ὅθεν καλὸν εἰπεῖν, ἀλλ' ὀλέθρου Μαιεδόνος, ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον σπουδαῖον οὐδὲν ἦν πρότερον πρᾶσθαι.  
 10 32. Καίτοι τί τῆς ἐσχάτης ὑβρεως ἀπολείπει; οὐ πρὸς τῷ πόλει ἀνηρηκίαν τίθησι μὲν τὰ Πύθια, τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἀγῶνα, κἂν αὐτὸς μὴ παρῆ, τοὺς δούλους ἀγνωοθετήσοντας πέμπει; κύριος δὲ Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἑλληνας παρόδων ἐστὶ, καὶ  
 15 φρουραῖς καὶ ξένοις τοὺς τόπους τούτους κατέχει; ἔχει δὲ καὶ τὴν προμαντείαν τοῦ θεοῦ, παρώσας ἡμᾶς καὶ Θετταλοὺς καὶ Δωριεῖς καὶ τοὺς ἄλλους Ἀμφικτύοντας, ἧς οὐδὲ τοῖς Ἑλλησιν ἅπασιν μέτστειν; (33) γράφει δὲ  
 20 Θετταλοῖς ὃν χρῆ τρόπον πολιτεύεσθαι; πέμπει δὲ ξένους τοὺς μὲν εἰς Πορθμόν, τὸν δῆμον ἐκβαλοῦντας τὸν Ἐρετριῶν, τοὺς δ' ἐπ' Ἄρεόν, τύραννον Φιλιστίνην καταστήσοντας; ἀλλ' ὅμως ταῦθ' ὀρώντες οἱ Ἑλληνες ἀνέχονται, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ τὴν χάλαζαν,  
 25 ἔμοιγε δοκοῦσι θεωρεῖν, εὐχόμενοι μὴ καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστοι γενέσθαι, κωλύειν δὲ οὐδεὶς ἐπιχειρῶν. (34) οὐ μόνον δ' ἐφ' οἷς ἡ Ἑλλάς ὑβρίζεται ὑπ' αὐτοῦ, οὐδεὶς ἀμύνεται, ἀλλ' οὐδ' ὑπὲρ ὧν αὐτὸς ἕκαστος ἀδικεῖται. τοῦτο γὰρ ἤδη τοῦσχατόν ἐστιν. οὐ Κοριν-  
 120 θίων ἐπ' Ἀμβρακίαν Ἐληλυθε καὶ Λευκάδα; οὐχ Ἀχαιῶν Ναυπακτὸν ἀφελόμενος ὁμοιομοῖον Αἰτωλοῖς παραδώσειν; οὐχ ἢ Θηβαίων Ἐχίνον ἀφήρηται, καὶ νῦν ἐπὶ Βυζαντίους κορεύεται συμμάχους ὄντας; οὐχ ἡμῶν,  
 5 ἢ ἄλλα, ἀλλὰ Χερβρόνησου τὴν μεγίστην ἔχει πόλιν Καρδίαν; (35) Ταῦτα τοῖνυν πάσχοντες ἅπαντες μέλλομεν καὶ μαλακίζόμεθα καὶ πρὸς τοὺς πλησίον βλέπομεν, ἀπιστοῦντες ἀλλήλοις, οὐ τῷ πάντας ἡμᾶς ἀδικοῦντι.  
 10 Καίτοι τὸν ἅπασιν ἀσελγῶς οὕτω χρώμενον τί ὀλέσθαι,

hodiernum usque diem neque rationibus nostris consulere quicquam neque officio ulla ex parte fungi possimus neque infre concordiam, (29) nec societatem auxilii et amicitias ullam facere, sed incrementa potentiae Philippi secure negligamus, idque tempus, dum alius perit, unusquisque in lucro deputare decreverit, ut mihi quidem videtur, nec de procuranda Graecorum salute cogitationis aliquid laborisve suscipiat. atqui eum tanquam circuitum aut accessionem febris aut alicujus mali, etiam in illum, qui sibi procul a periculo nunc abesse videtur, invadere nemo est qui nesciat. (30) Jam illud quoque scitote, quicquid a vobis et Lacedaemoniis Graeci perpassi fuerunt, ea saltem a germanis Graeciae civibus esse perpassos; idque perfinde aestimari potuit ac si filius natus in ampla familia legitimus aliquid non bene nec recte administraret, is ob id ipsum dignum se putaret reprehensione et accusatione, sed eum, ut alienum aut non ut eorum honorum haeridem illa facere, non posset dici. (31) At si servus aut subditiuus ea, quae nihil ad ipsum attinerent, perderet et vastaret; Hercules! quanto id indignius et gravius ferendum esse omnes dicerent, neque vero erga Philippum et ejus actiones ita nunc affecti sunt, qui non modo Graecus Graecisve nullo modo conjunctus, sed ne inter barbaros quidem honesto loco natus, sed perditus Macedo, unde prius ne mancipium quidem ullum frugi poterat emi.

32. At qua extrema contumelia abstinet? nonne praeterquam quod urbes evertit, etiam Pythias praest, communibus Graecorum ludis, et si ipse abfuerit, servos suos mittit certamini praefuturos? nonne Pylas ac Graeciae aditus tenet, et praesidiis ac peregrino milite loca illa tuetur? nonne etiam in accipiendis Apollinis oraculis praerogativam habet, repulsis nobis et Thessalis et Doriensibus et reliquis Amphictyonibus, in cujus dignitatis societatem ne Graeci quidem omnes veniunt? (33) nonne Thessalis praescribit rationem gerendae republicae? nonne peregrinos milites ad Porthmum mittit, populum Eretriensium ejecturos, aliosque contra Oreum, Phillistidem tyrannum imposituros urbi? Attamen Graeci haec videre sustinent, eodemque modo, quo qui grandinem, ut mihi quidem videtur spectant, ne in suos quisque optat agros deferatur, prohibere conatur nemo. (34) Tantum autem abest, ut illatas ab eo Graeciae contumelias quisquam vindicet, ut ne suas quidem quisque injurias ulciscatur. hoc enim jam extremum est. Nonne in Corinthiorum oppida, Ambraciam et Leucadem, invasit? nonne Achaëis Naupactum adeptum, Aetolis se traditrum juravit? nonne Thebanis Echinum eripuit, et nunc contra Byzantios socios ducit exercitum? nonne vestram, omitto cetera, sed Chersonesi maximam habet urbem Cardiam? (35) Quum in hunc modum tractemur omnes, cunctamur et effeminati sumus et ad proximos respicimus, nobis aliis alii diffidentes, non ei qui omnibus nobis insultat. Quid

ἐπειδὴν καθ' ἓνα ἡμῶν ἐκάστου κύριος γένηται, τί ποιήσῃν;

36. Τί οὖν αἴτιον τουτωνί; οὐ γὰρ ἄνευ λόγου καὶ δικαίας αἰτίας οὔτε τόθ' οὕτως εἶχον ἐτοιμίως πρὸς ἐλευθερίαν ἅπαντες οἱ Ἕλληνες οὔτε νῦν πρὸς τὸ δου-  
15 λεύειν. ἦν τι τότ', ἦν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐν ταῖς τῶν πολλῶν διανοήσις, ὃ νῦν οὐκ ἔστιν, ὃ καὶ τοῦ Περ-  
σῶν ἐκράτησε πλούτου καὶ ἐλευθερίαν ἦγε τὴν Ἑλλάδα  
καὶ οὔτε ναυμαχίας οὔτε πεζῆς μάχης οὐδεμιᾶς ἤττατο,  
20 νῦν δ' ἀπολωλὸς ἅπαντα λελύμανται καὶ ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε παντὰ τὰ πράγματα. (37) Τί οὖν ἦν τοῦτο; τοὺς παρὰ τῶν ἀρχῶν βουλομένων ἢ διαφθεῖρειν τὴν Ἑλλάδα χρήματα λαμβάνοντας ἅπαντες ἐμίσουν, καὶ χυλεπώτατον ἦν τὸ δωροδοκοῦντα ἐξελεγχθῆναι, καὶ  
25 τιμωρία μεγίστη τοῦτον ἐκόλαζον. (38) Τὸν οὖν καιρὸν ἐκάστου τῶν πραγμάτων, ὃν ἡ τύχη καὶ τοῖς ἀμελοῦσι κατὰ τῶν προσεχόντων καὶ τοῖς μηδὲν ἐθέλουσι ποιεῖν κατὰ τῶν πάντα ὃ προσήκει πραττόντων πολλὰ-  
121 κικ παρασκευάζει, οὐκ ἦν πρίασθαι παρὰ τῶν λεγόντων οὐδὲ τῶν στρατηγούντων, οὐδὲ τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν οὐδὲ τὴν πρὸς τοὺς τυράντους καὶ τοὺς βαρβάρους ἀπιστίαν, οὐδ' ὄλωσ τοιοῦτον οὐδέν. (39) νῦν δ' ἅπανθ'  
5 ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἐκπέπραται ταῦτα, ἀντεικῆται δὲ ἀντὶ τούτων, ὑφ' ὧν ἀπόλωλε καὶ νερόσηκεν ἡ Ἑλλάς. ταῦτα δ' ἐστὶ τί; ζῆλος, εἰ τις εἰληφῆ τι. γέλωσ, ἂν ὁμολογῆ. συγγνώμη τοῖς ἐλεγχόμενοις. μῖσος, ἂν τού-  
10 τοις τις ἐπιτιμῆ. τὰλλα πάνθ' ὅσα ἐκ τοῦ δωροδοκεῖν ἤρτηται. (40) ἐπεὶ τριήρεις γε καὶ σωμάτων πληθος καὶ χρημάτων πρόσδοσι καὶ τῆς ἄλλης παρασκευῆς ἀφθονία, καὶ τὰλλα ὅσ' ἂν τις ἰσχύειν τὰς πόλεις κρίνοι, νῦν ἅπασι καὶ πλείω καὶ μείζω ἐστὶ τῶν τότε  
15 πολλῶ. ἀλλ' ἅπαντα ταῦτ' ἄχρηστα ἄπρακτα ἀνόνητα ὑπὸ τῶν πωλούντων γίγνεται.

41. Ὅτι δ' οὕτω ταῦτ' ἔχει τὰ μὲν νῦν, ὁρᾶτε δήπου καὶ οὐδὲν ἐμοῦ προσδεῖσθε μάρτυρος, τὰ δ' ἐν τοῖς ἄνωθεν χρόνοις ὅτι τάναντία εἶχεν, ἐγὼ δηλώσω, οὐ λόγους ἐμαυτοῦ λέγων, ἀλλὰ γράμματα τῶν προγόνων  
20 τῶν ἡμετέρων, ἃ κείνοι κατέθεντο εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες εἰς ἀκρόπολιν, οὐχ ἴν' αὐτοῖς ἢ χρησίμα (καὶ γὰρ ἄνευ τούτων τῶν γραμμάτων τὰ δέοντα ἐφρόνου), ἀλλ' ἴν' ὑμεῖς ἔχητε ὑπομνήματα καὶ παραδεί-  
25 γματα, ὡς ὑπὲρ τῶν τοιούτων σπουδάζειν προσήκει. (42) Τί οὖν λέγει τὰ γράμματα; « Ἀρθμιος, φησίν, ὃ « Πυθῶναχος ὁ Ζελεΐτης ἀτιμος [ἔστω] καὶ πολέμιος « τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων, αὐτὸς « καὶ γένος. » Εἴθ' ἡ αἰτία γέγραπται, δι' ἣν ταῦτ'  
122 ἐγένετο: « ὅτι τὸν χρυσοῦν τὸν ἐκ Μήδων εἰς Πελοπόννησον ἤγαγεν. » Ταῦτ' ἐστὶ τὰ γράμματα. (43) Λογίζεσθε δὴ πρὸς θεῶν, τίς ἦν ποθ' ἡ διάνοια τῶν  
5 Ἀθηναίων τῶν τότε ταῦτα ποιούντων, ἢ τί τὸ ἀξίωμα. ἐκεῖνοι Ζελεΐτην τινὰ Ἀρθμιον δοῦλον βασιλέως (ἢ γὰρ Ζελεΐα ἐστὶ τῆς Ἀσίας), ὅτι τῷ δεσπότῃ διακονῶν χρυσοῦν ἤγαγεν εἰς Πελοπόννησον, ὡς Ἀθήναζε, ἐχθρὸν  
10 αὐτῶν ἀνέγραψαν καὶ τῶν συμμάχων, αὐτὸν καὶ γένος,

vero facturum putatis eum, qui in universos ita est petulans, ubi nos singulatim omnes subegerit?

36. Quæ igitur eausa est harum rerum? non enim sine ratione et justa causa vel tum adeo alacres erant ad libertatem defendendam omnes Græci vel nunc ad tolerandam servitutem. Fuit tum aliquid, fuit, Athenienses, in populi animis, quod nunc non est, quod et Persarum vicit opulentiam, et Græciæ libertatem asseruit et nec navalibus nec terrestribus in præliis succubuit, id postquam nunc perditum est, omnia corrumpit et omnes res sursum et deorsum permiscuit. (37) Quid igitur fuit illud? Quod omnes oderant eos, qui a dominandi cupidis aut Græciam corrumpere conantibus pecuniam accipiebant, et gravissimum crimen erat, si quis accepisse munera convincebatur, eumque maximis poenis afficiebant. (38) Proinde occasionem singularum rerum, quam fortuna etiam negligentibus contra attentos et ignavis contra strenuos sæpe suppeditat, a nemine vel oratore vel imperatore mundinari licebat, nec concordiam mutuam nec diffidentiam de tyrannis et barbaris, nec denique tale quicquam. (39) Nunc tanquam a foro et divendita sunt hæc omnia et contra importata ea, per quæ Græcia perit et laboravit. Ea quæ sunt? admiratio, si quis aliquid accepit. risus, si confitetur. venia, si convincitur. odium, si quis ista reprehendit. cetera omnia, quæ pendent a corruptelis. (40) Nam triemes et multitudo hominum et pecuniarii reditus et reliqui apparatus copia, cetera denique, quibus urbium vires æstimari solent, nunc universis multo et plura et majora sunt, quam superiore sætate. sed universa hæc inutilia, irrita, manca fiunt per eos qui capronantur.

41. Ac eum quidem esse nunc statum rerum ipsi profecto videtis nec meo testimonio indigetis, superioribus autem temporibus contrariam fuisse rationem ego declarabo non mea verba profereudo, sed scriptum majorum vestrorum, quod illi in æream pilam incisum, in arce collocarunt, non ut ipsis usui esset (nam vel sine illo scripto satis recte sapiebant), sed ut vos monumenta et exempla haberetis, quanta sollicitudine talia sint curanda. (42) Quid igitur dicit illud scriptum? *Arthmius, inquit, Pythonactis F. Zelites ignominiosus[est] et hostis populi Atheniensis et sociorum, ipse et genus.* Deinde causa est scripta, propter quam ea facta sunt: *quia aurum e Media in Peloponnesum vexit.* Hoc scriptum illud est. (43) Considerate igitur per deos et cogitate vobiscum, quæ mens fuerit Atheniensium qui illo tempore talia facerent, quæve dignitas. Illi Zeliten quendam Arthmium, servum Regis (Zelea enim Asiae est oppidum), quod de domini mandato aurum vexisset in Peloponnesum, non Athenas, hostem judicarunt et suum et sociorum,

καὶ ἀτίμους. (44) Τοῦτο δ' ἐστὶν οὐχ ἦν ἄν τις οὕτως φήσειεν ἀτίμιαν. τί γὰρ τῷ Ζελεΐτῃ, τῶν Ἀθήνησι κοινῶν εἰ μὴ μεθέξειν ἡμέλει; ἀλλ' οὐ τοῦτο λέγει. 15 ἀλλ' ἐν τοῖς φονικοῖς γέγραπται νόμοις, ὑπὲρ ὧν ἄν μὴ διδῶ δίκας φόνου δικάσασθαι, ἀλλ' εὐαγὲς ἢ τὸ ἀποκτεῖναι, « καὶ ἀτίμος » φησὶ « τεθνάτω. » τοῦτο δὲ λέγει, καθαρὸν τὸν τούτων τινὰ ἀποκτείναντα εἶναι. 20 (45) Οὐκοῦν ἐνόμιζον ἐκεῖνοι τῆς πάντων τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας αὐτοῖς ἐπιμελητέον εἶναι. οὐ γὰρ ἂν αὐτοῖς ἔμελεν, εἴ τις ἐν Πελοποννήσῳ τινὰς ὠνεῖται καὶ διαφθείρει, μὴ τοῦθ' ὑπολαμβάνουσιν. ἐκόλαζον δ' οὕτω καὶ ἐτιμωροῦντο οὐδ' αἰσθίνοντο δωροδοκοῦντας, ὥστε καὶ στηλίτας ποιεῖν. ἐκ δὲ τούτων εἰκότως τὰ 25 τῶν Ἑλλήνων ἦν τῷ βαρβαρῷ φοβερά, οὐχ ὁ βαρβαρὸς τοῖς Ἑλλησιν. (46) ἀλλ' οὐ νῦν. οὐ γὰρ οὕτως ἔχεθ' ἡμεῖς οὔτε πρὸς τὰ τοιαῦτα οὔτε πρὸς τᾶλλα, 123 ἀλλὰ πῶς; ἴστε αὐτοί. τί γὰρ δεῖ περὶ πάντων ἡμῶν κατηγορεῖν; παραπλησίως δὲ καὶ οὐδὲν βέλτιον ἡμῶν ἅπαντες οἱ λοιποὶ Ἑλληνες. διόπερ φημί ἔγωγε καὶ σπουδῆς πολλῆς καὶ βουλῆς ἀγαθῆς τὰ παρόντα πράγματα προσδεῖσθαι. τίνος εἶπω; κελεύετε καὶ οὐκ ὀργεῖσθε;

5 47. Ἔστι τοίνυν τις εὐήθης λόγος παρὰ τῶν παραμυθεῖσθαι βουλομένων τὴν πόλιν, ὡς ἄρα οὕτω Φιλίππος ἐστὶ τοιοῦτος, οἷοί ποτ' ἦσαν Λακεδαιμόνιοι, οἱ θαλάττης μὲν ἦρχον καὶ γῆς ἀπάσης, βασιλεία δὲ σύμμαχον εἶχον, ὑφίστατο δ' οὐδὲν αὐτούς, ἀλλ' ὁμοῦς ἡμίνατο κάκεινους ἡ πόλις καὶ οὐκ ἀνηρπάσθη. Ἐγὼ δὲ ἀπάντων ὡς ἔπος εἰπεῖν πολλὴν εὐληφότεον ἐπίδοσιν, καὶ οὐδὲν ὁμοίων ὄντων τῶν νῦν τοῖς πρότερον, οὐδὲν ἡγοῦμαι πλέον ἢ τὰ τοῦ πολέμου κενιῆσθαι καὶ ἐπι- 15 δεδώκεναι. (48) Πρῶτον μὲν γὰρ ἀκούω Λακεδαιμονίους τότε καὶ πάντας τοὺς ἄλλους τέτταρας μῆνας ἢ πέντε, τὴν ὥρῃαν αὐτῆν, ἐμβαλόντας ἂν καὶ κακώσαντας τὴν τῶν ἀντιπάλων χώραν ὀπλίταις καὶ πολι- 20 τικοῖς στρατεύμασιν ἀναχωρεῖν ἐπ' οἴκου πάλιν. οὕτω δ' ἀρχαίως εἶχον, μᾶλλον δὲ πολιτικῶς, ὥστε οὐδὲ χρημάτων ὠνεῖσθαι παρ' οὐδενὸς οὐδέν, ἀλλ' εἶναι νόμιμόν τινα καὶ προφανῆ τὸν πόλεμον. (49) νυνὶ δ' ὄρῃτε μὲν δήπου τὰ πλεῖστα τοὺς προδότας ἀπολωλε- 25 κότητας, οὐδὲν δ' ἐκ παρατάξεως οὐδὲ μάχης γιγνόμενον. ἀκούετε δὲ Φιλίππον οὐχὶ τῷ φάλαγγα ὀπλιτῶν ἀγειν βαδίζονθ' ὅποι βούλεται, ἀλλὰ τῷ ψιλοῦς, ἵππέας, τοξότας, ξένους, τοιοῦτον ἐξηρτύσθαι στρατόπεδον. (50) ἔπειδ' ἂν ἐπὶ τούτοις πρὸς νοσοῦντας ἐν αὐτοῖς 124 προσπέσῃ καὶ μηδεὶς ὑπὲρ τῆς χώρας δι' ἀπιστίαν ἐξήμηχανήματ' ἐπιστήσας πολιορκεῖ. καὶ σιωπῶ θέρος καὶ χειμῶνα, ὡς οὐδὲν διαφέρει, οὐδ' ἐστὶν ἐξαίρετος ὥρα τις, ἦν διαλείπει. (51) Ταῦτα μέντοι πάν- 5 τας εἰδότες καὶ λογιζομένους οὐ δεῖ προσέσθαι τὸν πόλεμον εἰς τὴν χώραν, οὐδ' εἰς τὴν εὐθείαν τὴν τοῦ τότε πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου βλέποντας ἐκτραχλιοσθῆναι, ἀλλ' ὡς ἐκ πλείστου φυλάττεσθαι τοῖς πράγμασι καὶ ταῖς παρασκευαῖς, ὅπως οἴκοθεν μὴ

ipsum et genus ejus, et ignominia notarunt. (44) Id vero non est usitatum quoddam genus ignominiae. quid enim Zelitas intererat, si republica Atheniensi non frueretur? hoc igitur non vult. at in legibus capitalibus de iis causis, propter quas non conceditur homicidam in jus vocare, sed fas est occidere, scriptum est: *Et ignominiosus*, inquit lex, *moritur*. Absolvit igitur caedis eum, qui horum aliquem occiderit. (45) Itaque putabant illi curam sibi salutis Graecorum omnium suscipiendam esse, alioqui non curassent, si quis in Peloponneso aliquos emeret et corrumperet, nisi ita sensissent. Sic autem mulctabant, atque ulcisciebantur, quos accipere munera senserant, ut eos in pilis proscriberent. Quae quum fierent, merito Graecia barbaro erat formidabilis, non barbarus Graecis. (46) Nunc aliter. vos enim non ita animati estis, nec talibus nec ceteris in rebus, sed quomodo? nostis ipsi. quorsum enim attinet accusare vos de rebus omnibus? eadem plane ratio est ceterorum Graecorum omnium, qui nihilo sunt meliores vobis. Quapropter ego assero et magnum studium et bonum consilium requirere praesentia negotia. quod dicam? jubetisne et non irascemini

47. Objicitur igitur inepta quaedam ratio ab iis, qui consolari civitatem volunt: « Philippus nondum est talis, quales aliquando fuerunt Lacedaemonii, qui et mari dominabantur et terra universa, qui regem Persarum socium habebant, quibus nihil obsistebat, et tamen illos ultra est nostra civitas et non abrepta e medio. » Ego vero, quum omnia fere dixerim magna incrementa ceperint et haec veteribus nulla re similia sint, nullas esse magis arbitror quam res bellicas mutatas et auctas. (48) Primum enim audio Lacedaemonios tunc et omnes ceteros per quatuor aut quinque menses opportuno solum belli tempore impressione facta et hostium agro infestato a militibus gravis armorum et civilibus copiis, domum rediisse. Adeo autem erant simplices vel potius civiles, ut nec pecunia quicquam ab ullo redimerent, sed legitimum quoddam et apertum bellum gererent. (49) Nunc videtis utique proditores plurima perdidisse, nihil instructa acie collatisque signis geri. auditis Philippum, non quia phalangem gravis armorum ducit, ire quolibet, sed quod ferentariis, equitibus, sagittariis, peregrinis, tali exercitu instructus est. (50) Quibus praefectus quum in eos irrui qui discordia laborant et quorum nemo pro defensione regionis propter diffidentiam prodit; adductis machinis oppugnat. ut taceam nihil eum habere discriminis inter aestatem et hiemem, neque ullum illi esse tempus exemptum, quod intermittat. (51) Quae quum omnes sciatis et reputetis, non committendum est, ut bellum in nostram terram ingruat, neque ut, dum ad Lacedaemonici belli simplicitatem respicitis, colla frangatis, sed quam diutissime ante cavendum rebus gerendis et apparatus, et prospiciendum, ne domo se moveat, non consertis ma-

10 κινήσεται σκοποῦντας, οὐχὶ συμπλακέντας διαγωνί-  
ζεσθαι. (52) πρὸς μὲν γὰρ πόλεμον πολλὰ φύσει  
πλεονεκτῆμαθ' ἡμῖν ὑπάρχει, ἂν περ, ὡς ἄνδρες Ἀθη-  
ναῖοι, ποιεῖν ἐθέλωμεν ἂ δεῖ: ἡ φύσις τῆς ἐκείνου χώρας,  
ἧς ἀγειν καὶ φέρειν ἔστι πολλὴν καὶ κακῶς ποιεῖν, ἀλλὰ  
15 μυρία. εἰς δὲ ἀγῶνα ἄμεινον ἡμῶν ἐκείνος ἤσκηται.

53. Οὐ μόνον δὲ δεῖ ταῦτα γινώσκειν οὐδὲ τοῖς  
ἔργοις ἐκείνον ἀμύνεσθαι τοῖς τοῦ πολέμου, ἀλλὰ καὶ  
τῷ λογισμῷ καὶ τῇ διανοίᾳ τοὺς παρ' ἡμῖν ὑπὲρ αὐτοῦ  
20 λέγοντας μισῆσαι, ἐνθυμουμένους ὅτι οὐκ ἔνεστι τῶν  
[ἔξω] τῆς πόλεως ἔχθρῶν κρατῆσαι, πρὶν ἂν τοὺς ἐν αὐτῇ  
τῇ πόλει κολάσῃτε ὑπηρετοῦντας ἐκείνους. (54) ὁ  
μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς οὐ δυνήσεσθε ὑμεῖς  
ποιῆσαι, ἀλλ' εἰς τοῦτο ἀφίχθε μωρίας ἢ παρανοίας ἢ  
25 οὐκ ἔχω τί λέγω (πολλάκις γὰρ ἔμοιγ' ἐπελήλυθε καὶ  
τοῦτο φοβεῖσθαι, μή τι δαιμόνιον τὰ πράγματα ἐλαύνῃ),  
ὥστε λοιδορίας ἢ φθόνου ἢ σκώμματος, ἧς τινὸς ἂν  
τύχητε, ἔνεκ' αἰτίας ἀνθρώπους μισθωτοῦς, ὧν οὐδ' ἂν  
ἀρνηθεῖεν ἔνιοι ὅς οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι, λέγειν κελεύετε,  
125 καὶ γελᾶτε, ἂν τιεῖ λοιδορηθῶσιν. (55) Καὶ οὐχὶ πω  
τοῦτο δεινόν, καίπερ ὃν δεινόν, ἀλλὰ καὶ μετὰ πλείο-  
νος ἀσφαλείας πολιτεύεσθαι δεδωκάτε τοῦτοις ἢ τοῖς  
5 ὑπὲρ ἡμῶν λέγουσιν. Καίτοι θεάσασθε ὅσας συμφορὰς  
παρασκευάζει τὸ τῶν τοιούτων ἐθέλειν ἐκροῆσθαι.  
λέξω δ' ἔργα ἅ πάντες εἴσεσθε.

56. Ἦσαν ἐν Ὀlynθῶ τῶν ἐν τοῖς πράγμασι τινὲς  
μὲν Φιλίππου καὶ πάνθ' ὑπηρετοῦντες ἐκείνῳ, τινὲς δ' οἱ  
τοῦ βελτίστου καὶ ὅπως μὴ δουλεύουσιν οἱ πολῖται  
10 πράττοντες. πότεροι δὲ τὴν πατρίδα ἐξώλεσαν; ἢ πό-  
τεροι τοὺς ἵππεάς προῦδοσαν, ὧν προδοθέντων Ὀlyn-  
θος ἀπώλετο; Οἱ τὰ Φιλίππου φρονούντες καὶ ὅτ' ἦν ἡ  
πόλις τοὺς τὰ βελτίστα λέγοντας συκοφαντοῦντες καὶ  
διαβάλλοντες οὕτως, ὥστε τὸν γ' Ἀπολλωνίδην καὶ  
15 ἐκβαλεῖν ἢ δῆμος ὁ τῶν Ὀlynθίων ἐπέισθη.

57. Οὐ τοίνυν παρὰ τούτοις μόνον τὸ ἔθος τοῦτο  
πάντα κακὰ εἰργάσατο, ἀλλοθι δ' οὐδαμοῦ, ἀλλ' ἐν  
Ἐρετρίᾳ, ἐπειδὴ ἀπαλλαγέντος Πλουτάρχου καὶ τῶν  
20 ξένων ὁ δῆμος εἶχε τὴν πόλιν καὶ τὸν Πορθμόν, οἱ μὲν  
ἐφ' ἡμᾶς ἦγον τὰ πράγματα, οἱ δ' ἐπὶ Φιλίππων.  
ἀκούοντες δὲ τούτων τὰ πολλά, μᾶλλον δὲ πάντα οἱ  
ταλαίπωροι καὶ δυστυχεῖς Ἐρετριεῖς τελευτῶντες ἐπέ-  
ισθησαν τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν λέγοντας ἐκβαλεῖν. (58) καὶ  
25 γὰρ τοὶ πέμψας Ἰπποκικόν ὁ σύμμαχος αὐτοῖς Φιλίππος  
καὶ ξένους χιλοῦς, τὰ τεῖχη περιεῖλε τοῦ Πορθμοῦ καὶ  
τρεῖς κατέστησε τυράννους, Ἰππαρχον, Αὐτομέδοντα,  
Κλείταρχον. καὶ μετὰ ταῦτ' ἐξελέγηκεν ἐκ τῆς χῶ-  
ρας δις ἡδὴ βουλομένους σώζεσθαι, τότε μὲν πέμψας τοὺς  
128 μετ' Εὐρυλόχου ξένους, πάλιν δὲ τοὺς μετὰ Παρμε-  
νίωος.

59. Καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; ἀλλ' ἐν Ὀρεῶ Φι-  
λιστιδῆς μὲν ἔπραττε Φιλίππῳ καὶ Μένιππῳ καὶ  
5 Σωκράτῃ καὶ Θόᾳ καὶ Ἀγαπαῖοις, οἵπερ νῦν ἔχουσι  
τὴν πόλιν (καὶ ταῦτ' ἤδεσαν ἅπαντες), Εὐφραῖος δὲ  
τις, ἄνθρωπος καὶ παρ' ἡμῖν ποτ' ἐνθάδε οἰκήσας,

nibus decertandum. (52) Nam ad bellum multae natura  
nobis sunt commoditates, modo ea, Athenienses, facere  
velimus, quae debemus: natura regionis illius, cujus ma-  
gnam partem hostiliter diripere et infestare poterimus, alia  
sexcenta. sed ad praelium melius ille quam nos est exerci-  
tatus.

53. Neque vero solum ita sentiendum est aut ille belli  
operibus ulciscendus, sed etiam animo et cogitatione,  
qui apud vos ejus causam agunt, odio prosequendi sunt.  
neque enim urbis hostes superari possunt, priusquam eos,  
qui intra ipsam urbem illi operam navant, puniveritis. (54) Quod, ita me amet Jupiter ceterique dii, non potestis  
vos facere, sed in eam stultitiam venistis vel delirium vel  
nescio quid dicam (saepe enim illud etiam vereri mihi subit,  
ne quod numen res agitet), ut convicii aut invidiae aut di-  
ceteri gratia, quaecunque vobis causa in mentem inciderit,  
homines mercenarios, quorum quidam nec negaturi sint  
se esse tales, dicere jubebatis, et rideatis, si quibus convicia  
fecerint. (55) Necdum hoc quidem grave est, quanquam  
grave, sed et illud iis dedistis, ut minore cum periculo in  
republica versentur quam vestri defensores. Atqui spe-  
ciate, quanta ex eo mala existant, quod tales audire vultis.  
dicam autem ea, quae omnes scietis.

56. Erant Olynthi in republica administranda alii Philippi  
assecrae et omnino ministri, alii optimi sequentes ser-  
vilitatem a civibus depellere nitentur. utri igitur patriam  
everterunt? aut utri prodiderunt equites, quibus proditis  
Olynthus interit? Philippi studiosi atque iudem, qui urbe  
incolunt eos, qui optime consulebant, ita calumniabantur  
et criminabantur, ut etiam ad ejiciendum Apollonidem po-  
pulus Olynthiorum impelleretur.

57. Neque vero apud hos solos ista consuetudo malorum  
omnium causa fuit, alibi vero nusquam, sed Eretriae, quum  
digressio Plutarcho et peregrino milite populus urbem teneret  
et Porthimum, alii summam rerum ad vos transferebant,  
alii ad Philippum. his auscultantes in plerisque ac potius in  
omnibus miseri et infelices Eretrienses, tandem adducti  
sunt, ut suos defensores ejicerent. (58) Proinde misso Hip-  
ponico socius eorum Philippus et peregrinis mille, muros  
Porthimi diruit et tres imposuit tyrannos, Hipparchum,  
Automedontem, Clitarchum, et postea bis regione expulit,  
quum jam servari vellent, primum missis cum Eurylocho  
mercenariis, deinde aliis cum Parmenione.

59. Et quorsum attinet agere pluribus? At Orei Philippi  
negotium agebant Philistides et Menippus et Socrates et  
Thioas et Agapaeus, qui nunc tenent urbem (et haec norant  
omnes), Euphræus autem quidam, qui aliquando et hic  
apud vos habitaverat, hoc efficere conabatur, ut liberi es-

ἔπως Δεῦθεροι καὶ μηδενὸς δοῦλοι ἔσονται. (60) οὗτος τὰ μὲν ἄλλα ὡς ὑβρίζετο καὶ προῦπηλακίζετο ὑπὸ τοῦ δῆμου, πολλὰ ἂν εἴη λέγειν. ἐνιαυτῶ δὲ πρότερον τῆς ἀλώσεως ἐνέδειξεν ὡς προδότην τὸν Φιλιστιδῆν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, αἰσθόμενος ἂ πράττουσι. συστραφέντες δὲ ἄνθρωποι πολλοὶ καὶ χορηγὸν ἔχοντες Φιλίππων καὶ πρυτανεύουμένοι παρ' ἐκείνου, ἀπάγουσι τὸν Εὐφρατίον εἰς τὸ δεσμωτήριον ὡς συνταράττοντα τὴν πόλιν. (61) Ὅρων δὲ ταῦθ' ὁ δῆμος ὁ τῶν Ὀρειτῶν, ἀντὶ τοῦ τῶ μὲν βοθηεῖν τοὺς δ' ἀποτυμπανίσαι, τοῖς μὲν οὐκ ὠργίζετο, τὸν δ' ἐπιτιθέειν ταῦτα παθεῖν ἔφη καὶ ἐπέχαιρεν. Μετὰ ταῦθ' οἱ μὲν ἐπ' ἐξουσίας ὁπόσης ἠβούλοντο ἔπραττον, ὅπως ἡ πόλις ληφθήσεται, καὶ κατεσκευάζοντο τὴν πρᾶξιν. τῶν δὲ πολλῶν εἰ τις αἰσθοίτο, εἴσγια καὶ κατεπέπληκτο, τὸν Εὐφρατίον, ὃς ἔπαθε, μεμνημένος. οὗτω δ' ἀθλίως διέκειντο, ὥστε οὐ πρότερον ἐτόλμησεν οὐδεὶς τοιοῦτου κακοῦ προσιόντος βῆξαι φωνήν, πρὶν διασκευασάμενοι πρὸς τὰ τεῖχη προσήεσαν οἱ πολέμιοι. τηνικαῦτα δ' οἱ μὲν ἡμύνοντο, οἱ δὲ προῦδίδουσαν. (62) τῆς δὲ πόλεως οὕτως ἀλώσεως αἰσχυρῶς καὶ κακῶς οἱ μὲν ἄρχουσι καὶ τυραννοῦσι, τοὺς τότε σώζοντας αὐτοὺς καὶ τὸν Εὐφρατίον ἐτόιμους ὄτιον ποιεῖν ὄντας τοὺς μὲν ἐκβαλόντες τοὺς δὲ ἀποκατείναντες. ὁ δ' Εὐφρατίος ἐκείνος ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν, ἔργῳ μαρτυρήσας ὅτι καὶ δικαίως καὶ καθαρῶς ὑπὲρ τῶν πολιτῶν ἀνθειστήκει Φιλίππῳ.

63. Τί οὖν ποτ' αἴτιον, θαυμάζετε ἴσως, τὸ καὶ τοὺς Ὀλυνθίους καὶ τοὺς Ἐρετριεῖς καὶ τοὺς Ὀρειτάς ἤδιον πρὸς τοὺς ὑπὲρ Φιλίππου λέγοντας ἔχειν ἢ τοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν; ὅπερ καὶ παρ' ὑμῖν, ὅτι τοῖς μὲν ὑπὲρ τοῦ βελτίστου λέγουσιν οὐδὲ βουλομένοι ἐνεστὶν ἐνίστε πρὸς χάριν οὐδὲν εἰπεῖν. τὰ γὰρ πράγματ' ἀνάγκη σκοπεῖν ὅπως σωθήσεται. οἱ δ' ἐν αὐτοῖς οἷς χαρίζονται Φιλίππῳ συμπράττουσιν. (64) εἰσφέρειν ἐκέλευον, οἱ δ' οὐδὲν δεῖν ἔρασαν. πολεμεῖν καὶ μὴ πιστεύειν, οἱ δ' ἀγειν εἰρήνην, ἕως ἐγκατελήφθησαν. τὰλλα τὸν αὐτὸν τρόπον οἶμαι πᾶνθ', ἵνα μὴ καθ' ἕκαστα λέγωι; οἱ μὲν, ἐφ' οἷς χαριοῦνται, ταῦτ' ἔλεγον, οἱ δ', ἐξ ὧν ἡμελλόν σωθήσεσθαι. πολλὰ δὲ καὶ τὰ τελευταῖα οὕχ οὕτως, οὐδὲ πρὸς χάριν, οὐδὲ δι' ἀγνοίαν οἱ πολλοὶ προσίεντο, ἀλλ' ὑποκατακλινόμενοι, ἐπειδὴ τοῖς θλοις ἤττασθαι ἐνόμιζον. (65) ὁ νῆ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω ἐδόουκα ἐγὼ μὴ πάθητε ὑμεῖς, ἐπειδὴν ἴδητε ἐκλογιζόμενοι μηδὲν ὑμῖν ἐνόν. καίτοι μὴ γένοιτο μὲν, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ. τεθνάναι δὲ μυριάκις κρείττον ἢ κολακεῖα τι ποιῆσαι Φιλίππῳ καὶ προέσθαι τῶν ὑπὲρ ὑμῶν λεγόντων τινάς. (66) Καλὴν γ' οἱ πολλοὶ νῦν ἀπειλήσασιν Ὀρειτῶν χάριν, ὅτι τοῖς Φιλίππου φίλοις ἐπέτρεψαν αὐτούς, τὸν δ' Εὐφρατίον ἔωθον. καλὴν γ' ὁ δῆμος ὁ Ἐρετριέων, ὅτι τοὺς μὲν ὑμετέρους πρῆσβεις ἀπήλασε, Κλειτάρχῳ δ' ἐνέδωκεν αὐτόν. δουλεύουσι γε μαστιγοῦμενοι καὶ σπαττόμενοι. καλῶς Ὀλυνθίων ἐφείσατο τῶν τὸν μὲν Λασθένη ἔπαρχον χειροτονησάντων, τὸν δὲ Ἀπολλωνίδην ἐκβα-

sent et servirent nemini. (60) Quibus hic injuriis et contumeliis a populo fuerit affectus, multa dici possent. anno autem ante excidium prodicionis reum fecit Philistidem et gregales ejus, animadversis eorum conatibus. concitati autem homines multi et praebitorem habentes Philippum et consiliis ejus instructi, abducunt Euphræum in carcerem, ut qui conturbaret rempublicam. (61) Ea videns populus Oritanus, hunc adeo non adjuvit illosve in cruciatum egit, ut neque his irasceretur et illum merito illa ferre diceret, atque insultaret. Deinde illi tantam nacli potestatem, quantam voluerant, id egerunt, ut oppidum caperetur, et rem confecerunt. Quod si quis e multitudine senserat, tacebat et erat attonitus, memor quid Euphræo acciderit. adeoque misere cum iis agebatur, ut non prius auderet quisquam tāli imminente malo vocem rumpere, quam instructa acie ad muros accederent hostes. tum demum hi oppidum defendebant, illi prodebant. (62) Oppido ita flagitiose et male capto, isti imperant et tyrannide potiuntur, iis, qui tum et illos defenderant et in Euphræum quodcumque facere parati erant, partim ejectis partim occisis. Euphræus autem ille semetipsum jugulavit, re ipsa testatus se et jure et integre pro civibus restitisse Philippo.

63. Quidnam igitur causæ sit, miramini fortasse, cur et Olynthii et Eretrienses et Oritæ magis Philippi defensoribus faverint quam suis? Eadem causa, quæ et apud vos: quia ii qui reipublicæ consultum volunt, ne si cupiant quidem, quicquam ad gratiam dicere aliquando possunt. nam res ipsæ ut incolumes sint, providendum est. illi vero his ipsis, quæ in Philippi commodum agunt, gratiam ineunt. (64) Pecuniam conferre jubebant, illi nihil opus esse dicebant. bellum gerendum esse et diffidendum, illi pacem agendam, donec circumventi sunt. cetera eodem fere modo omnia, ne singula referam: alteri ea dicebant, quæ delectarent, alteri, quæ ad incolumitatem retinendam pertinerent. multa autem vulgus etiam postremo non sic temere nec gratiæ causa nec per ignorationem admittebat, sed quia cedebat temporibus, quum suas omnino vires esse impares putaret. (65) Quod, ita me amet Jupiter et Apollo, vereor, ne vobis accidat, posteaquam calcullis subductis videritis nihil vobis esse reliquum. Verum absit quidem, Athenienses, ut reo redeant. mori vero millies præstat quam per assentationem Philippo quicquam conficere et aliquos vestri defensores projicere. (66) Præclara nunc Oritano populo relata est gratia, quod Philippi amicis se commiserunt, Euphræum autem expulerunt. præclara populo Eretriensium, quod vestros legatos repulerunt et Clitarcho se dederunt. in servitutem sunt illi sane flagris et cædibus redacti. præclare Olynthiis pepercit, qui Lasthenem magistrum equitum crea-

10 λόντων. (67) Μωρία και κακία τὰ τοιαῦτα ἐλπίζειν, και κακῶς βουλευομένους και μηδὲν ὄν προσήκει ποιεῖν ἐθέλοντας, ἀλλὰ τῶν ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν λεγόντων ἀκροωμένους, τηλικαύτην ἠγεῖσθαι πόλιν οἰκεῖν τὸ μέγεθος, ὥστε μηδ' ἂν ὄτιοῦν ᾗ δεινὸν πείσεσθαι. (68) και μὴν  
15 ἐκεῖνό γε αἰσχρὸν, ὕστερόν ποτ' εἰπεῖν συμβάντος τινός « τίς γάρ ἂν ᾗθη ταῦτα γενέσθαι; νῆ τὸν Δία, εἶδει « γάρ τὸ και τὸ ποιῆσαι, και τὸ μὴ ποιῆσαι. » πολλὰ ἂν εἰπεῖν ἔχοιεν Ὀλύμπιοι νῦν, ἂ τὸτ' εἰ προείδοντο, οὐκ ἂν ἀπώλοντο. πολλ' ἂν ὤρειται, πολλὰ Φωκείας,  
20 πολλὰ τῶν ἀπολυλλῶτων ἕκαστοι. (69) ἀλλὰ τί τούτων ὄφελος αὐτοῖς; ἕως ἂν σώζηται τὸ σκάφος, ἂν τε μείζον ἂν τ' ἔλαττον ᾗ, τότε χρῆ και ναύτην και κυβερνήτην και πάντ' ἄνδρα ἐξῆς προθύμους εἶναι, και  
25 σπῶς μὴθ' ἕκὼν μὴτ' ἄκων μηδεὶς ἀνατρέψει, τοῦτο σκοπεῖσθαι. ἐπειδὴν δὲ ἡ θάλαττα ὑπέρσχη, μάταιος ἡ σπουδή. (70) Καὶ ἡμεῖς τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἕως ἐσμὲν σῶοι, πόλιν μεγίστην ἔχοντες, ἀφορμὰς πλείστας, ἀξίωμα κάλλιστον, — τί ποιῶμεν; πάλαι τις ἡδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσῃν κἀθηται. Ἐγὼ νῆ Δ'  
129 ἐρῶ, και γράψω δέ, ὥστε, ἂν βούλησθε, χειροτονήσετε. (71) Αὐτοὶ πρῶτον ἀμυνόμενοι και παρασκευαζόμενοι, τριήρεσι και χρήμασι και στρατιώταις λέγω. και γάρ ἂν ἀπαντες δήπου δουλεύειν συγχωρήσωσιν οἱ  
5 ἄλλοι, ἡμῖν γ' ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνιστέον. ταῦτα δὴ πάντα αὐτοὶ παρεσκευασμένοι και ποιήσαντες τοῖς Ἑλλησι φανερά, τοὺς ἄλλους ἤδη παρακαλῶμεν, και τοὺς ταῦτα διδάσκοντας ἐκπέμπωμεν πρέσβεις πανταχοῖ,  
10 εἰς Πελοπόννησον, εἰς Ῥόδον, εἰς Χίον, ὡς βασιλέα λέγω (οὐδὲ γάρ τῶν ἐκείνω συμφερόντων ἀφέστηκε τὸ μὴ τοῦτον εἶσαι πάντα καταστρέψασθαι), ἴν' ἐὰν μὲν πείσητε, κοινωνοὺς ἔχητε και τῶν κινδύνων και τῶν ἀναλωμάτων, ἂν τι δέη, εἰ δὲ μὴ, χρόνους γ' ἐμποιῆτε  
15 τοῖς πράγμασιν. (72) ἐπειδὴ γάρ ἐστι πρὸς ἄνδρα και οὐχὶ συνεστάσης πόλεως ἰσχυρὸν ὁ πόλεμος οὐδὲ τοῦτ' ἀχρηστον, οὐδ' αἰ πέρρσι πρεσβεῖαι περὶ τὴν Πελοπόννησον ἐκείναι και κατηγορίαι, ἅς ἐγὼ και Πολύευκτος ὁ βέλτιστος ἐκείνοισι και Ἡγήσιππος και οἱ ἄλλοι  
20 πρέσβεις περιήλθομεν, και ἐποίησαμεν ἐπισχεῖν ἐκείνων και μὴτ' ἐπ' Ἀμβρακίαν ἔλθειν μὴτ' ἐς Πελοπόννησον ὀρμῆσαι. (73) Οὐ μέντοι λέγω μηδὲν αὐτοὺς ὑπὲρ αὐτῶν ἀναγκαῖον ἐθέλοντας ποιεῖν τοὺς ἄλλους παρακαλεῖν. και γάρ εὐθες τὰ οἰκεία αὐτοὺς προεμένους  
25 τῶν ἄλλοτρῶν φάσκειν κῆδεσθαι, και τὰ παρόντα περιορῶντας ὑπὲρ τῶν μελλόντων τοὺς ἄλλους φοβεῖν. οὐ λέγω ταῦτα, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐν Χερβρόνησῳ χρήματ' ἀποστέλλειν φημι δεῖν και τᾶλλα ὅσ' ἀξιοῦσι ποιεῖν, αὐτοὺς δὲ παρασκευάζεσθαι, τοὺς δ' ἄλλους Ἑλληνας  
130 συγκαλεῖν συνάγειν διδάσκειν νοθετεῖν. ταῦτ' ἐστὶ πόλεως ἀξίωμα ἐχούσης ἡλικῶν ὑμῖν ὑπάρχει. (74) εἰ δ' οἴεσθε Χαλκιδέας τὴν Ἑλλάδα σώσειν ἢ Μεγαρέας, ἡμεῖς δ' ἀποδράσεσθαι τὰ πράγματα· οὐκ ὀρθῶς οἴεσθε. ἀγαπητὸν γάρ, ἂν αὐτοὶ σώζωνται τούτων ἕκαστοι. ἀλλ' ὑμῖν τοῦτο πρακτέον, ὑμῖν οἱ πρόγονοι τοῦτο τὸ

erunt, Apollonidem ejecerunt. (67) Stultitiae et ignaviae est talia sperare atque interim male consulere et nusquam officio fungi velle, sed iis, qui hostium causam agunt, audiendis se urbem tanta magnitudine incolere existimare, ut extra omne periculum posita sit. (68) Atqui turpe illud est, si quid post acciderit, dicere. « Quis enim putasset haec futura? Hercule vero. illud enim atque illud faciendum fuerat, et hoc non faciendum. » Multa nunc dicere possent Olynthii, quae tum si praevidissent, non periissent. multa Oritae, multa Phocenses, multa quicumque perierunt. (69) Sed quidnam haec iis prosunt? dum navis est incolumis, sive major sive minor, tum decet et nautam et gubernatorem et omnem deinceps virum esse strenuum, et, ne vel de industria vel imprudens quisquam eam evertat, providere. sed ubi mare superat, inane est studium. (70) Nos igitur, Athenienses, dum sumus incolumes, urbem maximam habemus, opportunitates plurimas, auctoritatem honestissimam; quid agamus? jamdudum aliquis in hoc consensu libenter fortasse interroget. Ego profecto dicam atque etiam rogabo, ut, si voletis, decernatis. (71) Ubi ipsi in primis vim propulsamus et instruimur, triremibus et pecuniis et militibus dico (etenim si ceteri universi in servitutem consentiant, nobis certe pro libertate certandum est), haec igitur omnia ubi instruxerimus et Graecis declaraverimus; ceteros jam convocemus, et qui haec edocturi sint, legatos quocumque dimittamus, in Peloponnesum, in Rhodum, in Chium, ad regem Persarum inquam (neque enim abhujus rationibus abhorret, ne istum evertere sinamus omnia), ut, si persuaseritis, socios habeatis et periculorum et sumptuum, si sit necesse, sin minus, rem saltem differatis. (72) Quia enim contra virum, non contra conjunctae civitatis vires bellum est; neque hoc nullum habet usum, nec superioris anni legationes per Peloponnesum illae fuerunt irritae, quas ego et Polyeuctus optimus ille vir et Hegesippus, et ceteri legati passim obivimus, neque accusationes, et effecimus, ut ille se reprimeret et neque in Ambraciam invaderet neque in Peloponnesum irrueret. (73) Illud tamen non dico, si ipsi nihil quod necesse est pro nobismetipsis agere velimus, alios convocandos esse. etenim absurdum fuerit si quis sua deserit, eum dicere aliena se curare, et dum praesentia negligit, rerum futurarum metum ceteris proponere. non dico haec, sed Chersonesitis militibus pecuniam dico esse mittendam, et reliqua quae postulant, facienda, ipsi autem nos instruamus et ceteros Graecos convocemus, congregemus, doceamus, admoneamus. Haec sunt civitatis tanta praeditae auctoritate, quantam vos obtinetis. (74) Sin putatis Chalcidenses Graeciam servaturos vel Megarenses, vos autem negotia vituros; non recte putatis. bene enim cum illis agitur, si eorum quisque manserit incolumis. sed vobis id est agendum; vo-



γέρας ἐκτῆσαντο καὶ κατέλιπον μετὰ πολλῶν καὶ με-  
 10 γάλων κινδύνων. (75) εἰ δ' ὁ βούλεται ζητῶν ἕκαστος  
 καθεδεῖται, καὶ ὅπως μὴ δὲν αὐτὸς ποιήσῃ σκοπῶν  
 κρῶτον μὲν οὐδὲ μὴ ποθ' εὐρῆ τούς ποιήσοντας, ἔπειτα  
 δέδοικα ὅπως μὴ πάνθ' ἅμα, ὅσα οὐ βουλόμεθα, ποιεῖν  
 ἡμῖν ἀνάγκη γενήσεται.  
 15 76. Ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα λέγω, ταῦτα γράφω, καὶ  
 οἶμαι καὶ νῦν ἐτι ἐπανορθωθῆναι ἂν τὰ πράγματα  
 τούτων γιγνομένων. εἰ δὲ τις ἔχει τούτων βέλτιον  
 λεγέτω καὶ συμβουλευέτω. Ὅ τι δ' ὑμῖν δοξεί, τοῦτ'  
 ὡ πάντες θεοί, συνενέγκοι.

## [ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ]

## Ο ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Δ'.

## LIBANIUS ARGUMENTUM.

Καὶ οὗτος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχει τῶ φθάνοντι καὶ πλέον  
 οὐδὲν οὐδὲ ἴδιον πλὴν τὸ περὶ τῆς ἁμονομίας πολιτεύμα. δια-  
 φερομένων γὰρ τῶν πλουσίων πρὸς τοὺς πένητας, ὁ Δημο-  
 131 σθένης καταπαθεῖν κειράται τὴν στάσιν, τῶ μὲν δήμῳ παραινῶν  
 μὴ θημεύειν τὰς τῶν πλουσίων οὐσίας, τοῖς δὲ πλουσίοις μὴ  
 φθονεῖν τοῖς ἀπόροις τοῦ δημοσίου λήμματος. πείθει δὲ τοὺς  
 Ἀθηναίους καὶ πρὸς τὸν Περσῶν βασιλέα περὶ συμμαχίας προ-  
 σβείσθαι.

## Ο ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Δ'.

1. Καὶ σπουδαῖα νομίζων, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περὶ  
 ὧν βουλευέσθε, καὶ ἀναγκαῖα τῇ πόλει, κειράσομαι  
 περὶ αὐτῶν εἰπεῖν ἃ νομίζω συμφέρον. οὐκ ὀλίγων  
 5 δ' ὄντων ἁμαρτημάτων οὐδ' ἐκ μικροῦ χρόνου συνελε-  
 γμένων, ἐξ ὧν φαύλως ταῦτ' ἔχει, οὐδὲν ἔστιν, ὧ ἄν-  
 δρες Ἀθηναῖοι, τῶν πάντων δυσκολώτερον εἰς τὸ παρόν,  
 ἢ ὅτι ταῖς γνώμαις ὑμεῖς ἀφροσύνητε τῶν πραγμάτων,  
 καὶ τοσοῦτον χρόνον σπουδαίετε ὅσον ἂν κάθησθε ἀκού-  
 10 οντες, ἢν προσαγγελθῆ τι νεώτερον, εἴτ' ἀπελθῶν ἕκα-  
 στος ὑμῶν οὐ μόνον οὐδὲν φροντίζει περὶ αὐτῶν, ἀλλ'  
 οὐδὲ μέμνηται. (2) Ἡ μὲν οὖν ἀσελγεία καὶ πλεονεξία,  
 ἢ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους Φίλιππος χρῆται, τοσαύτη  
 15 τὸ πλῆθος ὅσην ἀκούετε, ὅτι δ' οὐκ ἐνι ταύτης ἐκείνον  
 ἐπισχεῖν ἐκ λόγου καὶ δημηγορίας, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου.  
 καὶ γὰρ εἰ μὴδ' ἀφ' ἐνὸς τῶν ἄλλων τοῦτο μαθεῖν δύ-  
 ναταί τις, ὧδε λογισάσθω: ἡμεῖς οὐδαμῶς πάποτε,  
 ὅπου περὶ τῶν δικαίων εἰπεῖν ἐδέξασθαι, ἢ ττήθημεν αὐδ'  
 132 ἰδικεῖν ἐδέξαμεν, ἀλλὰ πάντων πανταχοῦ κρατούμεν  
 καὶ περιεσμεν τῶ λόγῳ. (3) ἀρ' οὖν διὰ τοῦτ' ἐκείνω  
 φαύλως ἔχει τὰ πράγματα ἢ τῇ πόλει καλῶς; πολλοῦ  
 γε καὶ δεῖ. ἐπειδὴν γὰρ ὁ μὲν λαθὼν μετὰ ταῦτα

bis majores vestri munus id pepererunt et reliquerunt cum  
 multis et magnis discriminibus. (75) Sed si unusquisque,  
 quod cupit, id requirens sedebit et hoc spectabit, ne quid  
 sibi laboris capiendum sit; primum nunquam eos inveniet,  
 qui rem gerant, deinde metuo, ne simul aliquando cuncta,  
 quæ nolumus, facere sit necesse.

76. Ego igitur hæc dico, hæc rogo, et puto nunc etiam  
 res posse emendari, si hæc fiant. si quis autem his melius  
 aliquid habet; dicat et suadeat. Quod autem vobis pro-  
 babitur, id omnes deos precor ut sit ex usu reipublicæ.

## [DEMOSTHENIS]

## PHILIPPICA IV.

## LIBANI ARGUMENTUM.

Idem et hujus (orationis) argumentum est quod præceden-  
 tis, nec quicquam in ea inest amplius aut peculiare præter il-  
 lam de concordia rationem. Quum enim divites a pauperibus  
 dissentiant, Demosthenes operam dat, ut seditionem compescat,  
 plebi suadens ne divitum fortunas publicet, divitibus, ne  
 lucellum illud e publico tenuioribus invadeant. Suadet etiam  
 Atheniensibus, ut regis Persarum per legatos societatem ex-  
 petant.

## PHILIPPICA IV.

1. Quum et de gravibus vos, Athenienses, et de reipublicæ  
 necessariis rebus deliberare putem; operam dabo ut ea di-  
 cam, quæ e republica esse arbitror. Quamquam autem non  
 pauca peccata sunt, nec parvo tempore cumulata, per quæ  
 in hæc mala incidimus; nihil tamen omnium est, Athē-  
 nienses, in præsentia difficilius quam quod vos animis a  
 rebus gerendis abhorretis et tantisper navatis operam,  
 dum sedetis et auditis, si quid novi nunciatum fuerit,  
 deinde vestrum quisque digressus, non modo non curat  
 ea, sed ne meminit quidem. (2) Ac petulantia et ava-  
 ritia, qua erga universos mortales Philippus utitur, tanta  
 magnitudo est, quantam auditis, eum autem non posse  
 coerceri verbis et concionibus, nemo certe ignorat. Etenim  
 si quis e nulla re alia id cognoscere potest, ita considerato:  
 nos nullo unquam loco, ubi de jure disputandum erat,  
 victi neque injuriam fecisse visi sumus, sed omnes ubique  
 superamus et vincimus oratione; (3) numquid igitur pro-  
 pterea illi res adversæ sunt, aut reipublicæ prosperæ? mul-  
 tum certe abest. quum enim ille sumptis post armis pro-

6 βαδίζη τὰ θπλα, πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐτοιμῶς κινδυνεύων, ἡμεῖς δὲ καθώμεθα εἰρηκότες τὰ δίκαια, οἱ δ' ἀκηκόες· εἰκότως οἶμαι τοὺς λόγους τὰ ἔργα παρέρχεται, καὶ προεχούσιν ἅπαντες οὐχ οἷς εἰπομέν ποθ' ἡμεῖς δικαίους  
10 ἢ νῦν ἂν εἴποιμεν, ἀλλ' οἷς ποιοῦμεν. ἔστι δὲ ταῦτα οὐδένα τῶν ἀδικουμένων σώζειν δυνάμενα. οὐδὲν γὰρ δεῖ πλείω περὶ αὐτῶν λέγειν. (4) Τοιγάρτοι διεστηκότων εἰς δύο ταῦτα τῶν ἐν ταῖς πόλεσι, τῶν μὲν εἰς τὸ μήτε ἄρχειν βίᾳ βούλεσθαι μήθεν μήτε δουλεύειν  
15 ἄλλω, ἀλλ' ἐν ἐλευθερίᾳ καὶ νόμοις ἐξ ἴσου πολιτεύεσθαι, τῶν δ' εἰς τὸ ἄρχειν μὲν τῶν πολιτῶν ἐπιθυμεῖν, ἑτέρω δ' ὑπακούειν, δι' ὅτου ποτ' ἂν οἴωνται τοῦτο δυνήσεσθαι ποιῆσαι, οἱ τῆς ἐκείνου προαιρέσεως, οἱ τυραννίδων καὶ δυναστειῶν ἐπιθυμοῦντες, κεκρατήχασιν  
20 πανταχοῦ, καὶ πόλις δημοκρατουμένη βεβαίως οὐκ οἶδ' εἴ τίς ἐστι τῶν πασῶν λοιπῇ πλὴν ἡ ἡμετέρα. (5) καὶ κεκρατήχασιν οἱ δι' ἐκείνου τὰς πολιτείας ποιοῦμενοι πᾶσιν, ὅσοις πράγματα πράττεται, πρῶτω μὲν πάντων καὶ πλείστω τῷ τοὺς βουλομένους χρήματα λαμβάνειν  
25 ἔχουν τὸν δῶσοντα ὑπὲρ αὐτῶν, δευτέρω δὲ καὶ οὐδὲν ἐλάττονι τούτου τῷ δύναντι τὴν καταστρεφόμενην τοὺς ἐναντιουμένους αὐτοῖς ἐν οἷς ἂν αἰτήσωσι χρόνοις παρεῖναι. (6) ἡμεῖς δ' οὐ μόνον τούτοις ὑπολειπόμεθα,  
133<sup>ο</sup> ἀνδρες Ἀθηναῖοι, ἀλλ' οὐδ' ἀνεγερθῆναι δυνάμεθα, ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσιν ἢ τι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον εὐόκαμεν ἀνθρώποις. εἶτ', οἶμαι (δεῖ γάρ, ὡς ἐγὼ κρίνω, λέγειν ἀληθῆ), οὕτω διαβεβλήμεθα καὶ  
5 καταπεφρονήμεθα ἐκ τούτων, ὥστε τῶν ἐν αὐτῷ τῷ κινδυνεύειν ὄντων οἱ μὲν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας ἡμῖν ἀντιλέγουσιν, οἱ δ' ὑπὲρ τοῦ ποῦ συνεδρεύουσιν, τινὲς δὲ καθ' ἑαυτοὺς ἀμύνεσθαι μᾶλλον ἢ μεθ' ἡμῶν ἐγνώκασιν.

7. Τοῦ χάριν δὴ ταῦτα λέγω καὶ διεξέρχομαι; οὐ  
10 γὰρ ἀπεχθάνεσθαι μὰ τὸν Δία καὶ πάντας τοὺς θεοὺς προαιρούμαι. Ἴν' ὑμῶν ἕκαστος, ὧ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο γνῶ καὶ ἴδῃ, ὅτι ἡ καθ' ἡμέραν βρασιώνη καὶ βραθυμία, ὥσπερ τοῖς ἰδίοις βίοις, οὕτω καὶ ταῖς πόλεσιν οὐκ ἐφ' ἑκάστου τῶν ἀμελουμένων ποιεῖ τὴν αἴσθησιν  
15 εὐθέως, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κεφαλαίῳ τῶν πραγμάτων ἅπαντα. (8) Ὅρατε Σέρβριον καὶ Δορίσκον. ταῦτα γὰρ πρῶτον ὀλιγορήθη μετὰ τὴν εἰρήνην, ἀ πολλοὶς ὑμῶν οὐδὲ γνώριμά ἐστιν ἴσως. ταῦτα μέντοι ἐαθέντα καὶ παροφθέντα ἀπώλεσε Θράκην καὶ Κερσοβλέπτην, σύμμαχον ὄντα ὑμῶν. πάλιν ταῦτ' ἀμελούμενα ἰδὼν καὶ οὐδεμιᾶς βοθηθείας τυγχάνοντα παρ' ὑμῶν κατέσκαπτε Πορθμόν, καὶ τυραννίδα ἅπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπετείχισεν ὑμῖν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ. (9) ταύτης ὀλιγορουμένης Μέγαρα ἐάλω παρὰ μικρόν. οὐδὲν ἐφροντίσατε οὐδ'  
25 ὅπως ἐστράφητε οὐδὲν τούτων, οὐδ' ἐνεδείξασθε τοῦθ', ὅτι οὐκ ἐπιτρέψετε τοῦτο ποιεῖν αὐτῷ. Ἀντρώνας ἐπρίατο καὶ μετ' οὐ πολλὸν χρόνον τὰ ἐν Ὀρεῶν πράγματα εἰλήφει. (10) πολλὰ δὲ καὶ παραλείπω, Φεράς, τὴν ἐπ' Ἀμβρακίαν ὁδόν, τὰς ἐν Ἥλιδι σφαγὰς, ἄλλα μυρία.  
134<sup>ο</sup> οὐ γὰρ Ἴν' ἐξαρθησόμεθα τοὺς βεβιασμένους καὶ τοὺς

grediat, omnes fortunas alacriter in discrimen adducens, nos vero sedeamus, alii aequa dicentes, alii audientes; fit ut facta orationibus antevertant, et omnes curent non aequa quaecunque tandem nos diximus aut nunc dicamus, sed ea quae facimus. Atqui ejusmodi ea sunt, ut neminem oppressum injuria servare possint. neque enim plura de iis dici opus est. (4) Proinde quum oppidani in duas hasce sint divisi partes, alii, ut nec vi imperare velint nec servire cuicumque, sed in libertate et legibus ex aequo vivere, alii, ut civibus imperare cupiant et alteri parere, per quemcunque id se consecuturos putent; ii qui sunt illius partis, qui tyrannides et principatus concupiunt, ubique dominantur, et urbs in qua constanter colatur libertas populi, haud scio an ulla sit reliqua ex omnibus praeter nostram. (5) Et qui ex illa parte praesunt oppidis, in omnibus iis rebus, quibus negotia conficiuntur, superiores sunt, ac illud primum omnium et maximum est, quod praebitorem habent qui pecuniam accipere volunt, alterum et nihilo minus hoc, quod copia, quibus eorum adversarii evertantur, quocunque tempore illi postularint, praesto sunt. (6) Nos vero non his modo rebus sumus inferiores, Athenienses, sed ne expergisci quidem possumus, hominibus, qui mandragoram aut tale quid venenum biberunt, similes. deinde (vera enim, ut ego judico, fatenda sunt), eo utique pacto in eam calumniam et contemptum venimus, ut, qui in ipsis periculis versantur, partim de principatu nobis contradicant, partim de concilii loco, quidam etiam soli potius quam vobis adiutoribus se defendere decreverint.

7. Qua jam gratia haec dico et recenseo? neque enim, ita me amet Jupiter omnesque dii, odium quaero. ideo, ut unusquisque vestrum, Athenienses, hoc cognoscat et sciat, quotidianam segnitiam et socordiam ut in privata vita, sic etiam in rerum publicarum administratione, non in singulis, quae negliguntur, statim animadverti, sed in summa rerum occurrere. (8) Videte Serrhium et Doriscum. haec enim primum neglecta sunt post pacem factam, quae multis vestrum nec nota sunt fortasse. ea tamen neglecta et despecta perdidit Thraciam et Cersobleptem socium vestrum. Rursus ea negligi quum videret Philippus et nullis defendi vestris auxiliis; subruit Porthmum et tyrannidem e regione Atticae tanquam vallum vobis objecit in Euboea. (9) Hac neglecta, Megara propemodum capta sunt. Nihil curastis, nec commoti estis harum rerum ulla, neque ostendistis hoc vos ei hoc agere non permissuros. Antronas largitionibus quum emisset; non multo post Orei republica potitus est. (10) Multa etiam praetereo, Pheras, expeditionem in Ambraciam, caedes Elide factas, alia infinita. non enim ut enumerarem vi subactos et injuriis affectos a Philippo, haec

ἡδικημένους ὑπὸ Φιλίππου, ταῦτα διεξήλθον, ἀλλ' ἵνα τοῦθ' ὑμῖν δείξω, ὅτι οὐ στήσεται πάντας ἀνθρώπους ἀδικῶν, τὰ δ' ἔφ' αὐτῷ ποιούμενος Φίλιππος, εἰ μὴ τις αὐτὸν καλύσει.

11. Εἰσὶ δὲ τινες οἱ πρὶν ἀκοῦσαι τοὺς ὑπὲρ τῶν πραγμάτων λόγους εὐθέως εἰώθασιν ἐρωτᾶν « τί οὖν χρῆ ποιεῖν; » οὐχ ἵνα ἀκούσαντες ποιήσωσι (χρησιμώτατοι γὰρ ἂν ἦσαν ἀπάντων), ἀλλ' ἵνα τοῦ λέγοντος ἀπαλλά-  
 10 γῶσιν. Δεῖ δ' ὁμοῦ εἰπεῖν ὅ τι χρῆ ποιεῖν. πρῶτον μὲν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο παρ' ὑμῖν αὐτοῖς βεβαίως γνῶναι, ὅτι τῇ πόλει Φίλιππος πολεμεῖ καὶ τὴν εἰρή-  
 15 νην λένουκε, καὶ κακῶν μὲν ἐστὶ καὶ ἐχθρὸς ὅλη τῇ πόλει καὶ τῷ τῆς πόλεως ἰδέσθαι, προσθήσω δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει θεοῖς, ὅπερ αὐτὸν ἐξολέσειαν, οὐδενὶ μὲντοι μᾶλλον ἢ τῇ πολιτείᾳ πολεμεῖ οὐδ' ἐπιβουλεύει, καὶ σκοπεῖ μᾶλλον οὐδὲν τῶν πάντων, ἢ πῶς ταύτην κατα-  
 20 λύσει. (12) καὶ τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης τρόπον τινὰ νῦν γ' ἂν ποιοῖ. λογιέσθε γάρ. ἀρχεῖν βούλεται, τούτου δ' ἀνταγωνιστὰς μόνους ὑπελιθην ὑμᾶς. ἀδικεῖ πολ-  
 λὸν ἤδη χρόνον, καὶ τοῦτ' αὐτὸς ἄριστα σύνοιδεν ἑαυ-  
 τῷ. οἷς γὰρ οὖσιν ὑμετέροις ἔχει χρῆσθαι, τούτοις ἅπαντα τᾶλλα βεβαίως κέκτηται. εἰ γὰρ Ἀμφίπολιν  
## ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΤΗΝ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

152

## ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ὁ Φίλιππος πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πέπομφεν ἐπιστολήν, κα-  
τηγορῶν αὐτῶν και πόλεμον προκηρύττων ἀντικρυς. οὐκέτι  
οὖν ὁ ῥήτωρ πείθει τοὺς Ἀθηναίους πολεμεῖν (ἀνάγκη γάρ),  
ἀλλὰ θαρσύνει πρὸς τὸν κίνδυνον, εὐκαθαίρετον λέγων τὸν Μα-  
κεδόνα.

## ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΤΗΝ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

1. Ὅτι μὲν, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππος οὐκ  
ἐποίησατο τὴν εἰρήνην πρὸς ὑμᾶς ἀλλ' ἀνεβάλετο τὸν  
πόλεμον, πᾶσιν ὑμῖν φανερὸν γέγονεν. ἐπειδὴ γὰρ  
Φαρσαλίους Ἄλον παρέδωκε και τὰ περὶ Φωκίας δι-  
5 κήσατο και τὴν Θράκην κατεστρέψατο πᾶσαν αἰτίας  
οὐκ οὕσας πλασάμενος και προφάσεις ἀδίκους ἐξευρών,  
τῷ μὲν ἔργῳ πάλαι πολεμεῖ πρὸς τὴν πόλιν, τῷ δὲ  
λόγῳ νῦν ὁμολογεῖ διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἧς ἐπεμψεν. (2)  
10 Ὅτι δὲ χρὴ μήτε ὀβριθεῖν ὑμᾶς τὴν ἐκείνου δύναμιν  
μήτε ἀγενεῖς ἀντιπαρῆναι πρὸς αὐτόν, ἀλλὰ και σώ-  
μασι και χρήμασι και ναυσι και πᾶσιν ὡς ἀπλῶς εἰ-  
15 σπεῖν ἀφειδῶς ὀρμῆσαι πρὸς τὸν πόλεμον, ἐγὼ πειρά-  
σομαι διδάσκειν. (3) Πρῶτον μὲν γὰρ εἰκόσ, ὃ ἄνδρες  
Ἀθηναῖοι, τοὺς θεοὺς μεγίστους ὑμῖν ὑπάρχειν συμ-  
μάχους και βοηθοὺς, ὧν ἐκείνους τὰς πίστεις ὑπεριδῶν  
5 και τοὺς ἔρκους ὑπερβάς λέλκεν ἀδίκως τὴν εἰρήνην.  
ἐπειθ' οἷς πρότερον ἠϋξήθη, φενακίζων ἀεὶ τινας και  
μεγάλα ἐπαγγελλόμενος εὐεργετήσῃν, ταῦτα πάντα  
διεξέληλυθεν ἤδη, και γινώσκεται μὲν ὑπὸ τῶν Περιν-  
θίων και Βυζαντιῶν και τῶν ἐκείνους συμμαχοῦντων,  
10 ὡς ἐπιθυμεῖ προσενηθῆναι τούτοις τὸν αὐτὸν τρόπον  
ἐνπερ Ὀλυνθίους πρότερον, οὐκ ἀγνοεῖται δὲ ὑπὸ Θετ-  
ταλῶν δεσπόζειν ἀλλ' οὐχ ἠγεῖσθαι τῶν συμμαχῶν προ-  
αιρούμενος, (4) ὑποπτεύεται δὲ ὑπὸ Θεβαίων Νίκαιαν  
μὲν φρουρᾷ κατέχων, εἰς δὲ τὴν Ἀμφικτυονίαν εἰσδεδυ-  
15 κώς, τὰς δὲ πρεσβείας τὰς ἐκ Πελοποννήσου πρὸς αὐ-  
τὸν ἄγων και τὴν ἐκείνων συμμαχίαν παραιρούμενος.  
ὥστε τῶν αὐτῶ πρὸ τοῦ φίλων ὄντων τοὺς μὲν νῦν πο-  
λεμεῖν ἀκαταλλάκτως, τοὺς δὲ μηκέτι προθύμους εἶναι  
συναγωνιστάς, ἅπαντας δὲ ὑφορᾶσθαι και διαβεβλή-  
20 σθαι πρὸς αὐτόν. (5) Ἐτι τοῖσιν (οὐδὲ γὰρ τοῦτ' ἐστὶ  
μικρόν) οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν σατράπαι καθεστῶτες ἑναγ-  
χος μὲν ξένους μισθοφόρους εἰσπέμψαντες ἐκώλυσαν

tatione oratio fraudis et imposturae plena, argentum alla-  
tura dicenti, reipublicae negotia hostibus traditura. Aut  
igitur a talibus moribus est recedendum, aut depravatio  
rerum omnium adscribenda nemini quam vobis ipsis.

## 11.

## ORATIO AD PHILIPPI EPISTOLAM.

## LIBANII ARGUMENTUM.

Miserat Philippus ad Athenienses epistolam, qua eos accu-  
sabat et palam bellum denunciabat. non amplius igitur orator  
suadet Atheniensibus, ut bellum gerant (coegabat enim ipsa  
necessitas), sed confirmat eorum animos ad periculum adevun-  
dum, Macedonem facile posse superari asserens.

## ORATIO AD PHILIPPI EPISTOLAM.

1. Philippum, Athenienses, non pacem fecisse vobiscum,  
sed distulisse bellum, omnes jam cognovistis. Postquam  
enim Pharsaliis Halum tradidit et Phocense negotium ad-  
ministravit totamque Thraciam vi subegit, falsis causis  
confictis et iniquis praetextibus excogitatis ut re jam olim  
contra urbem bellum gerit, ita verbis nunc per missas lite-  
ras confitetur. (2) Ego vero nec potentiam ejus vobis ex-  
pavescendam esse nec timide illi resistendum, sed et cor-  
poribus et pecuniis et navibus et, ut paucis absolvam,  
omnibus rebus large ad bellum accingendum, docere cona-  
bor. (3) Primum consentaneum est, Athenienses, deos  
vobis firmissimos socios et adjuutores esse, quorum ille fide  
neglecta violatoque jurejurando pacem injuste solvit. Dein-  
de quibus rebus ejus opes hactenus auctae sunt, dum sem-  
per aliquos decipit et magnifica quaedam pollicetur, haec  
omnia obsoleverunt jam, neque ignorant ejus animum Pe-  
rinthii et Byzantii atque horum foederati, cupere eum eo-  
dem modo ipsos tractare, quo prius Olynthios, neque  
Thessalos praeterit hoc ei propositum esse, ut dominus sit,  
non dux sociorum, (4) suspectus etiam Thebanis est, quod  
Nicaeam praesidio tenet et in Amphictyoniam penetravit, et  
legationes e Peloponneso ad se trahit ipsisque socios eripit.  
proinde qui prius ejus amici erant, partim contra eum  
nunc implacabile bellum gerunt, partim non amplius ala-  
criter eum adjuvant, universi autem suspectum illum ha-  
bent et oderunt. (5) Praeterea (neque enim in hoc momenti  
parum est) Asiani satrapae recens intro missis conducticiis

ἐκπολιορκηθῆναι Πέρινθον, νῦν δὲ τῆς ἔχθρας αὐτοῖς ἐνεστώσης καὶ τοῦ κινδύνου πλησίον ὄντος, εἰ χειρω-  
 25 θήσεται Βυζάντιον, οὐ μόνον αὐτοὶ προθύμως συμπο-  
 λεμήσουσιν, (6) ἀλλὰ καὶ βασιλέα τῶν Περσῶν χρή-  
 ματα χορηγεῖν ἡμῖν προτρέφονται, ὅς τοσοῦτον μὲν  
 κέχτηται πλοῦτον ὅσον οὐδ' οἱ λοιποὶ πάντες, τηλικαύ-  
 154-την δ' ἔχει βῶμην πρὸς τὰς ἐνθάδε πράξεις, ὥστε καὶ  
 πρότερον, ἤνικα Λακεδαιμονίους ἐπολεμοῦμεν, ὁπότε-  
 ροις προσθεῖτο, τοῦτους ἐποίει κρατεῖν τῶν ἐτέρων, καὶ  
 νῦν μεθ' ἡμῶν γενόμενος βραδύως καταπολεμήσει τὴν  
 Φιλίππου δύναμιν.

7. Πρὸς τοίνυν τούτους τηλικούτους οὔσιν, οὐκ ἐρῶ  
 5 μὲν ὡς οὐ διὰ τὴν εἰρήνην πολλὰ προεἰληφεν ἡμῶν  
 χωρία καὶ λιμένας καὶ τοιαῦθ' ἕτερα χρήσιμα πρὸς  
 πόλεμον, ὁρῶ δὲ ὡς, ὅταν μὲν ὑπ' εὐνοίας τὰ πρά-  
 γματα συνέχτηται καὶ πᾶσι ταῦτα συμφέρη τοῖς μετέ-  
 γουσι τῶν πολέμων, μένει τὰ συσταθέντα βεβαίως,  
 10 ὅταν δὲ ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ πλεονεξίας ἀπάτη καὶ βία  
 κατέχτηται, καθάπερ ὑπὸ τούτου νῦν, μικρὰ πρόφασις  
 καὶ τὸ τυχόν πταίσμα ταχέως αὐτὰ διέσειε καὶ κατέ-  
 λυσεν. (8) καὶ πολλὰκις εὐρίσκω λογιζόμενος οὐ μόν-  
 ον, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ συμμαχικὰ τῷ Φιλίππῳ  
 15 πρὸς ὑποψίαν ἦκοντα καὶ δυσμένειαν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς  
 ἰοῖας ἀρχῆς οὐ συνηρμοσμένα καλῶς οὐδ' οἰκείως οὐδ'  
 ὡς οἶεται τις. ἔλωκ μὲν γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις  
 ἐν μὲν προσθήκης μέρει βροτὴν ἔχει τινὰ καὶ χρῆσιν,  
 αὐτὴ δὲ καθ' αὐτὴν ἀσθενὴς ἐστὶ καὶ πρὸς τηλικούτον  
 20 ὄγκον πραγμάτων εὐκαταφρόνητος. (9) ἔτι δὲ αὐτὴν  
 οὗτος τοῖς πολέμοις καὶ ταῖς στραταίαις καὶ πᾶσιν, οἷς  
 ἂν τις αὐτὸν μέγαν εἶναι νομίσειε, σφαλερωτέραν αὐ-  
 τῷ πεποίηκεν. μὴ γὰρ οἴεσθε, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι,  
 25 τοῖς αὐτοῖς χαίρειν Φιλίππον τε καὶ τοὺς ἀρχομένους,  
 ἀλλ' ἐννοεῖσθε ὡς ὁ μὲν ἐπιθυμεῖ δόξης, οἱ δὲ ἀσφα-  
 λείας, καὶ αὐτῷ μὲν οὐκ ἐστὶ τυχεῖν ταύτης ἀκινδύ-  
 νως, οἱ δ' οὐδὲν δέονται, καταλιπόντες οἰκοὶ τέχνα  
 γονεῖς γυναικῶν, φθείρεσθαι καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν  
 155 κινδυνεύειν ὑπὲρ αὐτῶν. (10) ὥστε τοὺς μὲν πολλοὺς  
 τῶν Μακεδόνων ἐκ τούτων ἂν τις ἴδοι, πῶς διάκεινται  
 πρὸς τὸν Φιλίππον, τοὺς δὲ περὶ αὐτὸν ὄντας ἑταίρους  
 καὶ τοὺς τῶν ξένων ἡγεμόνας εὐρήσετε δόξαν μὲν ἔχον-  
 5 τας ἐπ' ἀνδρεία, περιδεῶς δὲ μᾶλλον τῶν ἀδόξων ζῶν-  
 τας. τοῖς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πολεμίους μόνον ὑπάρ-  
 χει κίνδυνος, οἱ δὲ τοὺς κόλακας καὶ τοὺς διαβάλλοντας  
 αὐτοὺς μᾶλλον ἢ τὰς μάχας δεδίασι. (11) κάκεινοι  
 μὲν μετὰ πάντων ἀγωνίζονται πρὸς τοὺς ἀντιπαθέν-  
 10 τας, τοῖς δὲ καὶ τῶν ἐν τοῖς πολέμοις κακῶν οὐκ ἐλά-  
 χιστον μέρος μέτεστι καὶ χωρὶς ἰδίᾳ τὸν τρόπον τὸν  
 τῷ βασιλέως φοβεῖσθαι συμβέβηκεν. ἔτι δὲ τῶν  
 μὲν πολλῶν ἐὰν ἀμάρτη τις ζημίαν κατὰ τὴν ἀξίαν  
 εἰληφεν. οἱ δ' ὅταν μάλιστα κατορθώσωσι τότε μά-  
 15 λιστα σκοραλίζονται καὶ προπηλακίζονται παρὰ τὸ  
 προσήκον. (12) καὶ τούτοις οὐδ' ἂν εἷς εὖ φρονῶν  
 ἐπιστήσειεν. οὕτω γὰρ φιλότιμον αὐτὸν εἶναι φασιν  
 οἱ συνδιατρέψαντες, ὥστε βουλόμενον τὰ κάλλιστα τῶν

militibus quominus expugnaret Perinthum prohiberunt, et nunc quum Philippi inimicitias susceperint et, si Byzantium capiatur, periculum iis impendeat, non ipsi tantum strenue nos in bello iuvabunt, (6) sed regi etiam Persarum persuadebunt, ut nobis pecuniam suppeditet, qui tantas opes possidet, quantas ne universi quidem reliqui, tantum porro virium ad nostras hasce actiones affert, ut olim etiam in bello cum Lacedæmoniis, utris sese adjunxisset, illos victores redderet. is igitur nunc etiam nobiscum conjunctus facile debellabit Philippi potentiam.

7. Præter hæc, quæ tanta sunt, non negabo quidem eum loca complura et portus et ejus generis alia gerendo bello utilia pacis occasione præripuisse nobis, sed video, quando imperia benivolentia coalescunt et eadem omnibus belli sociis expediunt, diuturnam esse concordiam, quoties vero ex insidiis et avaritia per imposturam et violentiam obtinentur, id quod ab isto nunc fit, parvo aliquo prætextu et quantumvis levi errato celeriter ea discuti et dissolvi. (8) Atque ego sæpe cogitans animadverto non socios duntaxat, Athenienses, suspectum et invisum habere jam Philippum, sed privatum etiam ejus imperium non præclare neque amice neque ut existimet aliquis esse compositum. Nam omnino potentia Macedonica additamenti vice nonnihil momenti et usus habet, ipsa vero per sese infirma est, et, si cum tanta mole rerum comparatur, despicienda. (9) Præterea eam hic bellis et expeditionibus et omnibus, propter quæ magnus existimari possit, infirmo sibi reddidit. Neque enim putare debetis, Athenienses, eadem Philippo et ejus subditis esse jucunda, sed considerate gloriam illum, hos securitatem desiderare, et eum sine periculis hanc adipisci non posse, his autem minime opportunitum esse relictis domi liberis, parentibus, uxoribus atteri et quotidie pro iis periclitari. (10) Ex quo perspici potest, quomodo vulgus Macedonum erga Philippum sit affectum, familiares autem ejus et peregrinorum militum duces laude quidem florere fortitudinis, sed in majore metu quam homines obscuros vivere invenietis. illis enim hostes tantummodo metuendi sunt, at hi magis ab assentatoribus et calumniatoribus quam a præliis metuunt. (11) Ac illi quidem adjuvantibus omnibus contra hostes pugnant, at hi et in bellis non minimam malorum partem sustinent et præterea privatim accidit ut regis ingenium expavescant. ad hæc si plebejus aliquis deliquerit; pœna pro delicti modo ei inflicta est. at proceres quum præclarissime se gesserunt; tum maximis conviciis et contumeliis præter meritum incessuntur. (12) Nec quisquam sanæ mentis fidem his abrogaverit. eum enim ita gloriæ cupiditate inflammatum esse dicunt qui familiaritate ejus utuntur, ut omnia præclara facinora sua esse

ἔργων πάνθ' αὐτοῦ δοκεῖν εἶναι μᾶλλον ἄχθεσθαι τῶν  
 20 στρατηγῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων τοῖς ἀξίον ἐπαίνου τι  
 πράξαντι ἢ τοῖς ὄλοις ἀποτυχοῦσιν. (13) Πῶς οὖν, εἰ  
 πέρ ἐστι ταῦτα τοιαῦτα, πιστῶς ἤδη πολὺν χρόνον  
 αὐτῷ παραμένουσιν; Ὅτι νῦν μὲν, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,  
 τὸ κατορθοῦν αὐτὸν ἐπικοτεῖ πᾶσι τοῖς τοιούτοις. αἱ  
 γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰς  
 25 ἀμαρτίας τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν. εἰ δέ τι πταίσει· τότε  
 ἀκριβῶς διακαλυφθήσεται ταῦτα πάντα. (14) συμβαί-  
 νει γάρ, ὡς περ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν· ὅταν μὲν ἐβρω-  
 μένος ἢ τις οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα σα-  
 156βρῶν. ἐπὶ δὲ ἀβρωστίῃ πάντα κινεῖται, καὶ  
 βῆγμα καὶ στρέμματα καὶ ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων ἢ  
 μὴ τελέως ὑγιεινόν. οὕτω καὶ τῶν βασιλειῶν καὶ  
 ἀπασῶν τῶν δυναστειῶν, ἕως μὲν ἂν ἐν τοῖς πολέμοις  
 5 κατορθῶσιν, ἀφανῆ τὰ κακὰ ἐστί τοῖς πολλοῖς, ἐπὶ  
 δὲ πταίσωσιν, ὃ νῦν παθεῖν εἰκὸς ἐκείνων μείζον φορτίον  
 ἢ καθ' αὐτὸν αἰρόμενον, γίνεται φανερὰ τὰ δυσχερῆ  
 πάντα τοῖς ἀπασιν.

16. Εἰ δέ τις ἡμῶν, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν Φίλιπ-  
 10 πον ὄρων εὐτυχοῦντα φοβερὸν εἶναι νομίζει καὶ δυσπο-  
 λέμητον· σῶφροντα μὲν ἀνδρὸς χρῆται προνοίᾳ. με-  
 γάλῃ γὰρ βροπῇ, μᾶλλον δὲ τὸ ὄλον ἢ τὴν τύχην ἐστί πρὸς  
 ἅπαντα τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. κατὰ πολ-  
 λούς μέντοι τρόπους ἔλοιτ' ἂν τις οὐχ ἤττον τὴν ἡμε-  
 τέραν εὐτυχίαν ἢ τὴν ἐκείνου. (16) παρὰ τε γὰρ τῶν  
 15 προγόνων ἐκ πλείονος χρόνου παρελήφμεν τὴν εὐδαι-  
 μονίαν οὐ τοῦτου μόνον, ἀλλὰ συνελόντι φράσαι πάν-  
 των τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλευσάντων. κάκεινοι μὲν  
 Ἀθηναίους φόρους ἤνεγκαν, ἢ δ' ἡμετέρα πόλις οὐδενί  
 πω τῶν ἀπάντων. ἔτι δὲ τοσοῦτω πλείους ἀφορμὰς  
 20 αὐτοῦ πρὸς τὴν τῶν θεῶν εὐνοίαν ἔχομεν, ὅσω διατε-  
 λοῦμεν εὐσεβέστερα καὶ δικαιοτέρα πράττοντες. (17)  
 Τί ποτ' οὖν ἐκείνος ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ πλείω κα-  
 τάρθρωσεν ἡμῶν; Ὅτι, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, (παρρησιά-  
 25 σομαι γὰρ πρὸς ὑμᾶς) ὃ μὲν αὐτὸς στρατεύεται καὶ τα-  
 λαιπωρεῖ καὶ τοῖς κινδύνοις πάρεστιν, οὔτε καιρὸν  
 παρῆεις οὔτε ὄραν ἔτους παραλείπων οὐδεμίαν, ἡμεῖς  
 δὲ (εἰρήσεται γὰρ ἀληθῆ) οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε  
 157 καθήμεθα, μέλλοντες αἰεὶ καὶ ψηφίζόμενοι καὶ πυνθα-  
 νόμενοι κατὰ τὴν ἀγορὰν εἰ τι λέγεται νεώτερον. καί-  
 10 τοι τί γένοιτ' ἂν νεώτερον ἢ Μακεδῶν ἀνὴρ καταφρο-  
 νῶν Ἀθηναίων καὶ τολμῶν ἐπιστολάς πέμπειν τοιαύτας  
 5 ὅσας ἠκούσατε μικρῷ πρότερον; (18) καὶ τῷ μὲν  
 ὑπάρχουσι μισθοφόροι στρατιῶται καὶ νῆ Δία πρὸς  
 τοῦτοις τῶν παρ' ἡμῖν ῥητόρων τινές, οἱ τὰς παρ' ἐκεί-  
 10 νου δωρεὰς οἰκᾶδε λαμβάνειν νομίζοντες οὐκ αἰσχύνον-  
 ται Φιλίππῳ ζῶντες, οὐδ' αἰσθάνονται πάντα κατὰ  
 τῆς πόλεως τὰς φωνὰς αὐτῶν μικροῦ λήμματος πω-  
 15 λούσας. ἡμεῖς δὲ οὔτε τῶν ἐκείνου πραγμάτων οὐ-  
 δὲν στασιάζειν παρασκευάζομεν οὔτε ξεντροφεῖν ἐθέ-  
 λομεν οὔτε στρατεύεσθαι τολμῶμεν. (19) οὐκ οὖν ἐστὶν  
 οὐδὲν δεινόν, εἰ τι πεπλεονέκτηεν ἡμῶν κατὰ τὸν  
 15 πρότερον πόλεμον, ἀλλὰ μᾶλλον εἰ μῆδὲν ποιοῦντες

videri velit, et magis indignetur ducibus et praefectis, qui  
 aliquid laude dignum gesserunt, quam illis qui prorsus ea  
 frustrantur. (13) Qui sit igitur, si ista vera sunt, ut jam lon-  
 gum tempus ei in fide maneat? Quia successus, Athenienses,  
 nunc talia omnia caligine involvunt. nam secundae res  
 magnam vim habent ad peccata hominum contenda et  
 obumbranda. at si quam cladem acceperit, tum in apertum  
 haec omnia palam proferentur. (14) Eadem enim ratio hic  
 est, quae in corporibus nostris: dum aliquis valet; nullum e  
 partibus male affectis dolorem sensu percipit; sin decubue-  
 rit; commoventur omnia, sive ruptum sit aliquid sive lu-  
 xatum sive aliud quod membrum perfecta sanitale desti-  
 tuatur. sic etiam fit in regnis et quibuslibet imperiis, dum  
 in bellis victoria potiuntur, eorum mala vulgus non per-  
 spicit, sin impegerint, id quod illi nunc usu venturum  
 verisimile est, quum majus onus, quam ejus humeri susti-  
 nere valeant, suscipiat, omnes eorum difficultates ab omni-  
 bus conspiciuntur.

15. At si quis vestrum, Athenienses, Philippi successus  
 videns, formidabilem eum existimat et superatu difficilem;  
 is quidem digna sapienti viro providentia utitur. magnus enim  
 vis est in fortuna ad omnes res mortalium vel potius haec sibi  
 omnia vindicat. attamen multas propter causas aliquis non  
 injuria nostram felicitatem non minus quam illius exoptet.  
 (16) Felicitatem enim a majoribus accepimus longiore tem-  
 pore non solum quam iste, sed, ut breviter dicam, quam  
 omnes Macedoniae reges. illi Atheniensibus vectigales fue-  
 runt, nostra urbs nemini unquam omnium. praeterea tanto  
 plures ad benivolentiam deorum habemus aditus, quanto  
 pietatis et justitiae perpetuo sumus studiosiores. (17) Cur  
 igitur tandem ille superiore bello successus majores habuit  
 quam nos? Quoniam, Athenienses, (nam libere vobiscum  
 agam), ille ipse militat et aerumnas tolerat et periculis inter-  
 est, neque occasionem negligens neque anni ullum tempus  
 praetermittens, nos vero (neque enim dissimulabo vera) hic  
 otiose desidemus, cunctantes semper et decernentes et sci-  
 scitantes in foro, numquid novi dicatur. At quid agis  
 novum possit eo fieri, quod Macedo contemnit Athenien-  
 ses, et tales iis literas mittere non dubitat, quales paulo  
 ante audivistis? (18) Et is quidem in procinctu habet mer-  
 cenarios milites atque adeo per Jovem nostrorum oratorum  
 quosdam, qui se largitiones illius domum recipere putan-  
 tes, non erubescunt Philippo vivere, neque animadvertunt  
 se omnino adversus rempublicam suam vocem exiguo lu-  
 cello vendere. at nos neque ulla ei turbas concitamus  
 nec militem peregrinum alere volumus nec militare ande-  
 mus. (19) Proinde hoc non est terribile, eum superiore  
 bello conditione quam nos fuisse meliore, sed potius id,

ἡμεῖς ὧν προσήκει τοὺς πολεμοῦντας, νομιζομεν κρατήσῃν τοῦ πάντα πράττοντος & δεῖ τοὺς πλεονεκτῆσειν μέλλοντας.

20. Ἦν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρῆ λαβόντας ἔννοιαν, καὶ λογιζαμένους, ὡς οὐδ' ἐφ' ἡμῖν ἐστί τὸ φάσκειν ἔγειν εἰρήνην (ἤδη γὰρ ἐκεῖνος καὶ προηγόρευκε τὸν πόλεμον καὶ τοὺς ἔργους ἐξενήνοχε), μηδεὶς μὲν φείδεσθαι μήτε τῶν δημοσίων μήτε τῶν ἰδίων, στρατεύεσθαι δέ, ἐάν που καιρὸς ᾗ, προθύμως ἅπαντας, χρῆσθαι δὲ στρατηγοῖς ἀμείνοσιν ἢ πρότερον. (21) μὴ γὰρ ὑπολάβῃ τις ἡμῶν, δι' ὧν ἐγένετο τὰ πράγματα χεῖρος τὰ τῆς πόλεως, διὰ τούτων αὐτὰ πάλιν ἀναλήψεσθαι καὶ γενήσεσθαι βελτίω. μηδὲ νομίσητε βραθυμούντων ἡμῶν, ὥσπερ πρότερον, ἐτέρους ὑπὲρ τῶν ὑμετέρων ἀγωνιῆσθαι προθύμως. (22) ἀλλ' ἐννοεῖσθε 158 ὡς αἰσχρὸν ἐστί τοὺς μὲν πατέρας ἡμῶν πολλοὺς πόνους καὶ μεγάλους κινδύνους ὑποστῆναι Λακεδαιμονίοις πολεμοῦντας, ὑμᾶς δὲ μὴδ' ὑπὲρ ὧν ἐκεῖνοι δικαίως κτησάμενοι παρέδοσαν ἡμῖν ἐθέλειν ἐβρωμένους 5 ἀμύνεσθαι, ἀλλὰ τὸν μὲν ἐκ Μακεδονίας ὀρμώμενον ὄπῃς εἶναι φιλοκίνδυνον, ὥσθ' ὑπὲρ τοῦ μείζω ποιῆσαι τὴν ἀρχὴν κατατετρῶσθαι πᾶν τὸ σῶμα τοῖς πολεμοῖσι μαχόμενον, Ἀθηναίους δέ, οἷς πάτριόν ἐστι μηδεὶς 10 ἀκούειν ἀπάντων δὲ κρατεῖν ἐν τοῖς πολέμοις, τούτους διὰ βραθυμίας ἢ μαλακίας ἐγκαταλείπειν τὰ τε τῶν προγόνων ἔργα καὶ τὰ συμφέροντα τῆς πατρίδος.

23. Ἴνα δὲ μὴ μακρολογῶ, φημί χρῆναι πάντας ἡμᾶς παρεσκευασάσθαι μὲν πρὸς τὸν πόλεμον, παρακαλεῖν δὲ τοὺς ἄλλους Ἑλληνας, μὴ λόγους ἀλλὰ τοὺς ἔργους, πρὸς τὴν καθ' ἡμῶν συμμαχίαν. ὡς ἅπας μὲν ἐστί λόγος μάταιος πράξεις ἀμοιρος γινόμενος, τοσούτω δὲ μάλιστα ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως, ὅσω δοκοῦμεν αὐτῷ προχειρότατα χρῆσθαι τῶν ἄλλων Ἑλλήνων.

12.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

1. Φίλιππος Ἀθηναίων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. Ἐκὼς πολλὰς μου πρέσβεις ἀποστειλάντος, ἐν ἐμείνωμεν τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς ὁμολογίαις, οὐδεμίαν ἐποιεῖσθε ἐπιστροφὴν ἢ μὴν δεῖν πέμψαι πρὸς ἡμᾶς ὑπὲρ ὧν ἀδικεῖσθαι νομίζω. μὴ θαυμάσητε δὲ τὸ μήκος τῆς ἐπιστολῆς. πολλῶν γὰρ ὑπαρχόντων ἐγλημέτων ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑπὲρ ἀπάντων δηλώσαι 159 καθαροῦς.

2. Πρῶτον μὲν γὰρ Νικίου τοῦ κήρυκος ἀρπασθέντος ἐκ τῆς χώρας τῆς ἐμῆς οὐ τοῖς παρανομοῦσιν ἐπετιμῆσατε [δτι] τὴν ἄκην, ἀλλὰ τὸν ἀδικούμενον εἴρατε δέκα μῆνας, ἃς ὁ ἔφερε 5 παρ' ἡμῶν ἐπιστολάς, ἀνέγνωτε ἐπὶ τοῦ βήματος. Ἐπειτα Θασίων ὑποδεχομένων τὰς Βυζαντίων τριήρεις καὶ τῶν ληστοῦν τοῖς βουλομένους οὐδὲν ἐρροντίζετε, τῶν συνθηκῶν διαβήθησιν λεγούσων πολεμίους εἶναι τοὺς ταῦτα ποιοῦντας. (3) Ἐτι τοῖν 10 καὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Διοπίθης ἐμβαλὼν εἰς τὴν χώραν Κρωβύλην μὲν καὶ τὴν Τιρίστασιν ἐξηναποδίσαστο, τὴν δὲ

nos nihil facientes, quod bellantes decet, putare eum superaturos, qui nihil praetermittit quod ad victoriam comparandam requiratur.

20. Quamobrem, Athenienses, haec animis infigenda sunt et cogitandum, ne in manu quidem esse nostra, ut dicamus nos pacem agere (jam enim ille et bellum indixit et reipsa intulit), nec publicis nec privatis opibus est parcendum, sed omnes, ubi occasio postularit, promptis animis militare debemus et melioribus ducibus uti quam prius. (21) Nemo enim vestrum putet, quibus rebus republicae status labefactatus est, iisdem in integrum omnia restitui et meliora fieri posse. neve credite, nisi veterem ignaviam abjeceritis, alios pro salute et incolumitate vestra strenue dimicaturus. (22) considerate potius, quam turpe sit, quum majores nostri multos labores et magna pericula in Laconico bello sustinuerint, vos ne pro his quidem, quae illi jure parta vobis reliquerunt, defendendis fortiter pugnare velle, istum autem e Macedonia oriundum usque adeo nullum fugitare periculum, ut, pro amplificando imperio cum hostibus dimicans, toto corpore sit vulneratus, Athenienses vero, quibus patrium est parere nemini omnesque armis vincere, hos demum ob socordiam vel mollitiam res a majoribus gestas deserere et patriae deesse utilitati.\*

23. Ne vero prolixus sim, affirmo nos omnes ad bellum paratos esse oportere et reliquos Graecos ad auxilium nobis mittendum convocare, non verbis, sed re ipsa. nam quum omnis oratio inanis est, nisi res ipsa consequatur, tum vero verbis a nostra civitate dictis tanto minus habetur fidei, quanto ad dicendum reliquis Graecis habemus expeditiores.

12.

## LITERÆ PHILIPPI.

1. PHILIPPUS ATHENIENSIVM SENATUI ET POPULO S. Quum saepe legatos miserim, ut pactis et conventis staremus, idque vos nihil moverit; significandum vobis esse duxi, quibus in rebus injuriam mihi fieri existimem. Ne vero miremini epistolae prolixitatem. quia enim multas conquerendi causas sunt, necesse est omnes explicari perspicue.

2. Ac primum, Nicia caduceatore e mea ditone abrepto, tantum abest ut sotes puniveritis, ut etiam affectum injuria decem menses in vinculis habueritis, nostrasque literas, quas ferebat, pro concione legeritis. Deinde quum Thasii Byzantium triemes et piratas quoscunque subsciperent, id nihil vobis curae fuit, quoniam in fœdere perscriptum est pro hostibus esse habendos, quicumque id faciant. (3) Præterea circa eadem tempora Diopithes impressione in regionem Croylen et in Tiristasin facta, civis in servitutem abduxit et finitū-

προσεχῆ Θράκην ἐπόρθησε, τέλος δὲ εἰς τοῦτο ἤλθε παρανο-  
 15 μίας, ὥστε Ἀμφίλοχον ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων ἐλθόντα πρε-  
 σβευτῆ συλλαβῶν καὶ τὰς ἐσχάτας ἀνάγκας ἐπιθεῖς ἀπελύ-  
 τρωσε ταλάντων ἑνέα, καὶ ταῦτα τῶν δῆμων εὐδοκοῦντα ἐποίη-  
 σεν. (4) καίτοι τὸ παρανομεῖν εἰς κήρυκα καὶ πρέσβεις καὶ τοῖς  
 20 ἄλλοις πᾶσιν ἀσεβές εἶναι δοκεῖ καὶ μάλιστα ὑμῖν. Μεγαρέων  
 γοῦν Ἀνθεμόκριτον ἀνελόντων εἰς τοῦτο ἐλήλυθεν ὁ δῆμος, ὥστε  
 μυστηρίων μὲν εἰργεῖν αὐτούς, ὑπομνήματα δὲ τῆς ἀδικίας  
 ἐστῆσαν ἀνδριάντα πρὸ τῶν πυλῶν. καίτοι πῶς οὐ δεῖνόν,  
 ἐφ' οἷς παθόντες οὕτως ἐμισήσατε τοὺς δράσαντας, νῦν αὐτούς  
 25 φαίνεσθαι ποιούντας; (5) Καλλίας τοῖνυν ὁ παρ' ὑμῶν στρατηγὸς  
 τὰς μὲν πόλεις τὰς ἐν τῇ Παγασίτῃ κόλπῳ κατοικοῦμένας ἐλαβεν  
 ἀπάσας, ὑμῖν μὲν ἐνόηκας, ἐμοὶ δὲ συμμαχίαν οὖσας, τοὺς  
 δ' εἰς Μακεδονίαν πλέοντας ἐπόλει πάντας πολεμίους κρίων.  
 160 καὶ διὰ ταῦθ' ὑμεῖς ἐπηρεῖτ' αὐτὸν ἐν τοῖς ψηφίσμασιν. ὥστε  
 ἔγωγε ἀπαρῶ, τί ποτ' ἔσται καινότερον, ἐὰν ὁμολογήσῃτε μοι  
 πολεμεῖν. καὶ γὰρ ὅτε φανερώς διεφερόμεθα, ληστὰς ἐξε-  
 5 πέμπετε, καὶ τοὺς πλέοντας ὡς ἡμᾶς ἐπωλεῖτε, τοῖς ἐναντίοις  
 ἐβοηθεῖτε, τὴν χώραν μου κακῶς ἐποιεῖτε.

6. Χωρὶς τοῖνυν εἰς τοῦτο παρανομίας ἀφίχθε καὶ δυσμε-  
 νείας, ὥστε καὶ πρὸς τὸν Πέρσην πρέσβεις ἀπεστέλλετε πεί-  
 σοντας αὐτὸν ἐμοὶ πολεμεῖν. 8 μάλιστα ἂν τις θαυμάσειεν.  
 πρὸ μὲν γὰρ τοῦ λαβεῖν αὐτὸν Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην ἐψηφί-  
 10 σασθε, ἂν ἐκείνός τι νεωτερίῃ, παρακαλεῖν ὁμοίως ἐμὲ καὶ  
 τοὺς ἄλλους Ἑλληνας ἀπαντας ἐπ' αὐτόν, (7) νῦν δὲ τοσούτων  
 ὑμῖν περιεσσι τοῦ πρὸς ἐμὲ μίσους, ὥστε πρὸς ἐκεῖνον διαλέ-  
 γεσθαι περὶ τῆς ἐπισυμμαχίας. καίτοι τὸ παλαιὸν οἱ πατέρες  
 15 ὑμῶν, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, τοῖς Πεισιστρατίδασι ἐπετίμων,  
 ὡς ἐπάγουσι τὸν Πέρσην ἐπὶ τοῦ Ἑλληνας, ὑμεῖς δ' οὐκ αἰ-  
 σχύνεσθε ταῦτα ποιούντες, ἀ διετελεῖτε τοῖς τυράννοις ἐγκα-  
 λῶντες.

8. Ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ γράφετε ἐν τοῖς ψηφίσμασιν  
 20 ἐμοὶ προστάττοντες Τήρην καὶ Κερσοβλέπτην ἐὰν Θράκης ἀρχεῖν  
 ὡς ὄντας Ἀθηναίους. ἐγὼ δὲ τούτους οὔτε τῶν περὶ τῆς εἰ-  
 ρήνης συνθηκῶν οἶδα μετασχόντας ὑμῖν οὔτ' ἐν ταῖς στήλαις  
 ἀναγεγραμμένους οὔτ' Ἀθηναίους ὄντας, ἀλλὰ Τήρην μὲν μετ'  
 25 ἐμοῦ στρατευόμενον ἐφ' ἡμᾶς, Κερσοβλέπτην δὲ τοῖς παρ' ἐμοῦ  
 πρεσβευταῖς ἰδίᾳ μὲν τοὺς ὄρκους ὁμόσαι προθυμούμενον, κω-  
 λυθέντα δ' ὑπὸ τῶν ὑμετέρων στρατηγῶν ἀποφαινότων αὐτὸν  
 Ἀθηναίων ἐχθρόν. (9) καίτοι πῶς ἐστὶ τοῦτ' ἴσον ἢ δίκαιον,  
 161 ἔταν μὲν ὑμῖν συμφῆρ, πολεμίον εἶναι φάσκειν αὐτὸν τῆς πό-  
 λεως, ὅταν δ' ἐμὲ συκοφαντεῖν βούλησθε, πολίτην ἀποδείκνυ-  
 σθαι τὸν αὐτὸν ὑφ' ὑμῶν, καὶ Σιτάλικου μὲν ἀποθανόντος, φ  
 5 μετέδοτε τῆς πολιτείας, εὐθὺς ποιήσασθαι πρὸς τὸν ἀποκτείν-  
 οντα φιλίαν, ὑπὲρ δὲ Κερσοβλέπτου πόλεμον αἰρεῖσθαι πρὸς  
 ἡμᾶς; καὶ ταῦτα σαφῶς εἰδόντας ὅτι τῶν λαμβανόντων τὰς  
 δωρεὰς τὰς τοιαύτας οὐδεὶς οὔτε τῶν νόμων οὔτε τῶν ψηφι-  
 10 σμάτων οὐδὲν φροντίζει τῶν ὑμετέρων. (10) Οὐ μὴν ἄλλ' εἰ  
 δεῖ πάντα τὰλλα παραλιπόντα συντόμως εἰπεῖν, ὑμεῖς ἔδοτε  
 πολιτείαν Εὐαγόρᾳ τῷ Κυπρίῳ καὶ Διονυσίῳ τῷ Συρακουσίῳ  
 καὶ τοῖς ἐκγόνοις τοῖς ἐκείνων. ἐὰν οὖν πείσῃτε τοὺς ἐκ-  
 βαλόντας ἐκατέρους αὐτῶν ἀποδοῦναι πάλιν τὰς ἀρχὰς τοῖς  
 15 ἐκπεσοῦσι· κομίζεσθε καὶ παρ' ἐμοῦ τὴν Θράκην, ὅσην Τήρης  
 καὶ Κερσοβλέπτης ἤρχειν. εἰ δὲ τοῖς μὲν ἐκείνων κρατήσασσι  
 μηδ' ἐγκαλεῖν ἀξιοῦτε μηδὲν, ἐμὲ δ' ἐνοχλεῖτε· πῶς οὐ δικαίως  
 ὑμᾶς ἀμυνοίμην ἂν;

11. Περὶ μὲν οὖν τούτων πολλὰ λέγειν ἔχων ἐτι δίκαια πα-  
 20 ραλιπεῖν προαιρούμαι, Καρδιανούς δὲ φημι βοηθεῖν γεγονῶς  
 αὐτοῖς πρὸ τῆς εἰρήνης σύμμαχος, οὐκ ἐδελόντων δ' ὑμῶν ἐλθεῖν  
 εἰς χρεῖον, πολλάκις μὲν ἐμοῦ δεηθέντας, οὐκ ὀλιγάκις δ' ἐκεί-

mam Thraciam populatus eoque violentia tandem est prove-  
 ctus, ut Amphilochem, qui de captivis redimendis legatus  
 venerat, comprehensum et in extremam necessitatem addu-  
 ctum, novem talentis extortis dimiserit, et hæc populo ap-  
 probata fecit. (4) Atqui quum ceteris omnibus præconem et  
 legatos violare impium videtur, tum vobis in primis. Certe  
 quum Megareses Anthemocritum sustulissent; tanta Iracan-  
 dia populus exarsit, ut eos mysteris prohiberet, et in moni-  
 menta injuriæ statuum ante portas erexit. Qui vero non ini-  
 quum est, vos ipsos nunc ea palam facere quæ facta ab aliis tam  
 iniquis animis tullistis? (5) Porro Callias vester imperator urbes  
 in Pagasitano sinu sitas universas cepit, vobis fœdere jurato,  
 mihi societate conjunctas, et qui in Macedoniam navigabant,  
 eos vendebat, pro hostibus omnes habens. et propter hæc faci-  
 nora vos eum decretis laudavistis. Quare valde dubito, quid  
 his per vos adjici possit, si palam mecum bellum geratis. nam  
 quum aperte dissentiebamus; prædones emittebatis, et eos qui  
 ad nos navigabant, vendebatis, adversarios nostros juvabatis,  
 regionem meam infestabatis.

6. Ad eam denique Iniquitatem et hostile odium progressi  
 estis, ut etiam Persæ persuadere missis legatis studueritis ad  
 bellum mihi inferendum. Id quod maxime quivis demeritur.  
 antequam enim in Ægyptum et Phœniciam cepisset; decrevistis,  
 ut, si quid novæ rei moliretur, non minus ego quam ceteri  
 Græci omnes adversus eum accerseremur. (7) nunc vero tanta  
 est odii vestri in me acerbitas, ut de inexcusable cum eo contra  
 me societate agatis. atqui olim patres vestri, ut ego audio, Pi-  
 sistratidis crimini dabant, quod Persam ad Græcos opprimen-  
 dos adducerent, vos vero ea facere non pudet, ob quæ tyran-  
 nos accusare solebatis.

8. Quin præter alia decretis vestris inscribitis mihi que im-  
 peratis, ut Terem et Cersobleptem, quod Athenienses sint,  
 Thraciæ dominari sinam. Ego vero istos nec pactis de pace  
 contineri scio una vobiscum nec piis inscriptos neque Athe-  
 nienses esse, sed illud scio, Terem contra vos mecum arma  
 tulisse, et Cersobleptem, quum meis legalis seorsum dare jus-  
 jurandum cuperet, a vestris ducibus fuisse prohibitum, qui  
 eum Atheniensibus inimicum declarabant. (9) At itac quo-  
 modo æquum aut justum est, quum e re vestra est, eum ve-  
 stræ urbis hostem nominare, quum vero me calumniari vultis,  
 eumdem civem vestrum dicitare? et Sitales oculos, quem  
 civitate donaveratis, statim ejus interfectorem in amicitiam  
 recipere, et propter Cersobleptem bellum contra nos male?  
 præsertim quum vobis exploratum sit neminem eorum, qui  
 tanta munera accipiunt, vel leges vel decreta vestra quicquam  
 curare. (10) Verum si omissis ceteris omnibus breviter dicen-  
 dum est, vos civitatem dedistis Evagoræ Cyprio et Dionysio  
 Syracusulo illorumque posteritati. quod si his, qui utrosque  
 ejecerunt, persuaseritis, ut actis in exillum imperia restituan-  
 tur; a me quoque illam Thraciæ partem recuperate, quam  
 Teres et Cersobleptes tenuerunt. at si victores illorum ne verbo  
 quidem appellandos censetis, mihi vero obturbatis; nonne  
 jure vos ulciscar?

11. Ac de his, quanquam plura præterea haberem quæ jure  
 dicerem, prætermittere tamen ea statui, Cardianis autem me  
 optulari profiteor, quum illorum socius ante pacem fuerim,  
 vos autem sæpe a me et non raro ab illis orati venire in judi-



25 νων. ὅστε πῶς οὐκ ἂν εἴην πάντων φαυλότατος, εἰ καταλι-

πῶν τοὺς συμμαχοὺς μᾶλλον ὑμῶν φροντίζοιμι τῶν πάντα μοι  
19. Εἰ τοίνυν δεῖ μηδὲ τοῦτο παραλιπεῖν, εἰς τοσοῦτον ἐλη-

λύθατε πλεονεξίας, ὥστε πρότερον μὲν ἐνεκαλεῖτέ μοι τὰ προ-  
16. Ζειρημένα μόνον, τὰ δ' ὑπογιώτατα Πεπαρηθίων φασκόντων  
δεινὰ πεπονθέναι προσετάξατε τῷ στρατηγῷ δίκην παρ' ἐμοῦ

λαβεῖν ὑπὲρ ἐκείνων, οὐς ἐγὼ μὲν ἐτιμωρησάμην ἐνδεστέρας ἢ  
5 οὔτε τὸ χωρίον οὔτε τοὺς φρουροὺς ἀπεδίδοσαν πέμψαντος ὑπὲρ

αὐτῶν ἐμοῦ πολλάκις. (13) Ὑμεῖς δ', ὃν μὲν ἠδίκησαν ἐμὲ  
Πεπαρηθιοὶ, τούτων μὲν οὐδὲν ἐπισκέψασθε, τὴν δὲ τιμωρίαν,

ἀκριβῶς εἰδότες ὅτι τὴν νῆσον οὐτ' ἐκείνους οὔτε ὑμᾶς ἀρει-  
10 λόμητι, ἀλλὰ τὸν ληστὴν Σώστρατον. εἰ μὲν οὖν αὐτοὶ φατε

παραδοῦναι Σωστράτην ληστὰς ὁμολογεῖτε καταπέμπειν. εἰ  
δὲ ἀπόντων ὑμῶν ἐκεῖνος ἐκράτει· τί δεινὸν πεπόνθατε λαβόντος

ἐμοῦ καὶ τὸν τόπον τοῖς πλέουσιν ἀσφαλῆ παρέχοντας; (14)  
15 τοσαύτην δὲ μοι ποιούμενον πρόνοιαν τῆς ὑμετέρας πόλεως,

καὶ διδόντας αὐτῇ τὴν νῆσον, οἱ ῥήτορες λαμβάνειν μὲν οὐκ  
εἴων, ἀπολαβεῖν δὲ συνεβούλευον, ὅπως ὑπομείνας μὲν τὸ προσ-

τασσόμενον τὴν ἄλλοτρίαν ἔχειν ὁμολογῶ, μὴ προειμένους δὲ τὸ  
20 χωρίον ὑποκτος γένομαι τῷ πλήθει. γνοὺς ἐγὼ ταῦτα προῦ-

λάσμητι κρηθῆναι περὶ τούτων πρὸς ὑμᾶς, ἵν' εἰ μὲν ἐμὴ γνω-  
σῆ, παρ' ἐμοῦ δοθῆ τὸ χωρίον ὑμῖν, ἐὰν δὲ ὑμετέρα κρηθῆ,

τότε ἀποδῶ τῷ δήμῳ. (15) ταῦτα δ' ἐμοῦ πολλάκις ἀξιοῦντος  
25 ὑμεῖς μὲν οὐ προσείχετε, Πεπαρηθιοὶ δὲ τὴν νῆσον κατέλαβον.

τί οὖν ἐχρῆν μὲ ποιεῖν; οὐ εἰκην λαβεῖν παρὰ τῶν ὑπερβεθη-  
κότων τοῖς ἄρκοις; οὐ τιμωρησασθαι τοὺς οὕτως ὑπερηφάνους

ἀσελγαίνοντας; καὶ γὰρ εἰ Πεπαρηθίων ἦν ἡ νῆσος· τί προσῆκεν  
ἑκατεῖν Ἀθηναίους; εἰ δὲ ὑμετέρα· πῶς οὐκ ἐκεῖνοις ὀργίζεσθε  
16. Καταλαβοῦσι τὴν ἄλλοτρίαν;

16. Εἰς τοῦτο δὲ προεδήκαμεν ἔχθρας, ὥστε βουλόμενος  
ταῖς ναυσὶν εἰς τὸν Ἑλλήσποντον παραβλεῖν ἡγαγιάσθη αὐτὰς

8 παραπέμψαι διὰ Χερρόνησου τῇ στρατιᾷ, τῶν μὲν κληροῦχων  
κατὰ τὸ Πολυκράτους δόγμα πολεμούντων ἡμῖν, ὑμῶν δὲ τοιαῦ-

τα ψηφισμένων, τοῖς δὲ στρατηγῷ Βυζαντίους τε παρακαλοῦν-  
10 τος καὶ διαγγέλλοντος πρὸς ἅπαντας ἐπὶ πολεμῆν αὐτῷ προσ-

τάττετε, ἂν καιρὸν λάβῃ. τοιαῦτα δὲ πάσιν ὁμῶς τῆς πόλεως  
καὶ τῶν τριήρων καὶ τῆς χώρας ἀπεσχόμην, ἱκανὸς ὢν τὰ

πλείεστα λαβεῖν ἢ πάντα, καὶ διατετελεκα προκαλούμενος ὑμᾶς  
εἰς κρίσιν εἰθεῖν ὑπὲρ ἂν αἰτιώμεθα ἄλλήλους. (17) καίτοι

15 σκοπεῖσθε πότερον κάλλιον ἐστὶν ὄπλοισ ἢ λόγοις διακρίνεσθαι,  
καὶ πότερον αὐτοὺς εἶναι βραβευτάς ἢ πείσαι τινὰς ἑτέρους.

καὶ λογίζεσθ' ὡς ἄλογόν ἐστιν Ἀθηναίους Θεασίους μὲν καὶ Μα-  
ρωνεῖτας ἀναγκάσαι περὶ Σερύμης διακριθῆναι λόγοις, αὐτοὺς

20 δὲ πρὸς ἐμὲ μὴ διαλύσασθαι περὶ ὃν ἀμφοτεροῦ μὲν τὸν τρόπον  
τούτων, ἄλλως τε καὶ γινώσκοντας ὅτι νικηθέντες μὲν οὐδὲν

ἀποδολεῖτε, κρατήσαντες δὲ λήψεσθε τὰ νῦν ὑφ' ἡμῖν ὄντα.  
18. Πάντων δὲ μοι δοκεῖ παραλογώτατον εἶναι, διότι πέμ-

25 φαντος ἐμοῦ πρέσβει ἀπὸ τῆς συμμαχίας πάσης, ἵν' ὥσι μάρ-  
τυρες, καὶ βουλομένου ποιήσασθαι πρὸς ὑμᾶς δικαίας ὁμολογίας

ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων, οὐδὲ τοὺς περὶ τούτων λόγους ἐδέξασθε  
καρὰ τῶν πρεσβευόντων, ἐξὸν ὑμῖν ἢ τῶν κινδύνων ἀπαλλάξαι

16. 4 τοὺς δυσχερεῖς ὑποκτείνοντάς τι καθ' ἡμῶν, ἢ φανερώς ἐξελέγξαι  
μὲ φαυλότατον ὄντα τῶν ἀπόντων. (19) τῷ μὲν οὖν δήμῳ ταῦτα

συνέφερε, τοῖς δὲ λέγουσιν οὐκ ἐλυσίτελει. φασὶ γὰρ οἱ τῆς  
καλιτέρας τῆς παρ' ὑμῖν ἔμπεροι τῆ μὲν εἰρήνην πόλεμον

5 αὐτοῖς εἶναι, τὸν δὲ πόλεμον εἰρήνην. ἢ γὰρ συναγωνιζόμε-  
νους τοῖς στρατηγῶσι ἢ συκοφαντοῦντας αἰεὶ τι λαμβάνειν παρ'

αὐτῶν, ἔτι δὲ τῶν πολιτῶν τοῖς γνωριμωτάτοις καὶ τῶν ἔξωθεν

cium nolueritis. An non igitur essem omnium hominum ne-  
quissimus, si desertis sociis vestri potius rationem haberem  
qui omni modo me vexatis, quam eorum qui mihi constanter  
et semper amici esse perseverant?

12. Jam si hoc quoque praetereundum non est, eo insolentiam  
venistis, ut prius de supra dictis tantum me accusaretis, nu-  
perrime vero, quum Peparethii secum crudeliter actum esse

quererentur, duci vestro mandavistis, ut me illorum vice ul-  
cisceretur, quos ego sane clementius tractavi, quam merue-  
rant, quum illi tempore pacis Halonneso occupata neque in-

sulam mihi neque praesidiarios milites, quos per legatos saepe  
repoposci, reddiderint. (13) Vos vero injuriam mihi a Pepa-  
rethiis illatae nullam rationem habuistis, sed tantum poenae,

quum satis sciat, me insulam neque vobis neque illis eripuisse,  
sed Sostrato piratae. Quam si vos Sostrato tradidisse ipsi dicitis;

piratas in eam misisse fatemini. sin vobis invidis vi obti-  
nuit, quae tandem in vos injuria fuit eam a me occupari et locum  
tutum reddi navigantibus? (14) Etsi autem vestram urbem

tanti facebam, ut insulam et darem; tamen oratores vestri  
accipere prohibebant, recipendam esse consulebant, ut, si  
quod imperabatur facerem, me alienam obtinere faterer, sin

locum illum retinerem, multitudini suspectus fierem. Quibus  
ego cognit, ultro denunciavi me de his in judicio vobiscum  
disceptaturum, ut, si mihi adjudicata esset, vobis a me daretur,

sin judicaretur vestra esse, populo eam restitnerem. (16)  
Hac me saepe postulante et vos contempistis et Peparethii in-

sulam occuparunt. Quid igitur mihi faciendum fuit? non in-  
fligenda poena foedifragis? non ulciscendi qui tam superbe la-

sciviebant? nam si Peparethiorum fuit insula; quo jure Athe-  
nienses repeliverunt? sin vestra; cur non his irascimini, qui  
occuparint alienam?

16. Eo porro progressae sunt nostrae inimicitiae, ut, quum  
naves in Hellespontum perducere cuperem, coactus sim eas  
per Chersonesum cum exercitu comitari, quum agripetae vestri

et decreto Polycratidis bellum contra nos gesserent et vobis talia  
decernentibus et duce vestro Byzantios adhortante et apud  
omnes missis nunciis divulgante sibi mandari a vobis, ut, si

daretur occasio, bellum gereret. Talia quum palerem, tamen  
urbis vestrae et triremibus et agro peperci, quamvis plerisque  
potiri possem vel potius omnibus, et vos ad eas, quae inter nos

sunt, controversias disceptatione dirimendas perpetuo provo-  
cavi. (17) Atqui considerate, utrum honestius sit verbis an  
armis lites finire et utrum magis deceat, ut ipsi arbitri simus,

an vero ut illis arbitrium deferamus. reputate etiam, quam  
absurdum sit, quod Athenienses Thasios et Maronitas ad litem  
de Stryme disceptatione finiendam cogant, ipsi autem ea, de

quibus ambigimus, necum ad hunc modum non transigant,  
praesertim quum sciatis vos, si succuberitis, nihili amissuros,  
sin viceritis, potituros his, quae nunc in nostra manu sunt.

18. Sed omnium iniquissimum hoc mihi videtur quod, quum  
legatos ex omnibus sociis misissem, ut testes essent, quum-

que vellem de Graecis ea vobiscum pacisci, quae justa essent,  
legatorum ne orationem quidem de his admisistis, quamvis vo-

bis licuisset aut eos ilberare periculis, qui male de nobis su-  
spicabantur, aut palam convincere me omnium esse impro-

bissimum. (19) Ac populo quidem illa erant utilia, sed e re  
oratorum non erant. nam qui vestrae republicae gnari sunt,  
pacem his bellum esse et bellum pacem affirmant. illos enim a

ducibus vel patrocinando vel calumniando semper aliquid ac-  
cipere, et tum civium nobilissimos tum exterorum celeberrimos

τοῖς ἐνδοξοτάτοις λοιδορουμένοις ἐπὶ τοῦ βήματος περιποιεῖ-  
10 σθαι παρὰ τοῦ πλήθους δόξαν ὡς εἰσι δημοτικοί.

20. Ῥῆθρον μὲν οὖν ἐστὶ μοι παῦσαι τῆς βλασφημίας αὐτοῦς  
μικρὰ πάνυ προσημένω, καὶ ποιῆσαι λέγειν ἐπαίνους ὑπὲρ ἡμῶν.  
ἀλλ' αἰσχρνοίμην ἂν, εἰ τὴν πρὸς ἡμᾶς εὐνοίαν παρὰ τούτων  
φαινοίμην ὠνούμενος, εἰ πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰς τοῦτο τόλμη  
15 ἤμουν, ὥστε καὶ περὶ Ἀμειπόλεως πρὸς ἡμᾶς ἀμειβεσθῆναι  
ἐπιχειροῦσιν, ὑπὲρ ἧς τῶν ἀντικοιουμένων αὐτῆς οἶμαι πολὺ  
δικαιώτερα λέγειν αὐτός. (21) εἴτε γὰρ τῶν ἐξ ἀρχῆς κρατη-  
σάντων γίνεται· πᾶς οὐ δικαίως ἡμεῖς αὐτὴν ἔχομεν, Ἄλε-  
20 ξάνδρου τοῦ προγόνου πρώτου κατασχόντος τὸν τόπον, ὅθεν  
καὶ τῶν αἰχμαλώτων Μήδων ἀπαρχὴν ἀνδριάντα χρυσοῦν ἀνε-  
στησεν εἰς Δελφούς; εἴτε τούτων μὲν ἀμειβεσθῆσέ τις, ἀξιοῖ  
δὲ γίνεσθαι τῶν ὑστερον γενομένων κυρίων· ὑπάρχει μοι καὶ  
25 τοῦτο τὸ δίκαιον. ἐκπολιορκήσας γὰρ τοὺς ὑμᾶς μὲν ἐκβα-  
λόνας, ὑπὸ Λακεδαιμονίων δὲ κατοικισθέντας Ἰασον τὸ χω-  
ρίον. (22) καίτοι πάντες οἰκοῦμεν τὰς πόλεις ἢ τῶν προγόνων  
παραδόντων ἢ κατὰ πόλεμον κύριοι καταστάντες. ὑμεῖς δὲ  
165 οὔτε πρώτοι λαβόντες οὔτε νῦν ἔχοντες, ἐλάχιστον δὲ χρόνον  
ἐν τοῖς τόποις ἐμμέναντας ἀντικοιούσατε τῆς πόλεως, καὶ ταῦτα  
πίστιν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοὶ βεβαιωτάτην ἐπιθέντες. πολλὰ μὲν γὰρ  
ἔμοῦ γράφοντες ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ὑπὲρ αὐτῆς ἐγνώκατε δι-  
5 καίως ἔχειν ἡμᾶς, τότε μὲν ποιησάμενοι τὴν εἰρήνην ἔχοντες  
ἔμοῦ τὴν πόλιν, κἄτα συμμαχίαν ἐπὶ ταῖς αὐταῖς ὁμολογίαις.  
(23) καίτοι πᾶς ἂν ἑτέρα γένοιτο βεβαιωτέρα ταύτης κτήσις,  
τῆς τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς καταλειφθείσης ἡμῖν ὑπὸ τῶν προγόνων,  
10 πάλιν δὲ κατὰ πόλεμον ἡμῆς γεγενημένης, τρίτον δὲ συγχωρη-  
θείσης ὑφ' ἡμῶν τῶν εἰδικμένων ἀμειβεσθῆναι καὶ τῶν οὐδὲν  
ἡμῖν προσκρόντων;

24. Ἄ μὲν οὖν ἐγκαλῶ, ταῦτ' ἐστίν, ὡς δὲ προὔπαρχόντων  
καὶ διὰ τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν μᾶλλον ἤδη τοῖς πράγμασιν ἐπιτι-  
15 θεμένω καὶ καθ' ὅσον ἂν δύνασθε κακοποιούντων, ὑμᾶς ἀμ-  
νοῦμαι μετὰ τοῦ δικαίου, καὶ μάρτυρας τοὺς θεοὺς ποιησάμε-  
νος διαλήψομαι περὶ τῶν καθ' ὑμᾶς.

13.

## ΠΕΡΙ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ.

## ΑἰΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἄ λόγος οὗτος οὐκέτι Φιλιππικός ἐστίν, ἀλλὰ ἀπλῶς συμ-  
βουλευτικός. ἐκκλησίαν γὰρ ἀγόντων τῶν Ἀθηναίων περὶ τῶν  
166 θεωρικῶν χρημάτων, παρελθὼν ὁ Δημοσθένης πειθεὶ συνα-  
χθῆναι τε αὐτοὺς καὶ τὸ ἀρχαῖον ἀναλαβεῖν ἀξίωμα στρατευομέ-  
νους καὶ τῶν Ἑλλήνων προκινδυνεύοντας, καὶ συγκρίνει τὰ νῦν  
τοῖς ἐπὶ τῶν προγόνων, πολὺ φαυλότερα καὶ ταπεινότερα τῶν  
καλαίων δεκνύς.

## ΠΕΡΙ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ.

1. Περὶ μὲν τοῦ παρόντος ἀργυρίου καὶ ὧν ἕνεκα  
τὴν ἐκκλησίαν ποιείσθε, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδέτερον  
μοι δοκεῖ τῶν χαλεπῶν εἶναι, οὐτ' ἐπιτιμήσαντα τοῖς  
5 νέμοισι καὶ διδοῦσι τὰ κοινὰ εὐδοκίμησαι παρὰ τοῖς

in concione reprehendendo id captare, ut populares esse vi-  
deantur.

20. Facile mihi quidem esset, si paululum pecuniae dilargi-  
ri vellem, eorum compescere maledicentiam et effocere ut nos  
laudibus eveherent. sed me puderet benivolentiam in nos ab  
istis palam mercari, qui praeter caetera tam audaces sunt, ut etiam  
de Amphipoli movere nobis controversiam non dubitent, pro  
qua ego me puto longe dicturum aequiora quam istos qui illam  
sibi vindicant. (21) Sive enim eorum est, qui primi devicerunt;  
quomodo non jure nos illam habemus, quum Alexander avus  
noster locum illum primus occupaverit, unde etiam de primi-  
tivis captorum Medorum Delphi auream statumam dedicavit?  
sive hoc aliquis in dubium vocet et eorum fieri censeat, qui  
postremi potiantur; etiam hoc jus meum est. expugnatis enim  
illis, qui vos ejecerant et a Lacedaemoniis ibi collocati fuerant,  
oppidum cepi. (22) Atqui omnes in urbibus habitamus quas  
vel a majoribus accepimus vel bello subegimus. vos autem qui  
nec primi potiti estis nec nunc obtinetis, sed minimum tem-  
pus in illis locis conseditis, urbem eam vestram esse contendi-  
ditis, idque, quum ipsi urbis possessionem nobis evidentissimo  
testimonio confirmaveritis. saepe enim in literis me de ea men-  
tionem faciente, censuistis eam juste a me teneri, tum pacem  
mecum facientes, quum urbem obtinerem, deinde etiam soci-  
etatem eadem pactione. (23) Quae igitur possessio firmitior  
fieri possit hac, quae primum nobis relicta a majoribus,  
deinde jure belli denuo nostra facta, postremo a vobis conces-  
sa est, qui vindicare vobis soletis etiam ea, quae plane ad vos  
nihil attinent?

24. Quae igitur in vobis accedem, haec sunt. et quia auctores  
estis injuriarum et propter verecundiam meam magis jam re-  
bus meis infesti imminetis et, quantum in vobis est, nobis  
malefacitis, jure optimo vos ulciscar diisque testibus invoca-  
tis de injuriis vestris disceptabo.

13.

## DE REPUBLICA ORDINANDA.

## LIBANII ARGUMENTUM.

Oratio haec non jam Philippica est, sed suaviora simpliciter.  
nam quum Athenienses propter theatralem pecuniam conven-  
issent, progressus in medium Demosthenes suadet, ut et in  
classes distribuantur et militando atque periculis pro salute  
Graecorum subeandis veterem dignitatem recuperent. osten-  
dit autem, comparans statum praesentem cum vetere, quantum  
a virtute et excellentia majorum degeneraverint.

## DE REPUBLICA ORDINANDA.

1. De praesenti pecunia et iis rebus, propter quas in con-  
cionem convenistis, neutrum, Athenienses, difficile mihi  
esse videtur, vel objurgatis illis, qui publica distribuunt et  
largiuntur, laudem apud eos invenire, qui rempublicam per

βλάπτεσθαι διὰ τούτων ἡγουμένοις τὴν πόλιν, οὔτε συν-  
 10 ἰπύοντα καὶ παραινέσαντα ὡς δεῖ λαμβάνειν χάρισα-  
 σθαι τοῖς σφόδρα ἐν χρεῖα τοῦ λαβεῖν οὔσιν. οὐδέτε-  
 ροὶ γὰρ πρὸς τὸ τῆ πόλει συμφέρον σκοποῦντες οὔτ'  
 15 ἐπαινοῦσιν οὔτε δυσχεραίνουσι τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ὡς  
 ἑκάτεροι χρεῖας καὶ περιουσίας ἔχουσιν. (2) Ἐγὼ δὲ  
 τοῦτο μὲν οὔτ' ἂν εἰσηγησαίμην οὔτ' ἂν ἀντείποιμι ὡς  
 οὐ δεῖ λαμβάνειν. παραινῶ μέντοι σκοπεῖν καὶ λο-  
 γίζεσθαι πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς ὅτι τὰργύριον μὲν ἐστὶ  
 15 τούτου, περὶ οὗ βουλευέσθε, μικρόν, τὸ δ' ἔθος μέγα, ὃ  
 γίγνεται μετὰ τούτου. εἰ μὲν οὖν μετὰ τοῦ πράττειν,  
 20 ἂ προσήκει, καὶ τὸ λαμβάνειν κατασκευάσεσθε· οὐ  
 μόνον οὐ βλάψετε ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα ὠφελήσετε  
 τὴν πόλιν καὶ ὑμᾶς αὐτούς. εἰ δὲ τοῦ μὲν λαμβάνειν  
 167 καὶ ἑορτῆ καὶ πᾶσα ἀρκέσει πρόφρασις, τοῦ δ', ἂ πρὸς  
 τούτοις δεῖ ποιεῖν, μηδὲ τοὺς λόγους ἀκούειν ἐθελήσετε·  
 25 ὄρατε μὴ ποθ', ἂ νῦν ὀρθῶς ἡγήσθε πράττειν, σφό-  
 δρα ἡμαρτηκέναι νομίσητε. (3) Ἐγὼ δὲ φημι δεῖν  
 (καὶ μοι μὴ θορυβήσητε ἐφ' ᾧ μέλλω λέγειν, ἀλλ' ἀκού-  
 5 σαντες κρίνατε), ὡς περὶ \* τοῦ λαβεῖν ἐκκλησίαν ἀπεδώκα-  
 μεν, οὕτω καὶ περὶ τοῦ συνταχθῆναι καὶ παρασκευα-  
 σθῆναι τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐκκλησίαν ἀποδοῦναι, καὶ  
 παρασχεῖν ἕκαστον αὐτὸν μὴ μόνον ταῦτ' ἀκούειν  
 10 ἐθέλοντα ἀλλὰ καὶ πράττειν βουλόμενον, ἴν', ὧ ἄνδρες  
 Ἀθηναῖοι, τῶν ἀγαθῶν τὰς ἐλπίδας δι' ὑμῶν αὐτῶν  
 ἔχητε, καὶ μὴ τὸν θεῖνα μηδὲ τὸν δεῖνα πυνθάνησθε  
 τί πράττει. (4) Καὶ τὰ μὲν προσίοντα τῆ πόλει πάντα,  
 15 καὶ ἂ νῦν ἐκ τῶν ἰδίων παραναλίσκετε εἰς οὐδὲν δέον  
 καὶ δσ' ἐκ τῶν συμμάχων ὑπάρχει, λαμβάνειν ὑμᾶς  
 φημι χρῆναι τὸ ἴσον ἕκαστον, τοὺς μὲν ἐν ἡλικίᾳ στρα-  
 τιωτικῶν, τοὺς δ' ὑπὲρ τὸν κατάλογον ἐξεταστικῶν ἢ  
 20 ὅπως ἂν τις ὀνομάσαι τούτο, (5) στρατεύεσθαι δ' αὐτοὺς  
 καὶ μηδὲν τούτου παραχωρεῖν, ἀλλὰ τὴν δύναμιν τῆς  
 25 πόλεως οἰεῖσθαι εἶναι καὶ κατασκευασμένην ἀπὸ τούτων,  
 ἴν' ἅμα τ' εὐπορήτε καὶ τὰ δέοντα ποιήτε, καὶ τὸν  
 στρατηγὸν ἡγήσθαι ταύτης, ἴν' ὑμῖν, ὧ ἄνδρες Ἀθη-  
 ναῖοι, μὴ τοιαῦτα οἰάπερ νυνὶ συμβαίνει· τοὺς στρατη-  
 γοὺς κρίνετε, καὶ περίεστιν ὑμῖν ἐκ τῶν πραγμάτων α ὃ  
 25 δεῖνα τοῦ θεῖνος τὸν δεῖνα εἰσηγγεῖεν, » ἄλλο δ' οὐδέν.  
 ἀλλὰ τί ὑμῖν γένηται; (6) πρῶτον μὲν οἱ σύμμαχοι  
 μὴ φρουραῖς ἀλλὰ τῶν τὰ αὐτὰ συμφέρειν ὑμῖν κάκει-  
 νος ὡσὶν οἰκεῖοι, ἔπειθ' οἱ στρατηγοὶ μὴ ξένους ἔχοντες  
 30 τοὺς μὲν συμμάχους ἄγνωσι καὶ φέρωσι, τοὺς δὲ πολε-  
 168 μίους μὴδ' ὀρώσιν, ἀφ' ὧν αἱ μὲν ὠφέλεια τούτων εἰ-  
 σὶν ἴδιαι, τὰ δὲ μίση καὶ τὰ ἐγκλήματα ἐφ' ὅλην ἔρχε-  
 ται τὴν πόλιν, ἀλλὰ πολίτας τοὺς ἀκολουθοῦντας  
 5 ἔχοντες τοὺς ἐχθρούς, ἂ νῦν τοὺς φίλους, ποιῶσιν. (7)  
 Χωρὶς δὲ τούτων παλλὰ τῶν πραγμάτων τὴν ὑμετέραν  
 ποθεῖ παρουσίαν, καὶ ἀνευ τοῦ πρὸς τοὺς οἰκεῖους πο-  
 λέμιους οἰκεία χρῆσθαι δυνάμει συμφέρειν, καὶ πρὸς τὰ  
 10 ἄλλα πράγματα ἀναγκαῖόν ἐστιν. εἰ μὲν γὰρ ἡσυ-  
 30 χίαν ἔχειν ὑμῖν ἀπέχρη καὶ μηδὲν τῶν Ἑλληνικῶν  
 περιεργάζεσθαι ὅπως ἔχει· ἄλλος ἂν ἦν λόγος. (8) νῦν  
 δὲ προτεῦειν μὲν ὑμεῖς ἀξιοῦτε καὶ τὰ δίκαια ὀρίζειν

hæc lædi credunt, vel suffragando et hortando ad accipien-  
 dum iis gratum facere, qui magna inopia premuntur. Neu-  
 tri enim ad publicum bonum considerantes negotium hoc  
 vel probant vel improbant, sed ut quique vel egent vel  
 opibus abundant. (2) Ego vero utrum accipiendum sit  
 nec ne, id nec suaserim nec dissuaserim. moneo tamen ut  
 consideretis et ipsi vobiscum meditemini, argentum hoc,  
 de quo deliberatis, exiguum, consuetudinem una inolescen-  
 tem esse magnam. Quod si eam rationem inieritis, ut qui  
 officium suum faciant, etiam accipiant, non solum non læ-  
 detis, sed maximopere juvabitis tum rempublicam tum vos-  
 metipsos. At si ad accipiendum et festum et causa quæ-  
 libet sufficit, de his autem quæ præterea facienda sint, ne  
 verbum quidem audire volueritis; providete, ne vos in his,  
 quæ nunc recte fieri censetis, aliquando vehementer errasse  
 judicetis. (3) Ego autem oportere censeo (ne vero propter  
 id quod dicam obturbate, sed re audita judicate), quemad-  
 modum de accipiendo concionem indiximus, sic etiam de  
 ordinanda republica et apparando bello iudici concionem,  
 et singulos non modo ad hæc attente audienda, sed etiam  
 ad alacriter exsequenda promptos esse debere, ut, Athe-  
 nienses, spem fortunæ melioris in vobis ipsis habeatis, neve  
 sciscitemini quid iste vel alius agat. (4) Ac de rebus  
 quidem civitatis omnibus, et de iis quæ e privato frustra  
 nunc impenditis, et de sociorum vectigalibus, unumquem-  
 que vestrum id accipere decere dico, quod æquum est: ætate  
 florentes ut militare stipendium, emeritos ut pecuniam ex-  
 aminis sive quo alio titulo rem insigniri placet, (5) ipsos  
 autem militare, neque eo munere cuiquam cedere, sed exer-  
 citum civilem esse et ex illis rebus instructum, ut neque  
 opes vobis desint et vos officio fungamini et imperator exer-  
 citui præsit, ne, Athenienses, talia quæ hactenus, usu ven-  
 niant, ut duces in iudiciis vexetis et hic tandem sit negotii  
 totius exitus « Iste istius filius istum accusavit », præter-  
 eaque nihil. sed quid ut vobis a cadat? (6) primum ut socii  
 non præsidiorum metu, sed communicatione commodorum  
 inter vos et ipsos vobiscum sint conjuncti, deinde ne duces  
 peregrinis militibus socios vexent ac deprædentur, hostes  
 autem ne videant quidem, quarum rerum emolumenta  
 istorum propria sunt, odia et maledicta in totam civitatem  
 redundant, sed ut cives habeant, quorum opera eo modo,  
 quo nunc amicos, hostes affligant. (7) Præterea multæ res  
 vestram præsentiam desiderant, et præterquam quod do-  
 mestica bella domesticis copiis geri conducit, idem ad cetera  
 quoque negotia est necessarium. Nam si contenti essetis otio,  
 securi quomodo cum Græcis ageretur; alia esset ratio. (8)  
 nunc autem principatum ceterisque dicendi juris potestatem  
 vos tenere æquum esse censetis, exercitum autem qui hæc

τοῖς ἄλλοις, τὴν δὲ ταῦτα ἐποπτεύουσιν καὶ φυλάξουσαν δύναμιν οὔτε κατασκευάσθε οὔτε κατασκευάζεσθε, 15 ἄλλ' ἐπὶ πολλῆς μὲν ἡσυχίας καὶ ἡρεμίας ὑμῶν ὁ Μυτιληναίων δῆμος καταλέλυται, ἐπὶ πολλῆς δ' ἡσυχίας ὁ Ῥοδίων, ἐχθρός γε ὢν ἡμῖν, φαίη τις ἄν. ἀλλὰ μείζω χρὴ νομίζειν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν πρὸς τὰς ὀλιγαρχίας ὑπὲρ αὐτῆς τῆς προαιρέσεως ἔχθραν ἢ τὴν πρὸς 20 τοὺς δῆμους ὑπὲρ ὧν ποτ' ἂν ἦ. (9) Ἄλλ' ἴν' ἐκέισε ἐπανέλθω, φημί δεῖν ὑμᾶς συντετάχθαι, καὶ τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαβεῖν καὶ τοῦ ποιεῖν ἅ προσήκει σύνταξιν εἶναι. διελέχθη ὁ ὑμῖν περὶ τούτων καὶ πρότερον, 25 καὶ διεξῆλλον ὡς ἂν συνταχθεῖτε, οἳ θ' ὀπλῖται καὶ οἱ ἵππεις καὶ ὄσοι τούτων ἐκτός ἐστε, καὶ εὐπορία τις ἂν ἅπασιν γένοιτο κοινή. (10) ὁ δὲ μοι πλείστην ἀθυμίαν παρέσχε ἁπάντων, ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι, ὅτι πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ καλῶν ὄντων 169 τούτων ἁπάντων τῶν μὲν ἄλλων οὐδενὸς οὐδεὶς μέμνηται, τοῖν δυοῖν δ' ὀβολοῖν ἅπαντες. καίτοι τοὺς μὲν οὐκ ἔστι πλείονος ἢ δυοῖν ὀβολοῖν ἀξίους εἶναι, τᾶλλα δὲ μετὰ τούτων ὧν εἶπον, τῶν βασιλέως ἀξία ἔστι χρῆ- 5 μάτων, πόλιν τοσοούτους ὀπλίτας ἔχουσιν καὶ τριήρεις καὶ ἵππείας καὶ χρημάτων πρόσροδον συντετάχθαι καὶ παρεσκευάσθαι.

11. Τί οὖν ταῦτα νῦν, φαίη τις ἄν, λέγω; ὅτι φημί δεῖν ὑμᾶς, ἐπειδὴ τὸ μὲν πάντας μισθοφορεῖν δυσχεραίνουσί τινες, τὸ δὲ συνταχθῆναι καὶ παρεσκευασθῆ- 10 ναι παρὰ πάντων χρῆσιμον εἶναι δοκιμάζεται, ἐντεῦθεν ἀρξασθαι τοῦ πράγματος, καὶ προθεῖναι περὶ τούτων τῷ βουλομένῳ γνώμην ἀποφῆναι. ὡς οὕτως ἔχει: ἂν μὲν ὑμεῖς νῦν πεισθῆτε τούτων καιρὸν εἶναι νομίσαντες ὅταν αὐτῶν εἰς χρεῖαν ἔλθητε, ἔτοιμα ὑπάρ- 15 ζει. ἂν δ' ἀκαιρίαν ἡγησάμενοι παρίδητε ὅταν δέη χρῆσθαι, τότε ἀναγκασθήσεθε παρεσκευάζεσθαι.

12. Ἦδη δὲ τις εἶπεν ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι ποὺ λέγων, οὐχ ὑμῶν τῶν πολλῶν, ἀλλὰ τῶν διαρρήγνυμένων εἰ 20 ταῦτα γενήσεται, « τί δ' ἡμῖν ἀπὸ τῶν Δημοσθένους λόγων ἀγαθὸν γέγονεν; παρελθὼν ἡμῶν, ὅταν αὐτῷ δόξῃ, ἐπέπλησε τὰ ὄντα λόγων καὶ διέσυρε τὰ παρόντα καὶ τοὺς προγόνους ἐπῆνεσε καὶ μετεωρίσας καὶ φυσήσας ἡμᾶς κατέβη. » (13) Ἐγὼ δ' εἰ μὲν ὑμᾶς δυναμίην 25 ὧν λέγω τι πείσαι τηλικαῦτ' ἂν οἶμαι τὴν πόλιν πράξαι ἀγαθὰ, ὥςτ' εἰ νῦν εἶπεν ἐπιχειρήσομαι, πολλοὺς ἂν ἀπιστῆσαι ὡς μείζοσιν ἢ δυνατοῖς. οὐ μὴν οὐδὲ τοῦτο μικρὸν ὠφελεῖν οἶμαι, εἰ τὰ βέλτιστα ἀκούειν ὑμᾶς συνεθίζω. δεῖ γάρ, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν 170 βουλομένον τι ποιῆσαι τὴν πόλιν ὑμῶν ἀγαθὸν τὰ ὄντα πρῶτον ὑμῶν ἴσασθαι. διέφθαρται γάρ. οὕτω πολλὰ καὶ ψευδῆ καὶ πάντα μᾶλλον ἢ τὰ βέλτιστα 5 ἀκούειν συνεθίσθη. (14) Οἷον (ὅπως δὲ μὴ θορυβῆσει μοι μηδεὶς, πρὶν ἂν ἅπαντα εἴπω) ἀνέωξαν δήπου πρῶτον τινὲς τὸν ὀπισθόδομον. οὐκοῦν οἱ παριόντες ἅπαντες τὸν δῆμον καταλεύσθαι, τοὺς νόμους οὐκ εἶναι, τοιαῦτα ἔλεγον. καίτοι, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι

et inspiciat et tueatur, nec paratum habetis nec paratis, sed vobis otiose desidentibus et dormitantibus Mytilenae libertatem amiserrunt, nec minus Rhodii, nostrum nemine prohibente. Hi, dicat aliquis, inimici nobis erant. At odia majora esse debent, Athenienses, in oligarchias pro consilio earum quam contra liberos populos, quaecunque tandem inimicitiarum causae intercesserint. (9) Sed ut eo redeam, unde digressus sum, affirmo debere vos in ordinem describi atque ordinem eundem esse tum accipiendi tum faciendi ea quae decet. Hisce de rebus prius etiam apud vos disse- rui, et explicavi, quinam ordo inter vos, qui gravis armaturae et qui equites estis, et qui horum numero non continemini, esset ineundus et qua ratione communiter omnes liberaliter sustentari possent. (10) Quod vero meum animum maxime omnium turbavit, dicam vobis nec dissimulabo: nam quum multa et magna et praecleara essent ea omnia, nullius e ceteris quisquam meminit, duorum obolorum omnes. Atqui fieri non potest, ut isti majoris pretii sint, quam duorum obolorum, cetera vero, quae cum his quae dixi conjuncta sunt, regis Persarum opes aequant, quod urbs, quae tot gravis armaturae milites habet et triremes et equites et pecuniae reditus, ordinata et instructa est.

11. Quid igitur, inquiet aliquis, haec nunc commemoras? Quia censeo vos oportere (quoniam nonnulli ferendum non putant, quod omnes stipendia mereant, ordinem vero et instructionem esse utilem, consentiunt omnes) hinc negotium auspicari, et liberum unicuique facere, de his dicere sententiam. sic enim se res habet: si vobis nunc persuadeatur haec opportuna esse arbitrantibus; quum ea necessaria vobis fuerint, in promptu habebitis. sin intempestiva putantes negligatis; quum utendum illis est, tum ea comparare cogemini.

12. Jam vero quidam, Athenienses, non plebeius homo, sed talis qui dirumpatur si haec fient, his fere verbis: « Quid tandem fructus, inquit, e Demosthenis orationibus cepimus? progressus, quum ipsi visum est, aures nostras obtulit et cavillatus est praesentem statum, laudavitque majores ac denique nobis concitatis et inflatis descendit. » (13) Ego vero si vobis dicendo persuadere aliquid potuissem; putarem me tanta commoda allaturum fuisse reipublicae quanta si nunc dicere aggrederer, plerique fidem iis abrogaturi essent, tanquam majoribus quam quae fieri possent. sed me non parum prodesse reip. censeo, si vos optima audire consuefacio. debet enim, Athenienses, qui de civitate vestra bene mereri cupit, auribus primum vestris mederi. corruptae enim sunt. adeo multa et falsa, et quaevis potius audire quam salutaria consuefacti estis. (14) Veluti (ne vero mihi quisquam obturbet, priusquam omnia dixerim) recluserunt nuper quidam aetiarum. oratores igitur omnes dictitabant abrogatum esse statum popularem, interisse leges, hujus generis alia. Atqui, Athenienses (et considerate num vera

10 (καὶ σκοπεῖτε, ἂν ἀληθῆ λέγω), οἱ μὲν ταῦτα ποιού-  
 ντες ἀξία ἐποίουν θανάτου, ὁ δῆμος δ' οὐ διὰ τούτων  
 καταλύεται. Πάλιν κώπας τίς ὀφείλετο. « μαστιγοῦν,  
 στρεβλοῦν » πάντες ἐβόων, οἱ λέγοντες τὸν δῆμον κατα-  
 15 λυέσθαι. Ἐγὼ δὲ τί φημι; τὸν μὲν ὑφαιρούμενον  
 θανάτου ποιεῖν ἀξία ὡς περ ἐκεῖνοι, τὸν δῆμον δ' οὐ  
 διὰ τούτων καταλύεσθαι. (15) ἀλλὰ πῶς καταλύεται;  
 οὐδεὶς λέγει οὐδὲ παρῆρησιάζεται. ἐγὼ δὲ φράσω:  
 ὅταν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φαύλως ἡγμένοι πολλοὶ  
 20 καὶ ἄποροι καὶ ἄσπλοι καὶ ἀσύντακτοι καὶ μὴ τὰ αὐτὰ  
 γινώσκοντες ᾗτε, καὶ μήτε στρατηγὸς μήτ' ἄλλος μη-  
 δεὶς ὢν ἂν ὑμεῖς ψηφίσασθε φροντίζη, καὶ ταῦτα μη-  
 δεὶς λέγειν ἐθέλη μηδ' ἐπανορθοῖ, μηδ' ὅπως παύσεται  
 τοιαῦτα ὄντα πράττει, ὁ νῦν αἰεὶ συμβαίνει. (16) Καὶ  
 25 ἡ Δία γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἕτεροι λόγοι παρεβρῦθη-  
 κασι πρὸς ὑμᾶς ψευδεῖς, καὶ πολλὰ τὴν πολιτείαν βλά-  
 πτοντες, οἷον « ἐν τοῖς δικαστηρίοις ὑμῖν ἐστὶν ἡ σωτηρία, »  
 καὶ « δεῖ τῆ ψήφῳ τὴν πολιτείαν ὑμᾶς φυλάττειν. »  
 ἐγὼ δ' οἶδ' ὅτι ταῦτα μὲν ὑμῖν τὰ δικαστήρια τῶν  
 171 πρὸς ἀλλήλους δικαίων ἐστὶ κοινά, ἐν δὲ τοῖς ὅπλοις δεῖ  
 κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν, καὶ διὰ τούτων ἐστὶν ἡ σωτηρία  
 τῆς πολιτείας. (17) οὐ γὰρ τὸ ψηφίσασθαι τοῖς ἐν  
 5 τοῖς ὅπλοις ποιήσει τὸ νικᾶν, ἀλλ' οἱ μετὰ τούτων  
 κρατῶντες τοὺς ἐχθροὺς καὶ ψηφίζεσθαι καὶ ἄλλο ὅ τι  
 ἂν βούλησθε ποιεῖν ὑμῖν ἐξουσίαν καὶ ἀδειαν παρα-  
 σκευάζουσι. δεῖ γὰρ ἐν μὲν τοῖς ὅπλοις φοβεροῦς, ἐν  
 δὲ τοῖς δικαστηρίοις φιλανθρώπους εἶναι.  
 10 18. Εἰ δὲ τῷ δοκῶ μείζους ἢ κατ' ἑμαυτὸν λέγειν  
 λόγους· αὐτὸ τοῦτο ὀρθῶς αὐτῶν ἐχει. τὸν γὰρ ὑπὲρ  
 τῆλικαύτης πόλεως βρηθισόμενον λόγον καὶ τοιούτων  
 πραγμάτων παντὸς ἐνὸς τοῦ λέγοντος αἰεὶ μείζω φαί-  
 15 νεσθαι δεῖ, καὶ τῆς ἀξίας τῆς ὑμετέρας ἐγγύς εἶναι, μὴ  
 τῆς τοῦ λέγοντος. ὅτι δ' οὐδεὶς τῶν ὑπ' ὑμῶν τιμωμένων  
 ταύτας λέγει τὰς προφάσεις, ἐγὼ διεξιμι ὑμῖν: (19) οἱ μὲν  
 πρὸς ἀρχαιρεσίας καὶ ταύτην τὴν τάξιν προσιόντες δοῦλοι  
 τῆς ἐπὶ τῷ χειροτονεῖσθαι χάριτος περιέρχονται, τελε-  
 σθῆναι στρατηγὸς ἕκαστος σπουδάζων, οὐκ ἄνδρὸς ἔργων  
 20 οὐδὲν πράξει. εἰ δὲ τις καὶ τοιοῦτός ἐστιν οἷος ἐγ-  
 χειρεῖν ἔργῳ τῷ νῦν μὲν ἡγεῖται τὴν τῆς πόλεως δόξαν  
 ἀφορμὴν ἔχων καὶ τούνομα, τῆς τῶν ἐναντιωσομένων  
 ἐρημίας ἀπολαύων, τὰς ἐλπίδας ὑμῖν ὑποτείνων, ἄλλο  
 δ' οὐδὲν, κληρονομῆσει αὐτὸς τῶν ὑμετέρων ἀγαθῶν,  
 25 ἔπερ ἐστὶν, ἂν δ' ὑμεῖς δι' ὑμῶν αὐτῶν ἕκαστα πράττητε,  
 τὸ ἴσον τοῖς ἄλλοις, ὡς περ τῶν ἔργων αὐτῶν, οὕτω καὶ  
 τῶν ἐκ τούτων ἔξειν. (20) οἱ δὲ πολιτευόμενοι καὶ περὶ  
 ταῦτ' ὄντες, τὸ τὰ βέλτιστα σκοπεῖν ὑμῖν ἀφίντες,  
 172 προσεγγωγήκασι πρὸς τούτους. καὶ πρότερον μὲν κατὰ  
 συμμορίας εἰσεφέρετε, νῦν δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμ-  
 μορίας. βῆτωρ ἡγεμών, καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ  
 καὶ ὁ βοηθόμενος μεθ' ἑκατέρων οἱ τριακόσιοι. οἱ  
 5 δ' ἄλλοι προσενεμήθητε οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δ' ὡς  
 ἐκείνους. τοιγαροῦν ὑμῖν περιεστὶν ἐκ τούτων ὁ δεῖνα  
 χαλκοῦς καὶ ὁ δεῖν' εὐδαιμόν, εἷς ἢ δύο, ὑπὲρ τὴν  
 πόλιν. οἱ δ' ἄλλοι μάρτυρες τῆς τούτων εὐδαιμονίας

dicam), qui talia faciunt, capite mulctandi sunt illi quidem, nec tamen popularis status per talia abrogatur. Rursus remos aliquis surripuit. « flagellandum, torquendum » vociferabantur omnes, abrogari statum popularem dictitantes. Ego vero quid dico? Ea qui faciat, capite mulctandum, æque ut illi qui hoc clamant, sed statum popularem per ea abrogari nego. (15) Sed is quomodo abrogetur, nemo dicit aut palam profiteri audet. ego vero dicam: si vos, Athenienses, male educati multi et inopes et inermes et incompositi et non eodem modo animati estis, et si neque imperator neque quisquam alius decreta vestra curet, et si hæc nemo indicare velit vel corrigat vel ad hæc finienda quidquam faciat, id quod nunc perpetuo accidit. (16) Ac mediusfidius, Athenienses, aliæ orationes falsæ ad vos invectæ sunt et exitiosæ reipublicæ, quales « In judiciis vestra salus sita est » et « Suffragio rempublicam conservare debetis. » Ego vero scio ista iudicia privatis controversiis inter vos dijudicandis esse communia, at hostes armis superandi sunt, et in his consistit salus reipublicæ. (17) Neque enim plebiscitum aliquod comparabit illi qui sunt in armis victoriam, sed ii qui armis hostes superant, efficiunt, ut vos et libere consulare et quicquid voveritis secure agere possitis. nam in armis formidabiles, in judiciis humanos esse decet.

18. Quod si cui grandiora loqui quam pro natura mea videor; hoc ipsum orationum earum justum est. nam oratio, quæ pro tanta urbe talibusque de rebus habetur, semper uno quocunque tandem oratore videri major et ad vestram, non ad dicentis dignitatem prope accedere debet. Quia autem eorum nemo, qui a vobis honorantur, has dicit ejus rei causas, ego vobis exponam: (19) Qui ad comitia creandorum magistratuum et ad eam dignitatem accedunt, servilem in modum circumeunt ad eblandiendum suffragiorum favorem, unusquisque cupiens, ut imperator ipse designetur, non ullum viri fortis faciat opus. Quod si quis etiam talis est, ut aliquid conari audeat; is nunc gloria et nomine urbis nostræ munitus, eorum qui adversentur solitudine fretus, vos bona spe duntaxat lactans neque quicquam aliud agens, se honorum vestrorum tanquam hæreditatem cernere posse existimat, idque verum est. at si per vos melipsos egeritis omnia; se ut operum ipsorum, sic et commodorum quæ illa sequuntur, æquam tantum cum ceteris partem habiturum prævidet. (20) At qui rempublicam gerunt et in eo studio versantur, utilissima vobis deliberandi consuetudine omissa, se cum hisce conjungunt. ac prius quidem secundum classes conferebatis, nunc vero secundum classes rempublicam geritis. orator dux est, et imperator huic obnoxius, et qui vociferentur cum utrisque, trecenti. vos autem reliqui attributi estis alii his, illis alii. ex his igitur rebus hoc consequimini, ut ille stet æreus, ille sit beatus, unus atque alter, republica potentiores. reliqui testes feli

10 κάθησθε, τῆς καθ' ἡμέραν βραθυμίας πολλὴν καὶ με-  
γαλὴν ὑπάρχουσαν ὑμῖν εὐδαιμονίαν τούτοις προϊί-  
μενοι.

21. Καίτοι σκέψασθε, πῶς ἐπὶ τῶν προγόνων ταύτ'  
εἶχεν. οὐ γὰρ ἄλλοτριόεις ὑμῖν παραδείγμασι χρῆσα-  
μένοις ἀλλ' οἰκείοις ἔξεσθ' ἃ προσήκει πράττειν εἰδέναι.

15 ἐκείνοι Θεμιστοκλέα τὸν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν  
στρατηγοῦντα καὶ Μιλτιάδην τὸν ἡγούμενον Μαραθῶνι  
καὶ πολλοὺς ἄλλους, οὐκ ἴσα τοῖς νῦν στρατηγοῖς ἀγαθὰ  
εἰργασμένους, μὰ Δὲ οὐ χαλκοῦς ἴστασαν οὐδ' ὑπερη-

20 γάπων, ἀλλ' ὡς οὐδὲν αὐτῶν κρείττους ὄντας, οὕτως  
ἐτίμων. (21) καὶ γὰρ τοῖς ἔργων οὐδενός, ὃ ἄνδρες  
Ἀθηναῖοι, τῶν τότε ἀπεστέρησαν ἑαυτούς, οὐδ' ἔστιν  
οὐδὲς ὅστις ἂν εἰποι τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν Θε-

μιστοκλέους, ἀλλ' Ἀθηναίων, οὐδὲ τὴν ἐν Μαραθῶνι  
25 μάχην Μιλτιάδου, ἀλλὰ τῆς πολέως. νῦν δὲ πολλοὶ  
τοῦτο λέγουσιν, ὡς Κέρκυραν εἴλε Τιμόθεος καὶ τὴν μό-  
ραν κατέκοψεν Ἴπικράτης καὶ τὴν περὶ Νάξου ναυμα-

30 χίαν ἐνίκα Χαθρίας. δοκεῖτε γὰρ αὐτοὶ τῶν ἔργων  
τούτων παραχωρεῖν τῶν τιμῶν ταῖς ὑπερβολαῖς, αἷς δε-

173 δώκατε ἐπ' αὐτοῖς ἐκάστῳ τούτων. (22) Τὰς μὲν δὴ  
πολιτικὰς δωρεὰς οὕτως ἐκείνοι τε καλῶς ἐνεμον καὶ  
ὑμεῖς οὐκ ὀρθῶς, τὰς δὲ τῶν ξένων πῶς; ἐκείνοι Μένωνι

5 τῷ Φαρσαλίῳ δώδεκα μὲν τάλαντα ἀργυρίου δόντι πρὸς  
τὴν ἐπ' Ἡϊόνι τῇ πρὸς Ἀμφίπολι πόλεμον, διακοσίοις  
δ' ἱππεῦσι, πενήσταις ἰδίοις, βοηθήσαντι, οὐκ ἐψηφι-

σαντο πολιτεῖαν, ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον. (24)  
καὶ πρότερον τούτου Περδίκκῃ τῇ κατὰ τὴν τοῦ βαρ-

10 θάρου ποτὲ ἐπιστρατεῖαν βασιλεύοντι Μακεδονίας, τοὺς  
ἀναχωροῦντας ἐκ Πλαταιῶν τῶν βαρβάρων ἀπὸ τῆς  
ἤττης διαφθείραντι καὶ τέλειον τάτύχημα ποιήσαντι τῷ  
βασίλει, οὐκ ἐψηφίσαντο πολιτεῖαν, ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδω-

15 αὐτῶν πατρίδα ἡγούμενοι καὶ πάσης μεῖζονα εὐεργεσίας.  
νῦν δ', ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φθόρους ἀνθρώπους, οἰκο-  
τρίβων οἰκότριβας, τιμὴν ὥσπερ ἄλλου τοῦ τῶν ὠνίων  
λαμβάνοντες, ποιεῖσθε πολίτας. (25) Ταῦτα δ' ὑμῖν ἐπε-

20 λήλυθε πράττειν οὐχ ὅτι τὰς φύσεις χείρους ἐστὲ τῶν προ-  
γόνων, ἀλλ' ὅτι τοῖς μὲν ἐφ' ἑαυτοῖς παρεστῆκει μέγα  
φρονεῖν, ὑμῶν δ', ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περιήρηται τοῦτο.  
ἔστι δ' οὐδέποτε, οἶμαι, δυνατὸν μικρὰ καὶ φαῦλα πράτ-

25 λασσάμενα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν, ὥσπερ οὐδὲ  
λαμπρὰ καὶ καλὰ πράττοντας μικρὸν καὶ ταπεινὸν φρο-  
νεῖν. ὅποι' ἄττα γὰρ ἂν τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀν-  
θρώπων ἦ, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημ' εἶχειν.

174 26. Σκέψασθε δὲ, ἃ τις κεφάλαια ἂν ἔχοι τῶν πραγμά-  
των εἰπεῖν, ἢν' ἀκούσαντες τῶν τε ἐκείνοις ὑπεπραγμέ-  
νων καὶ τῶν ὑμῖν, — ἂν ἄρ' ὑμῶν αὐτῶν ἀλλ' ἐκ τούτων  
γε δύνησθε γενέσθαι κρείττους. πέντε μὲν τοίνυν καὶ  
τετταράκοντα ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἦρξαν ἐκόντων ἐκείνοι,

5 πλείω δ' ἢ μύρια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνήγαγον,  
πολλὰ δὲ καὶ καλὰ καὶ περὶ καὶ ναυμαχοῦντες ἔστησαν  
τρόπαια, ἐφ' οἷς ἔτι καὶ νῦν ἡμεῖς φιλοτιμούμεθα.  
καίτοι νομίζετε αὐτοὺς ταῦτα σῆσαι οὐχ ἵνα θαυμάζω-

citatis horum sedetis, et ut ignaviae vestrae indulgere pos-  
sitis, multas et magnas opes ac gloriam, quae in vestris  
manibus sunt, abjicitis atque istis conceditis.

21. Atqui considerate, quo in loco haec apud majores fue-  
rint. nam quae agenda sint, non alienis exemplis, sed dome-  
sticis usi cognoscatis licet. Illi Themistoclem, cujus ductu

navale praelium ad Salaminem commissum est, et Militia-  
dem Marathoniae pugnae ducem multosque alios, qui res  
longe clariore et utiliore quam hi nostri duces gesserant,

per Jovem non aereos statuebant nec supra modum adama-  
bant, sed ut qui nulla re populo praestantiores essent, sic  
afficiebant honoribus. (21) Etenim nullius illorum facino-

rum gloria, Athenienses, se fraudabant, neque quisquam  
est qui navale praelium ad Salaminem Themistoclis esse  
dicat, sed Atheniensem, aut Marathoniam pugnam Militia-

dis, sed civitatis. nunc vero multi ita loquuntur: « Cor-  
« cyram cepit Timotheus, » et « Moram cecidit Iphicrates, »  
et « Navale ad Narum praelium vicit Chabrias. » ipsi

enim videmini propter honorum magnitudinem, quos pro-  
pterea ducibus decrevistis, rerum gestarum gloria illis ce-  
dere. (22) Civilia igitur dona sic illi pulcre largiebantur,

et vos non recte, peregrina vero munera quomodo? illi  
Menoni Pharsalio, qui duodecim argenti talenta in bellum  
gestum apud Eionem Amphipoli vicinam suppeditarat et

ducentos [?] equites, penestas suos, suppetias miserat, non  
civitatem decreverunt, sed immunitatem tantum dederunt.  
(24) et ante hunc Perdicas, qui, quo tempore barbarus

olim in Graeciam invaserat, rex Macedoniae erat et bar-  
barus, qui post acceptam cladem Plateis recedebant, dele-  
verat et regi Persarum integram illam stragem fecerat, non

civitatem decreverunt, sed immunitatem tantum dederunt,  
magnam et praeclearam nimirum et venerabilem suam pa-  
triam existimantes, et quovis majorem beneficio. Nunc vero,

Athenienses, homines perditos, aervos servis genitos, ac-  
cepto tanquam pro aliis mercibus pretio, cives facitis. (25)  
Et haec vobis agere visum est non quod deterioribus sitis

ingeniis quam majores vestri, sed quod illi ipsi de se praec-  
clare senserunt, vobis autem, Athenienses, id ereptum est.  
Atqui fieri nunquam profecto potest, ut parvis et vilibus

rebus occupati magnos et generosos spiritus concipiant,  
quemadmodum vicissim natura non fert, ut praeclearis et  
splendidis negotiis dediti animos pusillos habeant et abjectos.

nam quaeque hominum studia sunt, talibus eos animis  
etiam esse necesse est.

26. Considerate quae, quo in loco enumerari possint  
rerum, ut vos audientes quae illi gesserunt et quae vos  
geritis — si forte vobis ipsis saltem ex his meliores fieri

possitis. Illi igitur annos quinque et quadraginta Graecis  
volentibus imperarunt, amplius decies mille talenta in ar-  
cem congesserunt, multa et praecleara, terra marique pu-

gnantes, tropaea erexerunt, quae etiam nunc laudi nobis  
ducimus. Atqui putare debetis illos ea erexisse, non ut  
nos illa spectantes tantum admiraremur, sed ut etiam vir-

μεν μόνον ἡμεῖς θεωροῦντες αὐτὰ, ἀλλ' ἵνα καὶ μιμώ-  
 μεθα τὰς τῶν ἀναθέντων ἀρετάς. (27) Ἐκείνοι μὲν δὲ  
 10 ταῦτα, ἡμεῖς δ', ὅσης ἀπαντες ὄρατε ἐρημίας ἐπιλημ-  
 μένοι, σκέψασθε εἰ παραπλήσια. οὐ πλείω μὲν ἢ χίλια  
 καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνήλωται μάτην εἰς τοὺς τῶν  
 Ἑλλήνων ἀπόρους, ἐξανήλωνται δὲ οἱ τε ἴδιοι πάντες  
 15 οἴκοι καὶ τὰ κοινὰ τῇ πόλει καὶ τὰ παρὰ τῶν συμμά-  
 χων, οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα,  
 οὔτοι νῦν ἐν τῇ εἰρήνῃ ἀπολώλασιν; (28) « Ἀλλὰ νῆ Δία  
 ταῦτα μόνον τότε εἶχε βέλτιον ἢ νῦν, τὰ δ' ἄλλα χεί-  
 20 ρον. » Παλλοῦ γε καὶ δεῖ, ἀλλ' ὅτι βούλεσθε, ἐξετά-  
 σωμεν. οἰκοδομήματα μὲν γε καὶ κόσμον τῆς πόλεως,  
 ἱερῶν καὶ λιμένων καὶ τῶν ἀκολούθων τούτοις τοιοῦτον  
 καὶ τοσοῦτον κατέλιπον ἐκείνοι, ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγι-  
 γνομένων ὑπερβολὴν λελεῖσθαι. προπύλαια ταῦτα,  
 25 νεώσοικοι, στοαί, τᾶλλα οὓς ἐκείνοι κοσμήσαντες τὴν  
 πόλιν ἡμῖν παρέδωκαν. (29) τὰς δ' ἰδίας οἰκίας τῶν  
 ἐν δυνάμει γενομένων οὕτω μετριάς καὶ τῷ τῆς πολι-  
 τείας ὀνόματι ἀκολούθους, ὥστε τὴν Θεμιστοκλέους καὶ  
 τὴν Κίμωνος καὶ τὴν Ἀρισταίδου καὶ τῶν τότε λαμπρῶν  
 30 οὐκίαν, εἰ τις ἀρ' ὑμῶν οἶδεν ἔποκα ποτ' ἔστιν, ὄρα τῆς  
 τῶν γέτονος οὐδὲν σεμαντέραν οὐσαν. (30) νῦν δ', ὡ  
 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δημοσίᾳ μὲν ἢ πόλις ἡμῶν τὰς ὁδοὺς  
 ἀγαπᾷ κατασκευάζουσα καὶ κρήνας καὶ κονιάματα καὶ  
 5 λήρους (καὶ οὐ τοῖς εἰσηγησαμένοις τοῦτ' ἐπιτιμῶ, πολ-  
 λοῦ γε καὶ δέω, ἀλλ' ὑμῖν, εἰ ταῦτα ἱκανὰ ὑμῖν αὐτοῖς  
 ὑπολαμβάνετε εἶναι διοικεῖν), ἰδία δ' οἱ τῶν κοινῶν ἐπὶ  
 τῷ γεγενημένοι οἱ μὲν τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων  
 10 σεμαντέρας τὰς ἰδίας οἰκίας κατασκευάσασιν, οὐ μόνον  
 τῶν πολλῶν ὑπερηφανωτέρας, οἱ δὲ γῆν συνεωνημένοι  
 γεωργοῦσιν, ὅσην οὐδ' ἄναρ ἤλπισαν πώποτε. (31) Τού-  
 των δ' αἴτιον ἀπάντων, ὅτι τότε μὲν ὁ δῆμος δεσπότης  
 15 ἦν καὶ κύριος ἀπάντων, καὶ ἀγαπητὸν ἦν παρ' ἐκείνου  
 τῶν ἄλλων ἐκάστω καὶ τιμῆς καὶ ἀρχῆς καὶ ἀγαθοῦ τι-  
 νὸς μεταλαμβάνειν, νῦν δὲ τούναντιον κύριοι μὲν τῶν  
 ἀγαθῶν οὔτοι, καὶ διὰ τούτων ἀπαντα πράττεται, ὁ δὲ  
 δῆμος ἐν ὑπηρετοῦ καὶ προσθήκης μέρει, καὶ ἡμεῖς ἀγα-  
 20 πᾶτε ἂν οὔτοι μεταδιῶσι λαμβάνοντες.

32. Τοιγαροῦν ἐκ τούτων τοιαῦτα τὰ πράγματα τῆς  
 πόλεως ἔστιν, ὥστε, εἰ τις ἀναγνοῖη τὰ ψηφίσματα ὑμῶν  
 καὶ τὰς πράξεις ἐφεξῆς διέλθοι, οὐδ' ἂν εἴς πιστεύσαι  
 τῶν αὐτῶν εἶναι ταῦτα κάκεινα. οἷον ἂ πρὸς τοὺς  
 25 καταράτους Μεγαρέας ἐψηφίσασθε ἀποτεμονομένους τὴν  
 ὄργαδα, ἐξίεναι, κωλύειν, μὴ ἐπιτρέπειν. ἂ πρὸς Φλια-  
 σίους, ὅτε ἐξέπεσον τὸ ἐναγχος, βοηθεῖν, μὴ ἐπιτρέπειν  
 τοῖς σφαγῦσι. τῶν ἐν Πελοποννήσῳ τοὺς βουλομένων  
 παρακαλεῖν. (32) ἀπαντα καλά, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,  
 30 ταῦτα καὶ δίκαια καὶ τῆς πόλεως ἀξία, τὰ ἔργα δὲ τὰ ἀπὸ  
 τούτων οὐδαμῶ. οὐκοῦν τὴν μὲν ἀπέχθειαν διὰ τῶν  
 ψηφισμάτων ἐκφέρεσθε, τῶν δ' ἔργων οὐδενὸς κύριοι  
 5 γίγεσθε. τὰ μὲν γὰρ ψηφίσματα πρὸς τὸ τῆς πόλεως  
 ἀξίωμα ψηφίζεσθε, τὴν δύναμιν δ' οὐκ ἀκολουθοῦν ὧν  
 ψηφίζεσθε ἔχετε. (34) Ἐγὼ δὲ παραινέσαιμ' ἂν ὑμῖν  
 (καὶ μοι μηδὲν ὀργισθῆτε) ἑλαττον φρονεῖν καὶ τὰ ἡμέ-

tutes eorum, a quibus consecrata sunt, imitaremur. (27)  
 Et illi quidem hæc, nos vero tantam nacti solitudinem,  
 quantam videtis omnes, considerate an similia. An non  
 amplius mille et quingenta talenta in Græcorum mendicos  
 frustra profudimus? an non et privatæ opes omnes et  
 serarium, et quæ a sociis conferuntur, sunt exhausta? an  
 non quos in bello socios nobis adjunximus, hi nunc pacis  
 tempore perierunt? (28) « At hæc sola scilicet tunc meliora  
 « fuere quam nunc, cetera vero deteriora. » Plurimum certe  
 abest. Age examinemus, quia vultis. Edificia igitur et  
 ornamenta urbis, templorum et portuum et quæ sunt ejus  
 generis alia, tot et tanta illi reliquerunt, ut ad eorum excel-  
 lentiam nihil possit posteritas addere. sunt propylæa hæc,  
 navalia, porticus, et reliqua, quibus illi urbem nobis exor-  
 natam tradiderunt. (29) Privatas vero procerum illius  
 temporis aedes ita moderatas et nomini popularis status  
 congruentes, ut si quis vestram Themistoclis et Cimonis et  
 Aristidis et ceterorum ejus ætatis illustrium hominum do-  
 mos novit, nihilo vicinis magnificentiores esse videat. (30)  
 Nunc vero, Athenienses, urbi nostræ satis est, publice re-  
 ficere vias et fontes et tectorio inducere parietis, et simili-  
 bus nugis occupari. neque vero hujus rei auctores repre-  
 hendo, nequaquam id facio, sed vos, si his procurandis vos  
 officio functos putatis. At privatim, qui publicum aliquod  
 munus administrarunt, partim publicis aedificiis privatas  
 aedes magnificentiores substruxerunt, non modo plebeis su-  
 periores, partim tot fundos coemptos colunt, quot ne per  
 somnium quidem unquam speraverant. (31) Harum autem  
 rerum omnium causa est, quod olim populus universorum  
 dominus et auctor erat, ceterique bene secum agi putabant,  
 si is honorem, magistratum aut aliquid aliud beneficium  
 impertiretur. Nunc contra fit. isti omnes opes in sua  
 potestate habent, et istorum auspiciis geruntur omnia, sed  
 populus ministri et additamenti locum obtinet, vobisque  
 satis est accipere, quæ isti impertierint.

32. Proinde ex his talis status civitatis factus est, ut si  
 quis decreta vestra legat et acta ordine percurrat, nemo  
 credere possit eorundem hominum esse hæc et illa. velut  
 sunt, quæ contra Megarenses nefarios decrevistis, quum  
 terram consecratam vindicarent et excolerent, exeundum  
 esse, prohibendum, non concedendum. et de Phliasiiis,  
 quum nuper patria pellerentur, opem ferendam, non permit-  
 tendos crudelitati carnificum, a Peloponnesiis auxilia, si qui  
 juvare vellent, accersenda, (33) universa hæc, Athenienses,  
 præclara sunt et justa et e dignitate reipublicæ, at facta  
 secuta nihili. Inimicitias igitur per decreta denunciatis, nul-  
 lius autem rei gerendæ potestas vobis datur. Decernitis  
 enim ea quæ urbe digna sunt, at vires non habetis ad ea  
 quæ decrevistis exsequenda. (34) Ego vero vobis susserim  
 (sed in optimam partem accipietis), ut minus habeatis ani-

τερα αὐτῶν ἀγαπᾶν πράττοντας, ἢ μεῖζω δύναμιν πα-  
 10 ρασκευάζεσθαι. εἰ μὲν οὖν Σιφνίοις ἢ Κυθνίοις ἢ τισὶν  
 ἄλλοις τοιοῦτοις οὕσι συνήδεν ὑμῖν· ἔλαττον φρονεῖν  
 συνεβούλευον ἂν. ἐπειδὴ δ' ἔστ' Ἀθηναῖοι, τὸ τὴν  
 δύναμιν παρασκευάσασθαι παραινῶ. αἰσχρὸν γάρ, ὧ  
 15 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, αἰσχρὸν λιπεῖν τὴν τοῦ φρονήματος  
 τάξιν, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι παρέδωκαν. (36) πρὸς δὲ  
 τούτοις οὐδ' ἔστιν ἐφ' ὑμῖν, οὐδ' ἂν ἀποστῆναι τῶν Ἑλ-  
 ληνικῶν βούλησθε. πολλὰ γὰρ ὑμῖν ἐκ παντὸς τοῦ  
 χρόνου πέπρακται, καὶ τοὺς μὲν φίλους τοὺς ὑπάρχοντας  
 20 αἰσχρὸν προέσθαι, τοῖς δ' οὖσιν ἐχθροῖς οὐκ ἐνὶ πιστεῦσαι  
 καὶ μεγάλους ἔβσαι γενέσθαι. ὅλωσ' ὅσπερ οἱ πολι-  
 τεύόμενοι πεπόνθασιν πρὸς ὑμᾶς, οὐκ ἔνεστ' αὐτοῖς, ὅταν  
 βούλωνται, παύσασθαι, τοῦτο καὶ ὑμῖν περιέστηκε.  
 πεπολίτευσθε γὰρ ἐν τοῖς Ἑλλησιν.

36. Ἔστι δ', ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κεφάλαιον ἀπάντων  
 25 τῶν εἰρημῶν : οὐδέποθ' ὑμᾶς οἱ λέγοντες οὔτε πονη-  
 ροὺς οὔτε χρηστοὺς ποιοῦσιν, ἀλλ' ὑμεῖς τούτους, ὁπότερ'  
 ἂν βούλησθε. οὐ γὰρ ὑμεῖς ὧν οὗτοι βούλονται στοχάζε-  
 σεσθε, ἀλλ' οὗτοι ὧν ἂν ὑμᾶς ἐπιθυμῆτε ὄντων. ὑμᾶς  
 οὖν ὑπάρξει δεῖ χρῆσθαι βουλομένων, καὶ πάνθ' ἔξει  
 177 καλῶς. ἢ γὰρ οὐδεὶς ἐρεῖ φαῦλον οὐδέν, ἢ οὐδὲν  
 αὐτῷ πλεόν ἔσται μὴ ἔχοντι τοὺς πεισομένους.

14.

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΠΕΡΙ ΣΥΜΜΟΡΙΩΝ.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Φήμης γενομένης τὸν Περσῶν βασιλέα παρασκευάζεσθαι  
 στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Ἑλληνας, ὁ μὲν τῶν Ἀθηναίων δῆμος καὶ  
 κελίηται καὶ συγκαλεῖν ὤρμηται τοὺς Ἑλληνας καὶ τὸν πόλε-  
 5 μον ἐκφέρειν ἤδη, ὁ δὲ Δημοσθένης συμβουλεύει μὴ προεξάνι-  
 στασθαι, ἀλλὰ ἀναμένειν τὸν βασιλέα νεωτέρισαι. νῦν μὲν  
 γάρ, φησὶν, οὐ πείσομεν τοὺς Ἑλληνας συμμαχεῖν ἡμῖν, ἐπ'  
 ἀδείας εἶναι δοκοῦντας, τότε δὲ αὐτοὺς ὁ κίνδυνος αὐτὸς συ-  
 10 στήσεται. παραινεῖ τοίνυν ἠσυχάζοντας συντάξασθαι καὶ πρὸς  
 τὸν πόλεμον παρασκευάσασθαι, καὶ δὴ καὶ διέξεισιν ἐν τρόπῳ  
 ἂν συνταχθεῖεν. ὅθεν καὶ περὶ συμμοριῶν ὁ λόγος ἐπιγράφε-  
 ται. συμμορία γὰρ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς τὸ τῶν λειτουργούντων  
 σύνταγμα.

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΠΕΡΙ ΣΥΜΜΟΡΙΩΝ.

178 1. Οἱ μὲν ἔπαινοῦντες, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς  
 προγόνους ὑμῶν λόγον εἰπεῖν μοι δοκοῦσι προαιρεῖσθαι  
 κεχαρισμένον, οὐ μὴν συμφέροντά γ' ἐκείνοις οὐδ' ἐγκω-  
 μιμάζουσι ποιεῖν. περὶ γὰρ πραγμάτων ἐγχειροῦντες  
 λέγειν, ὧν οὐδ' ἂν εἰς ἀξίως ἐφικέσθαι τῷ λόγῳ δύναίτο,

morum, vestris negotiis agendis contenti, aut majores vires  
 comparetis. Quod si vos Siphnios aut Cythnios, aut alios  
 ejus esse generis scirem; hortarer ad animos demittendos.  
 sed quum Athenienses sitis; auctor sum ut vires comparetis.  
 turpe enim, Athenienses, turpe est magnanimitatis eum  
 ordinem deserere, quem vobis majores tradiderunt. (35)  
 Præterea ne est quidem vestri arbitrii, etiam si velitis, Græcorum  
 res deserere. multa enim ab omni ævo gessistis, nec  
 veteres amicos projicere honestum est, nec præsentibus  
 hostibus confidere aut crescendi copiam dare licet. omnino  
 idem vobis usuvenit, quod his qui apud vos ad gerendam  
 rempublicam accesserunt: non licet iis, quum velint, re-  
 cedere. rempublicam enim inter Græcos gessistis.

36. Caput est autem, Athenienses, horum quæ diximus  
 omnium: Oratores vos nunquam neque probos faciant ne-  
 que improbos, sed vos illos tales, quales volueritis. neque  
 enim vos ad illorum voluntatem vos accommodatis, sed illi  
 vestris cupiditatibus blandiri student. vos igitur principes  
 esse decet in rebus bonis expetendis, et omnia recte erunt.  
 aut enim nemo quicquam mali dicet, aut frustra dicet, quum  
 qui auscultent non sit habiturus.

14.

## DEMOSTHENIS DE CLASSIBUS ORATIO.

LIBANII ARGUMENTUM.

Orto rumore Persarum regem expeditionem moliri adversus  
 Græcos, populus Atheniensis et tumultuatur et convocare  
 Græcos et bellum statim inferre properat, Demosthenes autem  
 suadet, ne ipsi priores insurgant, sed ut exspectent dum rex  
 novi quid conetur. nunc enim, inquit, non persuadebimus  
 Græcis, ut socia nobiscum arma jungant, quum in tuto adhuc  
 sibi esse videantur, tum vero periculum ipsum eos nobiscum  
 conjunget. monet igitur, ut quiescat se instruant et ad bellum  
 parent, atque etiam commemorat, quæ debeat esse ratio in-  
 structionis. Unde περὶ συμμοριῶν oratio inscribitur. nam  
 apud Atticos συμμορία cætus et ordo eorum est, qui munera  
 publica obeunt.

## DEMOSTHENIS DE CLASSIBUS ORATIO.

1. Qui majores vestros laudant, Athenienses, instituere  
 mihi videntur orationem auditu jucundam, non ea tamen  
 agere quæ illis prosint quos celebrant. nam quum iis de  
 rebus dicere conentur, quas ne unus quidem pro dignitate  
 possit dicendo æquare, ipsi quidem eloquentiæ gloriam au-



αὐτοὶ μὲν τοῦ δοκεῖν δύνασθαι λέγειν δόξαν ἐκφέρονται, τὴν δ' ἐκείνων ἀρετὴν ἐλάττω τῆς ὑπειλημμένης παρὰ τοῖς ἀκούουσι φαίνεσθαι ποιοῦσιν. ἐγὼ δ' ἐκείνων μὲν ἔπεινον τὸν χρόνον ἡγοῦμαι μέγιστον, οὗ πολλοῦ γεγεννημένου μεῖζω τῶν ὑπ' ἐκείνων πραγθέντων οὐδένες ἄλλοι παραδείξασθαι δεδύνηται. (2) αὐτὸς δὲ πειράσσομαι τὸν τρόπον εἰπεῖν ὃν ἂν μοι δοκεῖτε μάλιστα δύνασθαι παρασκευάσασθαι. καὶ γὰρ οὕτως ἔχει: εἰ 15 μὲν ἡμεῖς ἅπαντες οἱ μέλλοντες λέγειν δεινοὶ φανεῖν ὄντες· οὐδὲν ἂν τὰ ὑμέτερα εἰ οἶδ' ὅτι βέλτιον σχοίη. εἰ δὲ παρελθὼν εἰς δεξιῶν δύναίτο διδάξαι καὶ πείσαι τις παρασκευὴ καὶ πόση καὶ πόθεν πορισθεῖσα χρήσιμος ἔσται τῇ πόλει· πᾶς ὁ κερῶν φόβος λελύσεται. 20 ἐγὼ δὲ τοῦτ', ἂν ἄρ' οἷός τε ᾧ, πειράσσομαι ποιῆσαι, μικρὰ προειπὼν ὑμῖν ὡς ἔχω γνώμης περὶ τῶν πρὸς τὸν βασιλεία.

2. Ἐγὼ νομίζω κοινὸν ἐχθρὸν ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων εἶναι βασιλεία, οὐ μὴν διὰ τοῦτο παραινέσαιμ' ἂν 25 μόνους τῶν ἄλλων ὑμῖν πόλεμον πρὸς αὐτὸν αἰρεῖσθαι. 179 οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς τοὺς Ἑλληνας ὄρω κοινούς ἀλλήλους ὄντας φίλους, ἀλλ' ἐνίοις ἐκείνων πιστευόντας ἢ τισιν αὐτῶν. ἐκ δὲ τῶν τοιοῦτων νομίζω συμφέρειν ὑμῖν τὴν μὲν ἀρχὴν τοῦ πολέμου ζητεῖν, ὅπως ἴση 5 καὶ δικαία γενήσεται, παρασκευάζεσθαι δ' ἂ προσήκει πάντα, καὶ τοῦθ' ὑποκείσθαι [τῇ γνώμῃ]. (4) ἡγοῦμαι γάρ, ᾧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς Ἑλληνας, εἰ μὲν ἑναργές τι γίγνοιτο καὶ σαφές ὡς βασιλεὺς αὐτοῖς ἐπι- 10 χειρεῖ, καὶ συμμαχῆσαι καὶ χάριν μεγάλην ἔχειν τοῖς πρὸ αὐτῶν καὶ μετ' αὐτῶν ἐκείνων ἀμυνομένοις. εἰ δ' ἔτι ἀδήλου τούτου καθεστῆχότος προαπεχθισόμεθα ἡμεῖς δέδια, ᾧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ τούτοις μετ' ἐκείνου πολεμεῖν ἀναγκασθῶμεν, ὑπὲρ ἧν προνοούμεθα. 15 (5) ὁ μὲν γὰρ ἐπισχῶν ὢν ὄρμηκεν, εἰ ἄρ' ἐγχειρεῖν ἔγνωκε τοῖς Ἑλλησι, χρήματα δώσει τισιν αὐτῶν καὶ φιλίαν προτενεῖται, οἱ δὲ τοὺς ἰδίους πολέμους ἐπανορθῶσαι βουλόμενοι καὶ τοῦτον τὸν νοῦν ἔχοντες τὴν κοινὴν ἁπάντων σωτηρίαν παρόψονται. εἰς δὲ τὴν 20 παρασχὴν ταύτην καὶ τὴν ἀγνωμοσύνην παραινῶ μὴ προκαθεῖναι τὴν πόλιν ἡμῶν. (6) οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἀπ' Ἰσθμοῦ ὄρω τοῖς τ' ἄλλοις Ἑλλησι καὶ ὑμῖν περὶ τῶν πρὸς τὸν βασιλεία τὴν βουλήν οὔσαν, ἀλλ' ἐκείνων μὲν πολλοῖς ἐνδέχεσθαι μοι δοκεῖ τῶν ἰδίων τι συμφερόντων διοικου- 25 μένοις τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἀμελεῖσθαι, ὑμῖν δ' οὐδ' ἀδικουμένοις παρὰ τῶν ἀδικούντων καλὸν ἔστι λαθεῖν ταύτην τὴν δίκην, εἶσαι τινας αὐτῶν ὑπὸ τῶν βαρβάρων γενέσθαι. (7) Ὅτε δ' οὕτω ταῦτ' ἔχει· σκεπτέον ὅπως μὴθ' ἡμεῖς ἐν τῷ πολέμῳ γενησόμεθα οὐκ ἴσοι, μὴτ' 180 ἐκείνος ὃν ἡμεῖς ἐπιβουλεύειν ἡγοῦμεθα τοῖς Ἑλλησι τὴν τοῦ φίλου αὐτοῖς δοκεῖν εἶναι πίστιν λήψεται. Πῶς οὖν ταῦτ' ἔσται; ἂν ἡ μὲν δύναμις τῆς πόλεως ἐξητασμένη καὶ παρασκευασμένη πᾶσιν ἢ φανερά, φαίνεται 5 δὲ δίκαια φρονεῖν ἐπὶ ταύτῃ τῇ προαιρέσει. (8) Τοῖς δὲ θρασυνομένοις καὶ σφόδρα ἐτοίμως πολεμεῖν κελεύουσιν ἐκείνο λέγω, ὅτι οὐκ ἔστι χαλεπὸν οὐδ' ἔταν βου-

ferunt, illorum autem virtus minor videtur auditoribus, quam putatur. Ego vero laudationem eorum maximam puto tempus, quod quum multum intercesserit, rebus illorum gestis majora nulli alii proferre potuerunt. (2) Ipse autem rationem explicare conabor, qua vos optime instructos fore censeam. etenim res ita se habet: Si nos omnes qui verba facturi sumus, eloquentes esse constaret, nihilo res vestrae, satis scio, essent meliores. sed si unus, quicumque tandem, progressus docere posset et suadere, quae instructio et quanta, et unde comparata nunc profutura esset reipublicae; omnis hic metus solutus erit. Quod ego, si modo potero, dabo operam ut faciam, pauca praefatus apud vos, quid de regio negotio sentiam.

3. Ego existimo communem hostem omnium Graecorum esse regem Persarum, non tamen propterea suaserim, soli omnium vos ut bellum contra eum eligatis. neque enim ipsos Graecos video ex aequo inter se esse amicos, sed nonnullos magis illi fidere quam quibusdam suorum. Jam quum haec ita sicut, e re vestra esse censeo studere ut aequum et justum belli initium capiat, apparari autem, quae convenit, omnia et hoc constitutum esse [animo]. (4) Arbitror enim, Athenienses, Graecos, si declaretur et perspicuum fiat fore ut rex ipsos aggrediatur, et adiutores et magnam gratiam habituros iis qui pro ipsis et cum ipsis regem ulciscantur. sin autem, dum id obscurum adhuc est, nos auctores inimicitiarum exstiterimus; vereor, Athenienses, ne hos cum illo conjunctos propulsare cogamur, quibus consultum volumus. (5) Is enim represso impetu suo (si tamen invadere Graecos instituit) largitionibus eorum aliquos corruptet et amicitiam simulabit, illi privata bella corrigere volent et, dum hoc animo erunt, communem omnium salutem negligent. in eum autem tumultum et amentiam moneo ne precipitetis urbem nostram. (6) Neque enim eandem vobis in regio negotio deliberationem, quam aliis Graecis, esse video, sed multis illorum mihi videtur licere privati alicujus emolumentum causa negligere ceteros Graecos, vobis autem ne affectis quidem injuria honestum est has de sententibus sumere poenas, ut eorum aliquos a barbaro subigi patiamini. (7) Quae quum ita sint; providendum, ne et nos in bello simus impares et is quem nos Graecis insidiari putamus, ita se insinuet, ut fidus illis esse videatur. Quomodo igitur haec curanda erunt? Si copiae reipublicae delectae et instructae, omnibus conspicuae fuerint, atque apparuerit eam justa censere in hoc consilio. (8) Fercibus autem et nimis expedite ad bellum impellentibus illud dico: non esse difficile, neque quum deliberandum est, fortitudinis opinio-

λέεσθαι δέη, δόξαν ἀνδρείας λαβεῖν, οὐθ' ὅταν κίνδυνός  
 τις ἐγγύς ᾖ, δεινὸν εἰπεῖν φανῆναι, ἀλλ' ἐκείνο καὶ  
 10 χαλεπὸν καὶ προσῆχον, ἐπὶ μὲν τῶν κινδύνων τὴν ἀν-  
 δρειαν ἐνδείκνυσθαι, ἐν δὲ τῷ συμβουλευεῖν φρονιμώτερα  
 τῶν ἄλλων εἰπεῖν ἔχειν. (9) Ἐγὼ δ', ὡς ἄνδρες Ἀθη-  
 ναῖοι, νομίζω τὸν μὲν πόλεμον τὸν πρὸς βασιλέα χαλε-  
 πὸν τῇ πόλει, τὸν δ' ἀγῶνα τὸν ἐκ τοῦ πολέμου συμβῆ-  
 15 ναι βράδιον ἄν. διὰ τί; ὅτι τοὺς μὲν πολέμους ἅπαντας  
 ἀναγκαίως ἠγοῦμαι τριήρων καὶ χρημάτων καὶ τόπων  
 δεῖσθαι, ταῦτα δὲ πάντα ἀφρονώτερα ἐκείνων ἔχοντα  
 ἡμῶν εὐρίσκω, τοὺς δ' ἀγῶνας οὐδενὸς οὕτω τῶν ἄλλων  
 20 ὄρω δεομένους ὡς ἀνδρῶν ἀγαθῶν, τούτους δ' ἡμῖν καὶ  
 τοῖς μεθ' ἡμῶν κινδυνεύουσι πλείους ὑπάρχειν νομίζω.  
 (10) Τὸν δὲ πόλεμον διὰ ταῦτα παραινῶ μὴδ' ἐξ  
 ἑνὸς τρόπου προτέρους ἀνελεῖσθαι, ἐπὶ δὲ τὸν ἀγῶν' ὀρ-  
 θῶς φημι παρεσκευασμένους ὑπάρχειν χρῆναι. εἰ μὲν  
 25 οὖν ἕτερός τις τρόπος ἦν δυνάμεως ᾧ τοὺς βαρβάρους  
 οἶόν τε ἦν ἀμύνασθαι, ἕτερος δὲ τις ᾧ τοὺς Ἕλληνας·  
 εἰκότως ἂν ἴσως φανεροὶ πρὸς ἐκείνους ἐγγιγνόμεθ' ἀντι-  
 ταττόμενοι. (11) ἐπεὶ δὲ πάσης ἐστὶ παρασκευῆς ὁ  
 αὐτὸς τρόπος καὶ δεῖ τὰ αὐτὰ εἶναι κεφάλαια τῆς δυνά-  
 181 μως, τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνεσθαι δύνασθαι, τοῖς οὖσι  
 συμμάχοις βοηθεῖν, τὰ ὑπάρχοντ' ἀγαθὰ σώζειν· τί  
 τοὺς ὀμολογῶντας ἐχθροὺς ἔχοντες ἐτέρους ζητοῦμεν;  
 ἀλλὰ παρεσκευασώμεθα μὲν πρὸς αὐτούς, ἀμυνώμεθα  
 5 δὲ κακείνους, ἐὰν ἡμεῖς ἀδικεῖν ἐπιχειρήσῃ. (12) Καὶ νῦν  
 μὲν καλεῖτε πρὸς ὑμᾶς αὐτούς τοὺς Ἕλληνας. ἐὰν δὲ ἂ  
 κελεύουσιν οὗτοι μὴ ποιῆτε, οὐχ ἡδέως ἐνίαν ὑμῖν  
 ἔχόντων πῶς χρῆ προσδοκᾶν τινὰ ὑπακούσεισθαι; ὅτι  
 10 νῆ Δι' ἀκούσονται παρ' ὑμῶν ὡς ἐπιβουλεύει βασιλεὺς  
 αὐτοῖς. αὐτοὺς δ' οὐ προσῶν, ὡς πρὸς τοῦ Διός,  
 οἴεσθε τοῦτο; ἐγὼ μὲν γὰρ οἴομαι. ἀλλ' οὕτω μείζων  
 οὐτός ἐσθ' ὁ φόβος τῶν πρὸς ὑμᾶς καὶ πρὸς ἀλλήλους  
 ἐνίοις διαφορῶν. οὐδὲν οὖν ἀλλ' ἢ βαψφδήσουσιν οἱ  
 15 πρέσβεις περιμόντες. (13) τότε δέ, ἂν ἅρα ἂ νῦν οἴομεθ'  
 ἡμεῖς πράττειται, οὐδεὶς δήπου τῶν πάντων Ἑλλήνων  
 τηλικούτων ἐφ' ἑαυτῶ φρονεῖ, ὅστις ὄρων ὑμῖν χιλίους  
 ἱππέας, ὀπλίτας δὲ ὅσους ἂν ἐθέλη τις, ναῦς δὲ τρια-  
 20 κοσίας, οὐχ ἤξει καὶ δεήσεται, μετὰ τούτων ἀσφαλέ-  
 σται ἂν ἠγοούμενος σωθῆναι. οὐκοῦν ἐκ μὲν τοῦ καλεῖν  
 ἤδη τὸ δεῖσθαι, κἂν μὴ τύχητε ἀφαιμαρτεῖν, ἐκ δὲ τοῦ  
 μετὰ τοῦ παρεσκευασθαι τὰ ὑμέτερα αὐτῶν ἐπισχεῖν  
 δεομένους σώζειν καὶ εὖ εἰδέναι πάντας ἕξοντάς ἐστιν.  
 25 14. Ἐγὼ τοίνυν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦτά τε καὶ  
 παραπλήσια τούτοις λογιζόμενος λόγον μὲν οὐδένα ἠβου-  
 λόμην θρασῦν οὐδ' ἔχοντα μάταιον μῆκος εὐρεῖν, τὴν μὲν-  
 τοι παρασκευῆν, ὅπως ὡς ἄριστα καὶ τάχιστα γενήσεται,  
 πᾶνυ πολλὰ πράγματα ἔσχον σκοπῶν. οἶμαι δὲ δεῖν  
 182 ἀκούσαντας ὑμᾶς αὐτήν, ἂν ὑμῖν ἀρέσκη, ψηφίζεσθαι.  
 (15) Ἐστὶ τοίνυν πρῶτον μὲν τῆς παρασκευῆς, ὡς ἄνδρες  
 Ἀθηναῖοι, καὶ μέγιστον οὕτω διακεῖσθαι τὰς γνώμας  
 ὑμῶν, ὡς ἕκαστον ἐκόντα προθύμως ὅ τι ἂν δέη ποιῆ-  
 στοντα. ὁρᾶτε γάρ, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι, ὅσα  
 μὲν πύποθ' ἅπαντες ὑμεῖς ἠβουλήθητε καὶ μετὰ ταῦτα

sequi, neque quum periculum aliquod imminet, vehemen-  
 tem oratorem videri, sed illud et difficile esse et conveniens,  
 in periculis fortitudinem declarare, in deliberando prudentius  
 quam ceteros posse dare consilium. (9) Ego vero, Athe-  
 nienses, existimo bellum contra regem difficile esse reipub-  
 licæ, proelium futurum esse facile. Cur? Quia non aliter,  
 ut opinor, fieri potest, quin bella omnia et triremes et pec-  
 uniam et loca requirant, quæ omnia penes illum copiosiora  
 esse quam apud vos reperio, proelia vero nulla re alia video  
 tam indigere, quam fortibus viris, quos plures nobis et iis,  
 qui nobiscum periculum adeunt, esse existimo. (10) Bel-  
 lum igitur, hisce de causis moneo, ne ulla ratione priores  
 suscipiatis, ad proelium vero vos recte instructos esse oportere dico.  
 Quod si alia ratio copiarum esset, quibus barbari propulsarentur,  
 aliis quibus Græci; deprehensum iri fortasse consentaneum  
 esset, nos contra illum instrui. (11) quum autem omnis  
 instructionis ratio sit eadem et eisdem oporteat esse fines  
 copiarum, ut hostes repelli possint, ut socii defendantur,  
 ut præsentis opes conserventur; quid, quum habeamus qui se  
 hostes esse fateantur, alios quaeritamus? at instruemur quidem  
 adversum eos, ulciscamur autem etiam illum, si violare nos  
 instituerit. (12) Agite vero, Græcos nunc ad vos accersite.  
 at, si quæ illi jubent, non faciatis, quum nonnulli non optime  
 vobis cupiant; quo modo est sperandum, quenquam esse  
 obtemperaturum? Quia per Jovem audient a vobis regem  
 Persarum ipsis insidiari. Ipsos vero id non prospicere,  
 itane, vos obsecro, putatis? ego vero puto. sed nondum est  
 major is metus quam disensionum in vos et nonnullorum  
 inter se. nihil igitur nisi vanam cantilenam passim canent  
 legati nostri. (13) Tum autem, si forte, quæ nos modo  
 opinamur, fiant, nemo sane Græcorum omnium ita fretus  
 est suis opibus, qui videns vobis præsto esse mille equites  
 et gravis armaturæ quot voletis et naves trecentas,  
 non venturus et supplicaturus sit, illis minimo se cum  
 periculo incolumem evasurum existimans. Proinde si jam  
 accerseritis, supplices, si non auscultarint, frustra eritis.  
 sin ipsi vestris copiis instructis cunctemini; supplices  
 defendetis, nec dubium est quin omnes ad vos venturi sint.

14. Ego igitur, Athenienses, et hæc et his similia reputans,  
 nullam orationem confidentem aut vanæ prolixitatis exquirere  
 volui, sed quænam ratio instructionis et optima et expeditissima  
 esset, considerando sui vehementer occupatus. Puto igitur  
 eam, si audita et probata vobis fuerit, esse decernendam.  
 (15) Prima itaque et maxima instructionis pars, Athenienses,  
 est hæc animorum vestrorum conditio, ut quisque ultro  
 alacriter omni officio fungi velit. illud enim videtis,  
 Athenienses, quæcunque unquam universi vos voluistis et  
 postea quisque pro se gerenda pu-

τὸ πρᾶττειν αὐτοὺς ἕκαστος ἑαυτῷ προσήκειν ἠγήσατο, οὐδὲν κώποδ' ὑμᾶς ἐξέφυγεν, ὅσα δ' ἠβουλήθητε μὲν, μετὰ ταῦτα δ' ἀπεβλήσατε εἰς ἀλλήλους ὡς αὐτὸς μὲν  
 10 ἕκαστος οὐ ποιήσων, τὸν δὲ πλησίον πράξοντα, οὐδὲν κώποσι ὑμῖν ἐγένετο. (16) Ἐχόντων δ' ὑμῶν οὕτω καὶ παρωξυμμένων, τοὺς διακοσίους καὶ χιλίους ἀνα-  
 πληρῶσαι φημι χρῆναι καὶ ποιῆσαι δις χιλίους, ὀκτα-  
 κοσίους αὐτοῖς προσνειμάντας. ἂν γὰρ τοῦτ' ἀπο-  
 15 δεῖξητε τὸ πλῆθος· ἠγοῦμαι, τῶν ἐπικλήρων καὶ τῶν ὄργανων καὶ τῶν κληρουχιῶν καὶ τῶν κοινωνικῶν καὶ εἰ τις ἀδύνατος ἀφαιρεθέντων, ἔσεσθαι χιλια καὶ  
 διακόσια ταῦτα ὑμῖν σώματα. (17) Ἐκ τούτων τούτων ὅμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσι (ὅσπερ νῦν εἰσίν),  
 20 ἐξήκοντα σώματ' ἔχουσαν ἑκάστην. τούτων δὲ τῶν συμμοριῶν ἑκάστην διελεῖν κελεύω πέντε μέρη κατὰ  
 δώδεκα ἄνδρας, ἀνταναπληροῦντας πρὸς τὸν εὐπορώτα-  
 τον ἀεὶ τοὺς ἀπορωτάτους. καὶ τὰ μὲν σώματα ταῦτα  
 25 οὕτω συντετάχθαι φημι δεῖν. δι' ὃ δ' εἰσεσθε, ἔπειδ' ἂν ὄλον τὸν τρόπον τῆς συντάξεως ἀκούσητε. (18) Τὰς δὲ  
 τριῆρεις πῶς; τὸν ἅπαντα ἀριθμὸν κελεύω τριακοσίας ἀποδεξάντας, κατὰ πεντακαίδεκαναίαν εἴκοσι ποιῆσαι  
 183 μέρη, τῶν πρώτων ἑκατὸν πέντε, καὶ τῶν δευτέρων ἑκατὸν πέντε, καὶ τῶν τρίτων ἑκατὸν πέντε ἑκάστῳ  
 μέρει διδόντας, εἴτα συκληρῶσαι συμμορίᾳ σωμάτων ἑκάστη τὴν πεντακαίδεκαναίαν, τὴν δὲ συμμορίαν ἑκάστῳ τῶ μέρει σφῶν αὐτῶν τρεῖς ἀποδοῦναι τριῆρεις.  
 (19) Ἐπειδ' ἂν δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα ὑπάρχη· κελεύω,  
 5 ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐστι τὸ τῆς χώρας ἐξακισχιλίων τα-  
 λάντων, ἔν' ὑμῖν καὶ τὰ χρήματα ἢ συντεταγμένα, διελεῖν τοῦτο καὶ ποιῆσαι καθ' ἐξήκοντα τάλαντα ἑκα-  
 τὸν μέρη, εἴτα πέντε ἐξήκοντα ταλαντίας εἰς ἑκάστην  
 τῶν μεγάλων τῶν εἴκοσι συμμοριῶν ἐπικληρῶσαι, τὴν  
 10 δὲ συμμορίαν ἑκάστῳ τῶν μερῶν μίαν ἐξήκοντα ταλαν-  
 τIAN ἀποδοῦναι, (20) ὅπως, ἂν μὲν ὑμῖν ἑκατὸν δέη τριῆ-  
 ρων, τὴν μὲν δαπάνην ἐξήκοντα τάλαντα συντελή, τριῆ-  
 ραρχοὶ δ' ὡς δώδεκα, ἂν δὲ διακοσίων, τριάκοντα  
 15 μὲν ἢ τάλαντα τὴν δαπάνην συντελοῦντα, ἔξ δὲ σώματα  
 τριηραρχοῦντα, ἂν δὲ τριακοσίων, εἴκοσι μὲν ἢ τάλαντα  
 τὴν δαπάνην διαλύοντα, τέτταρα δὲ σώματα τριηραρ-  
 χοῦντα. (21) Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ νῦν ὀφειλό-  
 20 τιμῆσαντας ἅπαντα ἐκ τοῦ διαγράμματος νεῖμαι κελεύω  
 μέρη εἴκοσι, ἔπειτα ταῖς μεγάλαις ἐπικληρῶσαι συμ-  
 μορίας μέρος ἐν χρήτων ἑκάστη, τὴν δὲ συμμορίαν ἑκάστην διανεῖμαι τῶν ἑαυτῆς μερῶν ἑκάστῳ τὸ ἴσον,  
 τοὺς δὲ δώδεκα τοὺς ἐν ἑκάστῳ τῶ μέρει ταῦτ' εἰσπρά-  
 25 ξαντας τὰς τριῆρεις, ἃς ἂν ἕκαστοι λάχωσι, παρεσκευα-  
 σμένας παρέχειν. (22) Τὴν μὲν δαπάνην καὶ τὰ σκάφη καὶ τοὺς τριηράρχους καὶ τὴν τῶν σκευῶν εἰσπραξίν οὕτως ἂν εἰσιθ' ἠγοῦμαι καὶ πορισθῆναι καὶ παρα-  
 σκευασθῆναι, πλήρως δὲ καὶ σαφῆς ὅθεν ἔσται καὶ  
 184 βραδία, μετὰ ταῦτα λέγω. Φημι τοὺς στρατηγούς δεῖν  
 διανεῖμαι τόπους δέκα τῶν νηωρίων, σκεψαμένους ὅπως  
 ὡς ἐγγύτατ' ἀλλήλων κατὰ τριάκοντ' ὡς νεώσοικοι,

lastis, eorum vos nihil unquam effugisse, quæ vero volu-  
 stis, post autem alius alium respexistis, tanquam ipse nihil,  
 proximus omnia facturus esset, in iis nihil unquam vos  
 promovisse. (16) Quod si vos ita estis animati atque in-  
 citati; numerum mille et ducentorum dico esse complen-  
 dum, et octingentis adjunctis, bis mille faciendos. nam si  
 hunc numerum plenum exhibeatis; existimo, virginibus  
 orbis et pupillis et coloniis et societatibus demptis itemque  
 aliis si qui sunt tenuiores, præsto futura vobis corpora  
 mille et ducenta. (17) Ex his igitur classes viginti censeo  
 designandas, ut nunc sunt, quarum singulæ sexagena cor-  
 pora contineant. earum porro classium singulas in quinas  
 dividi partes jubeo duodenarias, sic ut tenuissimi quique  
 pro ratione locupletissimi pecuniam suppleant. (18) Et  
 corpora quidem hæc sic ordinanda esse censeo. quod cur  
 censeam, tum scietis, quum totam instructionis rationem  
 audieritis. Triremes autem quomodo? universum numerum  
 trecentas designari jubeo; et in viginti partes, quarum sin-  
 gulæ quindenias naves contineant, distribuendas, et prima  
 centuria navibus quinque, et e secunda centuria quinque, et  
 e tertia centuria quinque cuique parti attributis, dein singu-  
 læ virorum societati quindenias naves attribuendas, ut  
 societas suis singulis partibus ternas triremes distribuat.  
 (19) Postquam hæc ita confecta fuerint; jubeo, quum re-  
 gionis nostræ æstimatio sit sex mille talentum, ut et pecu-  
 niæ certus ordo ineatur, eam dividi et centum fieri partes,  
 quarum singulæ sexagena talenta contineant, deinde quin-  
 quies sexagena talenta singulis magnis viginti classibus  
 sorte attribuenda esse, classem autem singulam singulis  
 quinaris sexagena talenta reddere debere, (20) ut, si vobis  
 centum triremibus fuerit opus, sumptum sexaginta talenta  
 contribuant et trierarchi sint duodecim, sin ducentis, tri-  
 ginta talenta sumptum contribuant et sex sint trierarchi.  
 sin trecentis, viginti talenta sumptum contribuant et qua-  
 tuor sint trierarchi. (21) Eodemque modo, Athenienses,  
 etiam armamenta, quæ nunc ad triremes debentur, æsti-  
 mari omnia et e tabulis distribui jubeo in viginti partes,  
 deinde singulis magnis classibus unam sorte tribui debito-  
 rum partem, quam deinde singula classis singulis suis  
 partibus ex æquo dividat, et duodeni illi in singulis partibus  
 exigant et quas singuli triremes sortiti fuerint, eas instru-  
 ctas exhibeant. (22) Sumptum igitur et alveos navium et  
 trierarchos et armamentorum exactionem sic optime posse  
 censeo et comparari et apparari. unde autem et certo et  
 facile naves compleri possint, deinceps dico. Censeo ab  
 imperatoribus navalium decem loca esse deligenda, atque  
 videndum ut quam proxime inter se absint ædificia, quo-  
 rum singula triginta triremium sint capacia. quod ubi fe-

ἐπειδὴν δὲ τοῦτο ποιήσῃσι, δύο συμμορίας καὶ τρία-  
 5 κοντα τριήρεις τούτων ἐκάστῳ προσνεῖμαι τῶν τόπων,  
 εἴτ' ἐπικληρώσῃσι τὰς φυλάς, τὸν δὲ ταξίαρχον ἕκαστον  
 καθ' ἕκαστον νεώριον, ἵνα ὡς συμμορίαὶ δύο, τριήρεις  
 τριάκοντα, φυλὴ μία. (23) ὃν ἂν ἡ φυλὴ τόπον λάχῃ,  
 10 διελείν τριῶν καὶ τὰς ναῦς ὡσαύτως, εἴτ' ἐπικληρώσῃσι  
 τὰς τριτῦς, ὅπως ἂν τῶν μὲν ὄλων νεωρίων ἐν ἐκάστῃ  
 μέρος ἢ τῶν φυλῶν, τοῦ δὲ μέρους ἐκάστου τὸ τρίτον  
 μέρος ἢ τριτῦς ἔχῃ, εἰδῆτε δ', ἂν τι δέῃ, πρῶτον μὲν  
 τὴν φυλὴν, ὅπου τέτακται, μετὰ ταῦτα δὲ τὴν τριτῦν,  
 15 εἶτα τριήραρχοὶ τίνες καὶ τριήρεις ποῖται, καὶ τριάκοντα  
 μὲν ἢ φυλῆ, δέκα δ' ἢ τριτῦς ἐκάστῃ τριήρεις ἔχῃ.  
 ἔαν γὰρ ταῦθ' οὕτως εἰς ὁδὸν καταστῆ, εἰ τι καὶ πα-  
 ρελείπομεν νῦν (πάντα γὰρ ἴσως εὑρεῖν οὐ ῥάδιον).  
 αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἑαυτῷ εὑρήσει, καὶ μία σύνταξις καὶ  
 πασῶν τῶν νεῶν καὶ μέρους ἔσται.

24. Ὑπὲρ δὲ χρημάτων καὶ πόρου φανεροῦ τίνος  
 ἤδη παράδοξον μὲν οἶδα λόγον ὃν μέλλω λέγειν, ὁμῶς  
 δ' εἰρήσεται. πιστεύω γάρ, ἔάν τις ὀρθῶς σκοπῆ, μό-  
 νος τάληθῆ καὶ τὰ γεννησόμενα εἰρηκῶς φανεῖσθαι.  
 Ἐγὼ φημι χρῆναι μὴ λέγειν νῦν περὶ χρημάτων.  
 25 εἶναι γὰρ πόρον, ἂν δέῃ, καὶ μέγαν καὶ καλὸν καὶ δί-  
 καιον, ὃν ἔαν μὲν ἤδη ζητῶμεν, οὐδ' εἰς τὸθ' ὑπάρχειν  
 ἠγησόμεθ' ἡμῖν. οὕτω πολὺ τοῦ πορίσαι νῦν ἀπο-  
 σχήσομεν. ἔαν δ' εἴωμεν, ἔσται. Τίς οὖν ἐσθ' οὐ-  
 τος δ' νῦν μὲν οὐκ ὦν, ὑπάρξων δ' εἰς τότε; αἰνίγματι  
 185 γὰρ ὁμοιον τοῦτο γέ. ἐγὼ φράσω. (25) Ὁρᾶτε τὴν  
 πόλιν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πᾶσαν ταύτην. ἐν ταύτῃ  
 χρήματ' ἔνεστιν ὀλίγου δέου πρὸς ἀπάσας τὰς ἄλλας  
 εἰπεῖν πόλεις. ταῦτα δὲ οἱ κεκτημένοι τοιοῦτον ἔχουσι  
 5 νοῦν, ὡςτ', εἰ πάντες οἱ λέγοντες φοβοῖεν « ὡς ἤξει βα-  
 σιλεὺς, ὡς πάρεστιν, ὡς οὐδ' ὄσον τε ταῦτ' ἄλλως ἔχειν, »  
 καὶ μετὰ τῶν λεγόντων ἴσοι τὸ πλῆθος τοῦτοις χρησμο-  
 δοῖεν, οὐ μόνον οὐκ ἂν εἰσενέγκοιεν, ἀλλ' οὐδ' ἂν δει-  
 10 ξαιεν οὐδ' ἂν ὁμολογήσαιεν κεκτῆσθαι. (26) Εἰ μὲν-  
 τοῦ τὰ νῦν διὰ τῶν λόγων φοβερὰ ἔργω πρακτόμενα  
 αἰσθοντο· οὐδέεις οὕτως ἡλίθιος ἔστιν ὅστις οὐχὶ καὶ  
 δοίη καὶ πρῶτος εἰσενέγκοι. τίς γὰρ αἰρήσεται  
 μᾶλλον αὐτὸς καὶ τὰ ὄντα πάντ' ἀπολωλέναι ἢ μέρος  
 15 τῶν ὄντων ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν εἰσενεγκεῖν;  
 Χρήματα μὲν δὴ φημι εἶναι τότε, ἂν ὡς ἀληθῶς δέῃ,  
 πρότερον δ' οὐ. (27) Διὸ μηδὲ ζητεῖν παραινῶ. ὅσα  
 γὰρ ἂν νῦν πορίσαιτ' ἢ προελοίθε πορίζειν, πλείων  
 ἐστὶ γέλως τοῦ μηδενός. φέρε γάρ, ἑκατοστήν τις  
 20 εἰσφέρειν ἔρεϊ νῦν; οὐκοῦν ἐξήκοντα τάλαντα. ἀλλὰ  
 πεντηκοστήν τις ἔρεϊ, τὸ διπλοῦν; οὐκοῦν ἑκατὸν καὶ  
 εἴκοσι. καὶ τί τοῦτ' ἐστι πρὸς διακοσίας καὶ χιλιάς  
 καμῆλους, ἂς βασιλεῖ τὰ χρήματ' ἀγειν φασὶν οὗτοι;  
 ἀλλὰ ὅω, βούλεσθε, δωδεκάτην ἡμᾶς εἰσόσειν, πεν-  
 25 τακόσια τάλαντα; ἀλλ' οὐτ' ἂν ἀνάσχοισθε, οὐτ', εἰ  
 καταθεῖτε, ἀξία τοῦ πολέμου τὰ χρήματα. (28) Δεῖ  
 τοῖνον ἡμᾶς τὰ μὲν ἄλλα παρασκευάσασθαι, τὰ δὲ χρή-  
 ματα νῦν μὲν ἔαν τοὺς κεκτημένους ἔχειν (οὐδαμοῦ γὰρ  
 ἂν ἐν καλλίονι σώζοιτο τῇ πόλει), ἔαν δὲ ποθ' ὁ και-

cerint, binas classes et tricenas triremes horum locorum  
 singulis attribuunt, deinde sortito tribus assignent, taxiar-  
 chum autem singulum in singulum navale, ut sint binæ  
 classes, triremes tricenæ, tribus una. (23) Qui locus tribui  
 obvenerit, trifariam dividatur et naves similiter. deinde  
 trientes tribuum sortiantur, ut singulæ tribui una pars sit  
 totorum navalium, et singularum partium tertiam partem  
 triens obtineat, utque sciatis, si quid erit opus, primum  
 tribus quo loco stationem habeat, deinde triens, tum tri-  
 rarchi qui, et quæ triremes, ac tricenas triremes una tri-  
 bus, denas unusquisque triens triremes contineat. Quæ  
 si sic expedita fuerint, etiam si quid nunc prætermisimus  
 (neque enim facile sane est reperire omnia); id ipsa sibi res  
 inveniet, et unus ordo tum omnium navium tum partium  
 erit.

24. Jam de pecuniis et manifesta quadam earum paran-  
 darum ratione scio equidem incredibile visum iri quod jam  
 dicam, dicetur tamen. confido enim, si quis recte conside-  
 ret, fore ut me solum vera et ipso eventu comprobanda  
 dixisse appareat. Ego jubeo nunc non dicendum esse de  
 pecunia. copiam enim, si opus sit, affirmo adesse et mag-  
 nam et præclaram et justam, quam, si nunc jam quæ-  
 ramus, ne tum quidem præsto futuram putabimus nobis,  
 (tantum abest, ut nunc eam suppeditemus). sin omiseri-  
 mus, præsto futura est. Quæ est igitur illa nunc non pa-  
 rata, tum in promptu futura? nam hoc quidem ænigmati  
 simile est. Ego dicam. (25) Videtis, Athenienses, totam hanc  
 urbem. in hac opes insunt pæne dixerim quæ cum  
 omnium reliquarum urbium opibus conferri possint. quas  
 autem qui possident, eo animo sunt, ut si omnes oratores  
 eos ita terrerent, « venturum esse regem, adesse, ne posse  
 quidem aliter fieri », et si una cum oratoribus alii totidem va-  
 ticiparentur, non modo non conferrent, sed ne ostenderent  
 quidem, ne faterentur quidem se habere. (26) At si præsen-  
 tes verborum terrores in rem conferri viderent; nemo ita  
 stolidus est, qui non et contribuat et primus conferat. quis  
 enim malit ipse una cum fortunis omnibus interire, quam  
 partem facultatum pro semetipso et reliquis conferre? Pe-  
 cuniam igitur tum in promptu fore affirmo, quum revera  
 fuerit opus, non prius. (27) Proinde neque esse qua-  
 rendum censeo. quantum enim nunc exigeretis aut statue-  
 retis exigere, id magis ridiculum est quam si nihil omnino.  
 Age enim, centesimam jubebit aliquis nunc contribuere?  
 proinde sexaginta talenta. at quinquagesimam dicet aliquis,  
 duplum? proinde centum et viginti. Ecquid hoc est ad  
 ducentos et mille camelos, quos regi pecuniam vehere isti  
 dictitant? At ponam, si placet, nos collaturos duodecimam,  
 quingenta talenta? Verum id nec sustineretis, nec, si nu-  
 meraretis, bello par est ea pecunia. (28) Cetera igitur  
 vobis sunt comparanda, pecunia relinquenda nunc suis  
 possessoribus. nusquam enim reip. commodius custodiatur,  
 quum vero necessitas venerit, tum ultro conferentibus illis

186 ῥδς ἔλθῃ, τότε ἐκόντων εἰσφερόντων αὐτῶν λαμβά-  
 νειν. ταῦτα δὲ καὶ δυνατὰ ἐστίν, ὧ ἀνδρες Ἀθηναῖοι,  
 καὶ πράττειν καλὰ καὶ συμφέροντα καὶ βασιλεῖ περὶ  
 ὑμῶν ἐπιτήδεια ἀπαγγελθῆναι, καὶ φόβος οὐκ ὀλίγος  
 5 γένοιτ' ἂν ἐκείνῳ διὰ τούτων. (29) οἶδε μὲν γε τρια-  
 κοσίας τριήρεις, ὧν ἑκατὸν π' \* παρεσχόμεθ' ἡμεῖς,  
 τοὺς προγόνους αὐτοῦ χιλίας ἀπολέσαντας ναῦς, ἀκού-  
 σεται δὲ τριακοσίας αὐτοὺς ἡμᾶς νῦν παρεσκευασμέ-  
 νους τριήρεις, ὥς τε μὴ κομιδῆ, μηδ' εἰ πάνυ μαίνοιοι,  
 10 νομίσαι βράδιόν τι τὸ τῆν ἡμετέραν πόλιν ἐχθρὰν ποιή-  
 σασθαι. ἀλλὰ μὴ εἴγ' ἐπὶ χρήμασιν αὐτῶ μὲγ' ἐπέρ-  
 χεται φρονεῖν· καὶ ταύτην ἀσθενεστέραν ἀφορμὴν τῆς  
 ἡμετέρας εὐρήσει. (30) ὁ μὲν γε χρυσίον, ὥς φασιν,  
 ἀγεῖ πολύ, τοῦτο δ' ἐὰν διαδώ, ζητήσῃ. καὶ γὰρ τὰς  
 15 κρήνας καὶ τὰ φρέατα ἐπιλείπειν πέφυκεν, ἐὰν τις ἀπ'  
 αὐτῶν ἀθρόα καὶ πολλὰ λαμβάνῃ, ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώ-  
 ρας τίμημα ὑπάρχον ἀφορμὴν ἑξακισχίλια τάλαντα  
 20 ἀκούσεται, ὑπὲρ ἧς ὡς μὲν τοὺς ἐπιόντας ἐκείνων ἀμυ-  
 νούμεθα, οἱ Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι τῶν προγόνων  
 αὐτοῦ μάλιστα ἂν εἶδεῖν, ἕως δ' ἂν κρατῶμεν, οὐκ ἐνὶ  
 δῆπου χρήμαθ' ἡμᾶς ἐπιλείπειν.

31. Καὶ μὴν οὐδ' ὅ τινες δεδίασι, μὴ ξενικὸν πολὺ  
 συστήσεται χρήματ' ἔχων, ἀληθές εἶναι μοι δοκεῖ.  
 25 ἐγὼ γὰρ ἠγοῦμαι ἐπὶ μὲν Αἴγυπτον καὶ Ὀρόνταν καὶ  
 τινὰς τῶν ἄλλων βαρβάρων πολλοὺς ἂν ἐβελήσῃσι τῶν  
 Ἑλλήνων μισθοφορεῖν παρ' ἐκείνῳ, οὐχ ἴν' ἐκείνος  
 ἔλῃ τινὰ τούτων, ἀλλ' ἴν' εὐπορίαν τινὰ ἕκαστος αὐτῶ  
 187 κτησάμενος ἀπαλλαγῇ τῆς ὑπαρχούσης πενίας. ἐπὶ  
 δὲ τὴν Ἑλλάδα Ἑλληνα οὐδένα ἂν ἐλθεῖν ἠγοῦμαι.  
 ποῖ γὰρ αὐτὸς τρέφεται μετὰ ταῦτα; εἰς Φρυγίαν  
 ἔλθων δουλεύσει; (32) Οὐ γὰρ ὑπὲρ ἄλλου τίνος ἐστίν ὁ  
 5 πρὸς τὸν βάρβαρον πόλεμος ἢ περὶ χώρας καὶ βίου καὶ  
 ἐθῶν καὶ ἐλευθερίας καὶ πάντων τῶν τοιούτων. τίς  
 20 νοῦν καὶ φρένας ἐνθεῖητε, εἰ δ' ἄρ' ἔχουσιν ἀνιάτως, τούτους μὲν αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς ἐξώλεις καὶ προώλεις ἐν γῆ καὶ θαλάττῃ ποιήσατε, ἡμῖν δὲ τοῖς λοιποῖς τὴν ταχίστην ἀπαλλαγὴν τῶν ἐπηρητημένων φόβων δότε καὶ σωτηρίαν ἀσφαλῆ.

discedebat, sed quod omnium qui secum congressi erant, optime pugnabat, coronabatur et victor renunciabatur. Et tu cum praesentibus me confer oratoribus, tecum, cum quocunque omnium. neminem defugio. (320) inter quos, dum urbi optima sequi licebat, et certamen de benivolentia erga patriam in medio positum erat omnibus, me potiora consuluisse manifestum erat, ac meis et decretis et legibus et legationibus omnia gerebantur, vestrum autem nemo usquam comparebat, praeterquam si his insultandum esset. Postquam vero quae utinam facta non essent acciderunt, et nou jamsuasorum, sed hominum mandata exsequentium et operam contra patriam parate navantium et aliis adulari volentium probatio exstitit; tum tu et istorum unusquisque in loco estis et magnifice ac splendide equos alitis, ego vero infirmus, fateor, sed benivolentior quam vos populo. (321) Duo autem, Athenienses, haec naturam moderatum civem habere oportet (sic enim de me ipso minima cum invidia verba facere potero), quod et ubi fieri potest generosi animi institutum reique publicae in asserendo principatu dignitatem tuetur, et in omni tempore atque actione benivolentiam. haec enim sita est in ingenio, posse autem et valere in aliis. hanc igitur mansisse apud me, omnino invenietis. (322) idque ita considerate. quum dedendum postularent, quum ad Amphictyones citarent, quum minitarentur, quum pollicitarentur, quum execrabiles istos tanquam bestias in me immitterent, nunquam ego meam in vos benivolentiam abjeci. Nam ab initio statim rectam et veram gerendae reipublicae viam sum ingressus: honores, imperia, gloriam patriae colere, augere, in his vivere institui. (323) non ob alterorum ego successus hilaris et exultans in foro circumneo dextram protendens et rem bene gestam nuncians iis quos illuc renunciaturos existimem, bona autem reipublicae nostrae cum horrore audio et gemens et demisso capite in terram, ut isti impii, qui et civitatem cavillantur (quasi non semetipsos cavillentur, quum id faciunt) et alio spectant, et alterius res prosperas cum Graecorum cladibus conjunctas laudant, et ut eae perpetuo durent, elaborandum esse dicunt.

324. Ne vero, ne, o dii omnes! quisquam vestrum his annuat, sed maxime etiam istis meliorem mentem atque animum detis. sin forte sunt insanabiles, hos ipsos solos funditus terra marique delete, nobis autem ceteris celerrimum finem impendentium terrorum concedite et salutem securam.

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο ΠΕΡΙ  
ΤΗΣ ΠΑΡΑΠΡΕΣΒΕΙΑΣ.

## ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

1. Αισχίνης ἦν ἀνὴρ Ἀθηναῖος, υἱὸς Ἀτρομήτου καὶ Γλαυκοθέας, ἀμφοτέρων ἀδόξων, ὡς φησὶ Δημοσθένης. τὸν μὲν 5 γὰρ γράμματα διδάσκοντα, τὴν δὲ καθαίρουσαν καὶ τελετὰς τινὰς οὐ σπουδαίας τελοῦσάν φησι διαχῆν. παραδεδόται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Αἰσχίνης τραγῳδιῶν τε ὑποκριτὴς γενόμενος καὶ γραμματεὺς τῆς πόλεως, ἧτις ἦν εὐτελής ὑπηρεσία. (2) Ὑστερον 10 μέντοι τῶν ῥητόρων εἰς ἐγένετο, καὶ περὶ τῆς εἰρήνης πρὸς Φίλιππον ἐπρέσβευσεν. πολεμοῦντες γὰρ Ἀθηναῖοι Φιλίππῳ περὶ Ἀμφιπόλεως, καὶ πολλὰ μὲν αὐτοὶ δεινὰ πάσχοντες, δρώντες δὲ οὐδὲν ἀξιὸν λόγου, ἐπεισθήσαν ὑπὲρ εἰρήνης πρεσβεύσασθαι πρὸς Φίλιππον. Ἡέμπουσι δὲ πρέσβεις δέκα 15 τὸν ἀριθμὸν, ἐν οἷς Αἰσχίνης τε καὶ Δημοσθένης ἦσαν. ζεαμένου δὲ Φιλίππου τὰς διαλύσεις, πάλιν οἱ αὐτοὶ πρεσβεύουσι δεῦτερον, ὅπως οἱ περὶ τῆς εἰρήνης ὅροι γένοιντο. (3) Περὶ δὲ ταῦτα τὰ πράγματα κατηγορεῖ ὁ Δημοσθένης Αἰσχίνου τρία : 20 ὅτι Φιλοκράτους αἰσχρὰν καὶ ἀσύμφορον εἰρήνην γράφοντος συνεῖπεν αὐτῷ, ὅτι τοὺς χρόνους κατανάλωσε, παρ' ὃ συνέβη τὰ ἐν Θράκῃ διαφθαρῆναι, ὅτι ψευδῆ πρὸς Ἀθηναίους ἀπήγγειλε, παρ' ὃ συνέβη Φωκεῖς ἀπολλέσθαι. εἶπε γάρ, φησὶν, ὅτι Φω- 25 κέας οὐκ ἀναιρήσει Φίλιππος, καὶ ὑμεῖς τούτῳ πιστεύσαντες 334 οὐκ ἐβουλήσατε τοῖς ἀνδράσι. φησὶ δὲ ταῦτα πάντα ἐπὶ μισθῷ καὶ δόροις τὸν Αἰσχίνην κεκαουρημέναι. (4) Ἡ στάσις περὶ οὐσίας, καὶ στοχαστικὴ ἢ δὲ κίνησις τῆς ἔχθρας λέγεται διὰ Τιμαρχὸν τὸν φίλον Δημοσθένους, ἐν ἧτίμω- 5 σεν Αἰσχίνης κατηγορήσας ὡς κακοῦ βίου, διότι πρὸς Πιττάλακον τὸν ὀρνιθίαν, φησὶν, εἰς ἧε εὐμορφος ὢν, ἐπὶ τῷ θεᾷ-σθαι τὰς μάχας τῶν ὀρνιθίων, διαφθειρόμενον καὶ διαφθειρόντα.

## ἌΛΙΑ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

1. Πόλεμος συνειστήκει Φιλίππῳ καὶ Ἀθηναίοις μακρὸς, ἐξ οὗπερ παραβάς τὰς πρὸς αὐτοὺς συνθήκας, ἔλαβε παρ' Ὀλυνθίων Ἀμφιπόλιν, οὖσαν κτήμα τῆς πόλεως, καὶ ἦν ὑπ' Ὀλυνθίοις καθ' ὃν καιρὸν ἀπέστησαν καὶ οἱ σύμμαχοι, συνειστήκει δὲ καὶ ἕτερος Φωκεῦσι πρὸς Θετταλοὺς καὶ Θηβαίους, 5 τοῦτο μὲν περὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Πυθοῖ πρὸς Θετταλοὺς, τοῦτο δὲ ὑπὲρ Ὀρχομενοῦ καὶ Κορωνέας πρὸς τοὺς Θηβαίους. εὐδὴλον 10 γὰρ ἐκ τῆς ἱστορίας, ὅτι τῶν μὲν παρείλοντο τὰς δύο πόλεις γειτνιώσας αὐτοῖς, Θετταλοὺς δὲ παρωσάμενοι τὴν Ἀμφικτυονίαν ἔτε ἐν μέσῃ Φωκίᾳ τῶν ἐν Δελφοῖς ἱερῶν ἰδρυμένων. (2) Ἐπειδὴ δὲ πολὺν χρόνον ἐπολέμησαν πρὸς ἑαυτούς Ἀθηναῖοι καὶ Φίλιππος· τῷ χρόνῳ τὴν εἰρήνην ἑκάτεροι ποιεῖν 15 ἐβούλοντο, ἀλλ' ὁπότερας ταῦτα προβάλλοιτο, αἰσχύνῃν ἔχειν 335 ἐνόμιζον. Ἀριστόδημος δὲ καὶ Νεοπτόλεμος ὑποκριταὶ τραγῳδίας ἐτύγχανον, οὗτοι διὰ τὴν οικεῖαν τέχνην ἀδειαν εἶχον ἀπεινά ὅπου ἂν βούλωνται, ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς πολεμίους ἀπελθόντες οὖν οὗτοι εἰς τὴν Μακεδονίαν ἐπεδείξαντο τὴν οἰ- 5 κείαν τέχνην, καὶ οὕτω φιλοφρόνως αὐτοὺς ἐδέξατο Φίλιππος,

## DEMOSTHENIS

ORATIO DE  
FALSA LEGATIONE.

## LIBANII ARGUMENTUM.

1. Aeschines homo Atheniensis fuit, Atromeli filius et Glaucothææ, utriusque obscuri, ut ait Demosthenes. illum enim litteris docendis, hanc lustrando et sacra quodam frivola peragendo victum quæritasse dicit. quin ipsum etiam Aeschinem traditum est et tragicum fuisse histrionem et scribam civitatis, quod vile ministerium habebatur. (2) Sed postea in oratorum numerum venit, et legationem de pace ad Philippum obiit. belligerantes enim Athenienses cum Philippo de Amphipoli, et multa mala patientes et nihil memorabile gerentes, decreverunt legatos ad Philippum de pace mittendos. mittunt igitur legatos decem numero, inter quos Aeschines et Demosthenes erant. Quum autem Philippus pacis condiciones accepisset, rursus lidem secundo legationem obeunt, ut iusjurandum de pace detur. (3) Jam in his negotiis tria Demosthenes objicit Aeschini : eum Philocrati sedam et noxiam pacem roganti patrocinaum esse, tempus trivisse, unde acciderit, ut res Thraciæ amitterentur, Atheniensibus falsa renunciasse, unde factum sit, ut Phocenses perirent. Dixit enim, inquit, Philippum non eversurum esse Phocenses : et vos ei fide habita hominibus opem non tulistis. Asserit autem Aeschinem hæc omnia mercede et largitionibus adductum malitiose fecisse. (4) Status est de facto ac conjecturalis. sed inimicitias exstitisse dicuntur propter Timarchum Demosthenis amicum, quem Aeschines improbæ vitæ accusatum, ignominia damnaverat, quod ad Pittalacum gallinarium, ut ait, ingrediebatur homo formosus ad spectandas gallorum pugnas, flagitiosa tum faciens tum patiens.

## ALIUD ARGUMENTUM INCERTI AUCTORIS.

1. Bellum inter Philippum et Athenienses longum interceserat, ex quo ille pactis violatis Amphipolim ab Olynthis acceperat, quæ erat urbis Atheniensis possessio, et Olynthis paruerat. eo tempore etiam socii defecerant, flagrabat et aliud bellum, Phocensium cum Thessalis et Thebanis : cum Thessalis, propter templum Delphicum, cum Thebanis, propter Orchomenum et Coroneam. constat enim ex historiis eos his duas illas urbes ipsis finitimas, et Thessalis repulsis Amphictyoniam eripuisse, quod Delphica sacra loca in media Phocide essent sita. (2) Quum autem longo tempore bellum inter se gessissent Athenienses et Philippus; tandem utrique pacem facere volebant, sed ejus petendæ facere intium turpe ducebant. Aristodemus autem et Neoptolemus actores tragediarum, quibus propter artem quocunque impune ire licebat, atque etiam ad hostes, profecti in Macedoniam artem suam ostentantur, adeoque humaniter a Philippo sunt excepti,

ὥστε πρὸς τοὺς ἄλλοις χρήμασι καὶ ἄλλα ἐκ τῶν οἰκείων παρεῖ-  
 χεν αὐτοῖς. αἰσθόμενος δὲ μελλόντων πρесеύεσθαι πρὸς αὐ-  
 τὸν Φωκίων καὶ Θετταλῶν καὶ Θηβαίων, ἐβουλήθη τοὺς Ἀθη-  
 ναίους ἐξαπατήσει. καὶ ταύτης τῆς προφάσεως δραζόμενος  
 10 Φίλιππος, ἀπολύων Ἀριστόδημον καὶ Νεοπτόλεμον, ἔλεγεν  
 αὐτοῖς ὅτι φίλος εἰμι Ἀθηναίος. (3) Συνέθη δὲ πάλιν τι  
 τοιοῦτον γενέσθαι. Φρύνων τις Ἀθηναῖος ἀπὸ τῶν Ὀλυμπιάσιν  
 15 ἀγωνισόμενος ἢ θεασόμενος, ἐξαπατήθη ὑπὸ τινων στρατιωτῶν  
 τοῦ Φιλίππου ἐν ἱερομηνίᾳ, καὶ ἀπρήθη πάντα τὰ αὐτοῦ.  
 καὶ ἐλθὼν εἰς Ἀθήνας παρεκάλεε τοὺς Ἀθηναίους, ἵνα χειρο-  
 τονήσωσιν αὐτὸν πρесеυτήν, ὅπως ἀπελθὼν πρὸς Φίλιππον  
 20 λάβῃ ἀπὲρ ἀπρήθη. καὶ πεισθέντες Ἀθηναῖοι χειροτόνησαν  
 αὐτὸν καὶ Κτησιφῶντα. καὶ ἐλθόντων αὐτῶν εἰς Μακεδονίαν  
 φιλοφρόνως αὐτοὺς ἐδέξατο ὁ Φίλιππος, ὥστε καὶ τὰ ἀραιε-  
 βέντα ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν πάντα ἀποδοῦναι αὐτῷ καὶ ἐκ τῶν  
 οἰκείων ἄλλα ἐπιδοῦναι, καὶ ἀπολογεῖσθαι, ὅτι ἠγγύουν οἱ  
 25 στρατιῶται, ὅτι ἱερομηνία ἐστὶ. καὶ τούτοις πάλιν ὁμοίως  
 ἔλεγεν ὡς φίλος εἰμι Ἀθηναῖος. καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν Ἄττι-  
 κὴν τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις ἀπήγγειλαν. (4) Ταῦτα ἀκούσαντες  
 Ἀθηναῖοι ἐβούλοντο μαθεῖν, εἰ μετ' ἀληθείας εἰρήνην ἄγειν βού-  
 30 λεται Φίλιππος. καὶ δὴ χειροτονοῦσι δέκα πρέσβεις. εἰσι  
 δ' οὗτοι : Κτησιφῶν, Ἀριστόδημος, Ἰατροκλῆς, Κίμων, Ναυ-  
 σικλῆς, Δερκύλος, Φρύνων, Φιλοκράτης, Αἰσχίνης, Δημοσθέ-  
 νης. πέμπουσι δὲ τούτους εἰς Μακεδονίαν, ἵνα μάθωσιν, εἰ  
 5 μετ' ἀληθείας βούλεται εἰρήνην ἄγειν ὁ Φίλιππος. καὶ εἰ  
 ἀληθὲς ἐστίν· ἐνέγκαι παρ' αὐτοῦ πρέσβεις τοὺς ληφομένους  
 τοὺς ὄρκους. (5) Ἀπελθόντων οὖν τῶν δέκα πρέσβων, ὧν  
 εἰς τὴν Δημοσθένης, ἤγαγον ἀπὸ τοῦ Φιλίππου τρεῖς πρέσβεις,  
 10 Ἀντίπατρον, Παρμιωνίαν καὶ Εὐρύλοχον, ὄφειλοντας λαβεῖν  
 τοὺς ὄρκους. συναγομένω δὲ τῶν συμμάχων τῶν Ἀθηναίων  
 ἐπὶ τῷ παρασχέειν τοὺς ὄρκους χρόνος παρήχρητο. καὶ γι-  
 νώσκων τὴν φύσιν τοῦ Φιλίππου ὁ Δημοσθένης ὡς αἶε κατα-  
 15 στροφομένου καὶ ἐπιηράζοντος, λέγει τοῖς Ἀθηναίους ταχέως  
 δοῦναι τοὺς ὄρκους, καὶ μὴ παρόντος Κερσοδλίπτου. ἔλεγε  
 γάρ, ὅτι εἰς τὴν Θράκην ἀπερχομένων ἡμῶν παρέξει τοὺς ὄρ-  
 κους ὁ Κερσοδλίπτης. (6) Ἰστέον δὲ, ὅτι Δημοσθένης οὐκ  
 ἀπῆλθεν ἐν τῇ δευτέρᾳ πρесеβίᾳ διὰ τοιαύτην πρόφασιν : ἀπελ-  
 20 θὼν γὰρ εἰς τὴν πρώτην πρесеβίαν εὗρεν ἐν Μακεδονίᾳ τινὰς  
 τῶν Ἀθηναίων αἰχμαλώτους, καὶ ὑπέσχετο φέρειν ἐκ τῶν  
 ἰδίων χρημάτων καὶ λύσασθαι αὐτοὺς, οὐκ ἠδύνατο δὲ τοῦτο  
 ποιῆσαι, εἰ μὴ ἐν προσχήματι πρесеβουτοῦ. (7) Ἐλεγε δὲ τὴν  
 25 πρесеβίαν ἀπελθεῖν πλὴρ διὰ τὸ αὐτοὺς ταχέως ἀπελθεῖν καὶ  
 ὄρκου ἂν ὄντα πύθωνται Φίλιππον, δεῖν αὐτοὺς ἀπελθεῖν καὶ  
 ἐκείσε τοὺς ὄρκους λαβεῖν. οἱ δὲ μὴ πεισθέντες περὶ ἀπῆλ-  
 θον, καὶ εἰς Μακεδονίαν ἀπελθόντες ἐκάθισαν ὄλου τρεῖς μῆ-  
 33 νας, ἕως οὗ πολλά τῶν Ἀθηναίων χωρία καταστρέψας ὑπέ-  
 στρεψε Φίλιππος, ἐν οἷς καὶ Κερσοδλίπτης. καὶ ἐλθὼν οὐκ  
 εὐθὺς παρέρχεν αὐτοῖς τοὺς ὄρκους, ἀλλ' εἰλκυσεν αὐτοὺς, ἕως  
 5 ἡττήρῃσε τὴν ἐπὶ Φωκίας στρατείαν, καίτοι πρесеβουσιμένων  
 πρὸς αὐτὸν Φωκίων περὶ διαλύσεως τοῦ πολέμου. καὶ ἐξελ-  
 θόντος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς Φωκίας, ἀντὶ τοῦ παρασχέειν ἐν ἱερῷ  
 τοὺς ὄρκους, ἐν πανδοχείῳ παρέσχε λέγων οὕτως « Ἐπένδομαι  
 10 Ἀθηναίους καὶ τοῖς Ἀθηναίων συμμάχοις, χωρὶς Ἀλέων καὶ  
 Φωκίων. » ἔλεγε γάρ, ὅτι οἱ Ἀλεῖς ἐχθροὶ ἴσαν τῶν φίλων  
 μου, τῶν Φαρσαλίων. Φωκεῦσι δὲ οὐ σπένδομαι, ἐπειδή-  
 περ ἠσέθησαν εἰς τὸ ἱερόν. (8) Ἐλθούσης οὖν τῆς δευτέρας  
 πρесеβίας εἰς τὴν Ἄττικὴν ὁ Δημοσθένης ἑστασίαζε λέγων,  
 15 ὅτι οὐκ ἀρέσκει μοι τὰ ὑπὸ Φιλίππου δεδογμένα. ὁ δὲ Αἰσχί-  
 νης ἔλεγε, ὅτι ταῦτα εἶπε Φίλιππος ἐν τῷ φανερωῖ, ἐμοὶ δὲ  
 εἶπεν εἰς τὸ οὗς, ὅτι « πλὴν Ἀλέων καὶ Φωκίων εἶπον, ἵνα μὴ  
 μωθόντες Θηβαῖοι παραφυλάξωνται. αὐτοὺς γὰρ εἰσερχόμε-

DEMOSTHENES.

ut præter ceteras pecunias alia quoque de suo iis largiretur :  
 et quum fore sentiret, ut ad se legatos mitterent Phocenses  
 et Thessali et Thebani, voluit Athenienses decipere. Eaque  
 causa arrepta Philippus, quum dimitteret Aristodemum et  
 Neoptolemum, iis dicit se amicum esse Atheniensibus. (3)  
 Rursus contigit, ut tale quiddam accideret : Phrynon quidam  
 Atheniensis proficiscens, ut Olympiâ certaret aut spectaret,  
 captus est a quibusdam Philippi militibus festo tempore, et  
 spoliatus omni pecunia. is reversus Athenas, precatur Athe-  
 nienses, ut se legatum decernant, quo profectus ad Philippum  
 reciperet ea, quibus esset spoliatus. Assensere Athenienses  
 atque eum et Ctesiphontem creaverunt. Quos in Macedo-  
 niam profectos Philippus humaniter excepit et non solum  
 omnia per milites erepta reddidit ei, sed et alia de suo est lar-  
 gitus, et factum excusavit, ignorasse milites id tempus fuisse  
 festum. et rursus his item dixit se esse amicum Athenien-  
 sibus. Qui in Atticam reversi eadem quæ alteri nunciarunt.  
 (4) His auditis Athenienses certo comperire voluerunt, ve-  
 nere pacem agere vellet Philippus. Jam decem legatos creant:  
 sunt autem hi : Ctesiphon, Aristodemus, Iatrocles, Climon,  
 Nausicles, Dercylus, Phrynon, Philocrates, Æschines, Demosthenes.  
 Eos igitur mittunt in Macedoniam cognituri, vene-  
 rare pacem vellet agere Philippus. et si verum esset, ut  
 adducerent ejus legatos, qui jusjurandum acciperent. (5) Re-  
 gressi decem legati, quorum unus fuit Demosthenes, addu-  
 xerunt a Philippo tres legatos, Antipatrum, Parmenionem et  
 Eurylochum, exacturos jusjurandum. Quum autem convo-  
 carentur socii Atheniensium ad dandum jusjurandum et mora  
 intercederet; intelligens Demosthenes Philippi ingenium  
 semper aliquid subigentis et insidiantis, suadet Atheniensibus,  
 ut celeriter dent jusjurandum, etiam non præsentem Cersoblepte :  
 Nobis, inquit, in Thraciam profectis jusjurandum  
 dabit Cersobleptes. (6) Sciendum est autem Demosthenem in  
 secunda legatione e Macedonia non abiisse tali de causa : pro-  
 fectus in prima legatione, invenit quosdam Athenienses in  
 Macedonia captivos et pollicetur se illos sua pecunia allata  
 redempturum. id quod nisi in munere legati facere non poterat.  
 (7) Jusserrat autem navi abire legatos, quo celeriter iter  
 conficerent, et ubicunque Philippum esse audirent, eo pro-  
 ficiscerentur, et illic jusjurandum exigerent. Illi vero non  
 paruerunt, sed pedestri itinere abierunt, et quum in Macedo-  
 niam pervenissent, tres totos menses desederunt, donec multis  
 Atheniensium oppidis subactis Philippus reverteretur, in  
 quibus erat etiam Cersobleptes. Ac reversus non statim de-  
 dit jusjurandum, sed distulit, dum expeditionem contra  
 Phocenses iustruxisset, etsi si legatos ad eum de bello depo-  
 nendo miserant. Quum autem contra Phocenses proficisceretur;  
 non in fano, ut fieri par erat, sed in caupona jusju-  
 randum dedit in hæc verba : « Pacem facio cum Atheniensibus  
 et Atheniensium sociis, præter Halenses et Phocenses », quod  
 Halenses hostes essent Pharsaliis suis amicis, cum Phocensi-  
 bus autem se pacem facere negabat, quod fanum imple vio-  
 lassent. (8) Secunda igitur legatione in Atticam reversa, Demo-  
 sthenes controversiam movet, decreta Philippi non placere  
 sibi dicitans. Æschines respondet, ea dixisse Philippum  
 aperte, sibi vero in aurem insurrasse, se Halenses et Pho-  
 censes excepisse, ne re animadversa Thebani sibi caverent,

12

20 νος ἀπολέσω, τούτους δὲ σώσω.» (9) Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πεισθέντες Αἰσχίνῃ, ἐχειροτόνησαν τρίτην πρεσβείαν, βουλούμενοι μαθεῖν, εἰ φυλάττει Φίλιππος τὰ ὑπ' Αἰσχίνου λεχθέντα. καὶ ἐξωμώσατο Δημοσθένης μῆτε πρεσβεύσαι μῆτε κοινωνεῖν, εἴτε  
25 καλῶς εἴτε κακῶς πράξει ἡ πρεσβεία. καὶ τότε φοβηθεὶς ὁ Αἰσχίνης, μήποτε μένων ὁ Δημοσθένης πέμψαι πείσει τὸν δῆμον τοῖς Φωκέωσι βοήθειαν, προσποιήσατο, ὡς λέγει Δημοσθένης, ἀβρωστεῖν. καὶ τότε ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Εὐνομος  
338 ἦλθεν ἔχων ἰατρὸν καὶ ὀμνύων, ὅτι ἀβρωστῆται Αἰσχίνης. καὶ αὐτὸν τὸν Εὐνομον ἀντὶ τούτου ἐχειροτόνησεν ὁ δῆμος πρεσβευτῆν. Καὶ ἀπελθόντων τούτων τῶν πρεσβῶν, ὡς κατέλαβον Εὐβοίαν, ἤκουσαν, ὅτι Φωκέας κατεστρέφατο ὁ Φίλιππος, καὶ μετ' Αἰσχίνης ὑπέστρεψαν. ἔλθουσας δὲ τῆς τρίτης πρεσβείας εἰς τὴν Ἀττικὴν Αἰσχίνης αὐτοχειροτόνητος πρεσβευτῆς ἀπῆλθε πρὸς Φίλιππον, ὡς λέγει Δημοσθένης.

10 Ἰστέον δὲ, ὅτι μετὰ τὴν πρεσβείαν ἑκαστος τῶν πρεσβῶν εὐθύνας ἐδίδου. καὶ ἡ μὲν πρώτη πρεσβεία παρέσχεν εὐθύνας οὕτω καλῶς, ὥστε τὸν Δημοσθένην γράψαι καλέσαι αὐτοὺς ἐπ' ἀριστον· ἔθος γὰρ ἦν τοὺς καλῶς πρεσβεύσαντας εἰς δημόσιον ἀριστον καλεῖσθαι. Ἀποροῦσι δὲ τινες ὅτι, εἰ  
15 ἠπίστατο Δημοσθένης ὅτι προδοταὶ ἦσαν, διὰ τί ἐποίησεν αὐτοὺς κληθῆναι εἰς δημόσιον ἀριστον. Καὶ λέγομεν, ὅτι μετὰ τὸ ἀριστον ἔγνω τὸν σκοπὸν αὐτῶν. Τῶν δὲ τῆς δευτέρας πρεσβείας μόνος ὁ Δημοσθένης δέδωκεν εὐθύνας. μέλλοντος δὲ τοῦ  
20 Αἰσχίνου παρεῖναι, ἐπέστη Τιμαρχος καὶ Δημοσθένης κατηγορήσαντες τούτου. καὶ ἤτησεν Αἰσχίνης ἀνάκρισιν γενέσθαι, καὶ γενομένης ἀνακρίσεως εἶδεις Τιμαρχον ἡταιρηκότα καὶ ἐξέβαλον αὐτόν. νόμος γὰρ ἦν τὸν ἡταιρηκότα μὴ πολιτεύεσθαι. εἴτα ἐπέστη κατηγορήσαν ὁ Δημοσθένης. (11) Καὶ λέγουσι τινες, πῶς ἐνταῦθα μέμνηται τῆς τρίτης πρεσβείας. Λέγομεν δ', ὅτι μετὰ τρία ἔτη τῆς γραφῆς εἰσῆλθεν ἔχων τὴν κατηγορίαν. γενομένης γὰρ τῆς δευτέρας πρεσβείας,  
339 μαθόντες οἱ Ἀθηναῖοι τὴν τῶν Φωκέων ἀπώλειαν, ἔσπευγόντων ἐκ τῶν ἀγρῶν καὶ ἐν πολλῷ θορόβῳ ἦσαν. καὶ μετὰ τρία ἔτη εἰσῆλθεν ὁ Δημοσθένης κατηγορήσαν Αἰσχίνου. καὶ κρίνει αὐτὸν διὰ δύο ἐγκλήματα : διὰ τὴν ἀπώλειαν τῶν Φωκέων, καὶ διὰ δωροδοκίαν. Ἰστέον δὲ, ὅτι προηγουμένον ἔστιν  
5 ἐγκλημα, ὅτι Φωκεῖς ἀπολώλασιν. πρὸς σύστασιν τούτου δευτέρον ἐνέκυψε ζήτημα, ὅτι ἐπὶ χρήμασιν Αἰσχίνῃ τούτο τετόλμηται, ὡς σύστασιν γίνεσθαι τοῦ προτέρου ἐγκλήματος τοῦ κατὰ Φωκέας, (12) Τεκμήρια ἔστι τὸ πάλαι ταῦτα ἔσκαυρησθαι καὶ κατεσκευάσθαι, δι' ὧν ἅμα καὶ προαναίρει τὸ χρῶμα Αἰσχίνου, καταπεύγοντος ἐπὶ ἄγνοιαν καὶ συγγνώμην. καὶ  
10 τούτων τὰ μὲν ἐκ τῶν παρεμμένων εἰληψε, τὰ δὲ ἐκ τῶν πεπραγμένων. συνέειπε γὰρ Φιλοκράτης ἄνευ Φωκέων γράφοντι τὴν εἰρήνην. οὐκ ἔλαβεν ὄρκους παρὰ Θετταλῶν συμμαχοῦντων Φιλίππῳ, οἱ οὐκ ἂν συνεστράτευσαν ἐπὶ Φωκέας, εἴπερ  
15 δεδωκότες ἦσαν τοὺς ὄρκους. ἐνέδωκε Φιλίππῳ χρόνον παρασκευάσασθαι τὴν ἐπὶ Φωκέας στρατείαν. διέτριψε γὰρ ἐκεῖνος τοὺς χρόνους ἐξεπίτηδες ἀναλίσκων, ἵνα μὴ περιπλεῖσας ὁ δῆμος κλείσῃ τὰς Πύλας. ἐξηπάτησε τὴν πόλιν ἐπαυελθὼν ἐπίτηδες διτταῖς ἔλπισι, μᾶλλον δὲ ἀπολούνται Θεβαῖοι, ἑτέρα δὲ ὅτι Φωκεῖς σωθήσονται, ὥστε μὴ ἐγγενέσθαι  
20 βουλεύσασθαι τι δεξιὸν ὑπὲρ Φωκέων. εἶπε γὰρ δεῖν Φιλίππῳ πιστεῖν. Σώσιν γὰρ αὐτοὺς τῇ πόλει ἐπηγγεῖλατο. (13) Καὶ τοῦ μὲν προτέρου ταῦτα τεκμήρια, τοῦ δὲ δευτέρου, τοῦ περὶ τῶν δώρων, ἐν ᾧ δεικνύνται, ὅτι χρήματα εἰληφεν Αἰσχίνης, ταῦτα τεκμήρια, ὧν ὁμοίως τὰ μὲν ἐκ τῶν παρεμμένων ἔστι, τὰ δὲ ἐκ τῶν πεπραγμένων : οὐ μισεῖ Φίλιππον, καίπερ  
340 ἔπακταθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ὡς φησι. συνέειπε Φιλίππῳ γενέσθαι Ἀμφικτύονα, πρεσβευσαμένων περὶ αὐτοῦ τῶν Ἀμφικτυόνων.

quos invasurus et perditurus, hos conservaturus esset. (9) Athenienses Aeschini fidem habentes, tertiam legationem decreverunt, cognituri, starene Philippus pollicitationibus Aeschinis. Demosthenes et legationem ejuravit et se negavit quicquam cum legatione rei habiturum, sive ea bene sive male obiretur. Tum veritus Aeschines, ne manens domi Demosthenes persuaderet populo, ut Phocensibus auxilium mitteret, simulat, ut ait Demosthenes, se aegrotare. venit frater ejus Eunomus adductoque medico jurat aegrotare Aeschinem. sic ipsum Eunomum Aeschinis loco populus legatum creat. Qui legati quum abissent, ut in Euboeam pervenerunt, audivere Phocenses eversos esse a Philippo, et cum dedecore redierunt. Reversa tertia legatione in Atticam, Aeschines snapte auctoritate legatus abiit ad Philippum, ut ait Demosthenes.

10. Sciendum est autem post legationem singulos legatos rationem reddidisse. Ac prima legatio tam praeclare rationem reddidit, ut Demosthenes eam decreto ad prandium invitandam rogaverit. moris enim erat, ut legati re bene gesta convivio publico exciperentur. Quidam autem dubitant, cur eos Demosthenes, si scelerit fuisse proditores, ad publicum invitari prandium curarit. Ad quod respondemus eum post prandium consilium eorum animadvertisse. Ex posteriore autem legatione solus Demosthenes rationes reddidit, quas Aeschinem reddidit Timarchus et Demosthenes accusantes aggredduntur. Postulat Aeschines, ut inquisitio fiat : facta inquisitione ostendit Timarchum prostituisse pudicitiam. eum ejiciunt lege enim cavebatur, ne quis impudicus rempublicam administraret. Deinde aggreddit Demosthenes Aeschinem accusans. (11) Quidam etiam quaerunt, cur hic tertiae legationis meminerit. Respondemus eum triennio post accusationem scriptam causam eglise in judicio. missa enim posteriore legatione Athenienses cogito Phocensium excidio ex agris in urbem sua comportant et in magno sunt tumultu. triennio post instituit Demosthenes Aeschinem accusare, et duo ei crimina objicit : interitum Phocensium, et accepta munera. Sciendum est autem praecipuum esse crimen interitum Phocensium. ad cujus probationem altera quaestio incidit, propter pecuniam Aeschinem id esse ausum, ut probetur prius crimen de Phocensibus. (12) Argumento sunt illa diu comparata et instructa esse, quo argumento simul etiam tollit Aeschinis colorem, ad ignorationem et deprecationem confugientis. atque argumentorum alia e praetermissis, alia e factis petit : quod patrocinnatus fuerit Philoocali pacem sine Phocensibus roganti, quod non exegerit jurandum a Thessalis Philippi sociis, qui non militassent contra Phocenses, si jusjurandum dedissent. quod tempus Philippo praebuerit instruendae contra Phocenses expeditionis. commoratum enim dicit illum fuisse de industria et consumpsisse tempus, ne missa classe populus Pylas clauderet. quod regressus data opera deceperit populum duplici spe : una, fore ut Thebani perderentur, altera, ut Phocenses conservarentur, ne facultas daretur de incolunitate Phocensium dextre deliberandi, quam dixisset fidem habendam esse Philippo, qui se illos conservaturum urbi promississet. (13) Ac prioris quaestionis haec argumenta sunt, posterioris autem, de largitionibus, dum ostendit accepisse Aeschinem pecuniam, haec argumenta, quorum item alia e praetermissis petitur, alia e factis : non odit Philippum, quamquam ab eo deceptus, ut ait. patrocinnatus est Philippo, ut Amphictyio fieret, quam ea de re legationem huc misit-

σύνεστιν αἰεὶ Φιλοκράτει χρήματα εὐλοφίτι. καλούμενος ἐπὶ  
5 μαρτυρίαν, ἥνικα Ἵπεριδης εἰρήγγειλε Φιλοκράτην, πα-  
ρῶν οὐκ ἐφθέγγετο. χειροτονηθεὶς πρεσβευτῆς ἐπὶ τὴν Φωκίδα  
πρὸς Φιλίππον ἐπὶ ταῖς ὑποσχέσεσιν ἀφῆρωστέιν προσποιή-  
σατο. ἀλότων Φωκῶν μετὰ τὴν ἐξωμοσίαν ἀχειροτόνητος  
10 πορεύεται, ὅτε καὶ φυλάσσει αὐτὸν ἐχρῆν. ταῦτα τὰ τε-  
κμήρια τοῦ δευτέρου λόγου. Ἔστι δὲ τούτων τὸ ἰσχυρότατον,  
καὶ οὐ μάλιστα ἀντέχεται, ἡ ἐπαγγελία καὶ ἡ ὑπόσχεσις Αἰ-  
σχίνου ἢ περὶ Θηβαίων καὶ Φωκῶν.

15 14. Ἡ μὲν ὑπόθεσις τοῦ λόγου στοχαστική. οὐ γὰρ συν-  
τρέπει τοὺς ἐγκαλουμένους Αἰσχίνης, ἀλλ' ἀρνείται παντάπαστι.  
τὸ δ' εἶδος οἱ μὲν ἀπλοῦν νενομίκασι, ὡς πολλῆς ὡς ἐν ἀλη-  
θείᾳ συνδραμούσης, οἱ δὲ συγκατασκευάζουσι, δύο λαβόντες  
20 ἐγκλήματα, τὸ κατὰ Φωκέας καὶ Θράκην. Μένανδρος δὲ ἐπι-  
πίπτοντά φησιν. Ἐληπτὰ δὲ ἐκ διαβολῆς τὸ προσίμουν. δι-  
ὧν γὰρ αὐτὸν δεδιότα ποιεῖ καὶ δέμενον, διὰ τούτων δείκνυ-  
σιν οὐ πᾶν τοῖς δικαίοις τεθαρότητα. καὶ ἅμα συγκρουστι-  
κὸν ἂν εἴη τὸ νόημα.

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

## 341 Ο ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡΑΠΡΕΣΒΕΙΑΣ.

1. Ὅση μὲν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σπουδὴ περὶ του-  
τωνὶ τὸν ἀγῶνα καὶ παραγγελία γέγονε, σχεδὸν οἴμαι  
πάντας ὑμᾶς ἠσθῆσθαι, ἐωραχότας ἀρτι τοὺς, ὅτ' ἐκλη-  
ροῦσθε, ἐνοχλοῦντας καὶ προκίοντας ὑμῖν. Διήσο-  
5 μαι δὲ πάντων ὑμῶν, ἃ καὶ τοῖς μὴ δεηθεῖσι δίκαιόν  
ἐστὶν ὑπάρχειν, μηδεμίαν μῆτε χάριν μὴτ' ἄνδρα ποιεῖ-  
σθαι περὶ πλειόνος ἢ τὸ δίκαιον καὶ τὸν ὄρκον ὃν εἰσε-  
λήλυθεν ὑμῶν ἕκαστος ὁμωμοκῶς, ἐνθυμουμένους, ὅτι  
10 ταῦτα μὲν ἐστὶν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὅλης τῆς πόλεως, αἱ  
δὲ τῶν παρακλήτων αὐταὶ δεήσεις καὶ σπουδαὶ τῶν  
ἰδίων πλεονεξιῶν ἐνεκα γίνονται, ἃς ἵνα κωλύθῃ, οἱ  
νόμοι συνήγαγον ὑμᾶς, οὐχ ἵνα κυρίας τοῖς ἀδικοῦσι  
ποιήτε. (2) Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους, ὅσοι πρὸς τὰ κοινὰ  
15 δίκαιώς προσέρχονται, ἂν δεδοκότες ὣσιν εὐθύνας,  
τὴν ἀειλογίαν ὄρω προτεινομένους, τουτωνὶ δ' Αἰσχίνην  
πολὺ τᾶναντία τούτου. πρὶν γὰρ εἰσελθεῖν εἰς ὑμᾶς  
καὶ λόγον δοῦναι τῶν πεπραγμένων τὸν μὲν ἀνήρηκε  
20 τῶν ἐπὶ τὰς εὐθύνας ἐλθόντων, τοῖς δ' ἀπειλεῖ περιού-  
ων, δεινότατον πάντων ἔθος εἰς τὴν πολιτείαν εἰσάγων καὶ  
ἀσυμφορώτατον ὑμῖν. εἰ γὰρ ὁ πράξας τι τῶν κοι-  
νῶν καὶ διοικησᾶς τῶ καθ' ἑαυτὸν φόβῳ καὶ μὴ τῶ  
31 δίκαιῳ κατασκευάσει μηδὲν εἶναι κατήγορον αὐτοῦ  
παντάπασιν ἀκυροὶ πάντων ὑμεῖς γενήσεσθε.

3. Τὸ μὲν οὖν ἐξελέγξειν πολλὰ καὶ δεινὰ πεποιη-  
κότα τουτωνὶ καὶ τῆς ἐσχάτης ὄντα τιμωρίας εἶσιον  
5 θαρρῶ καὶ πᾶν πιστεύω, ὃ δὲ, καίπερ ὑπειληφώς  
ταῦτα, φοβοῦμαι, φράσω πρὸς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἀπακρύ-  
ψομαι, ὅτι μοι δοκοῦσιν ἅπαντες οἱ παρ' ὑμῖν ἀγῶνες  
οὐχ ἦττον, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν καιρῶν ἢ τῶν  
πραγμάτων εἶναι, καὶ τὸ χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν  
10 πρεσβείαν πολλὴν δέδοικα, μὴ τινα λήθην ἢ συνήθειαν  
τῶν ἀδικημάτων ὑμῖν ἐμπροσθήκη. (4) Ὡς δὲ μοι  
δοκεῖτ' ἂν ὅμως ἐκ τούτων καὶ γῶναι τὰ δίκαια καὶ  
δικάσαι νυνί, τοῦθ' ὑμῖν λέξω : εἰ σέψαισθε παρ' ὑμῖν

sent Amphictyones. perpetua consuetudine Philocratis utitur  
corrupti largitionibus. postulatus ad dicendum testimonium,  
quum Hyperides Philocratem detulisset, quamquam praesens,  
os non aperuit. creatus legatus in Phocidem ad Philippum de  
pollicitationibus, egrotare se simulavit. captis Phocensibus  
post ejurationem, sine auctoritate publica est profectus, quo  
tempore etiam cavere eum oportebat. Haec argumenta sunt  
secundae orationis. Inter ea autem firmissimum est et quo  
maxime nititur, promissio et pollicitatio Aeschines de Thebanis  
et Phocensibus.

14. Argumentum orationis conjecturale est. neque enim cri-  
mina fatetur Aeschines, sed omnino negat. Genus causae ali-  
simplex putant, copiosa vere concurrente materia, alii simul  
confirmari duo crimina statuunt, de Phocensibus et de Thra-  
cibus. Menander autem ea incidentia vocat. Exordium sum-  
ptum est a calumnia. dum enim adversarium timidum et  
supplicem facit, indicat eum justa causa parum esse fretum.  
simul sententia fuerit comparativa.

## DEMOSTHENIS

## ORATIO DE FALSA LEGATIONE.

1. Quanta in hoc judicio, Athenienses, contentione  
atque ambitu utantur adversarii, omnes fere vos arbitrator  
animadvertisse, quum paulo ante videritis quosdam, dum  
sortiebamini, facessere negotium et supplicare vobis. Pe-  
tam autem a vobis omnibus, quae etiam non rogantibus  
praestari est aequum : ut nec gratiam ullam nec virum plu-  
ris faciatis quam aequitatem et jusjurandum, quo unusquis-  
que vestrum dato huc est ingressus, et reputetis hoc e re  
vestra esse et totius civitatis, advocatorum autem istas  
intercessionem et studia propter privata emolumenta susci-  
pi, ad quae prohibenda legum auctoritate convenistis, non,  
ut ea iniquis hominibus confirmaretis. (2) Ac reliquos qui-  
dem, qui recto proposito ad rempublicam accedunt, etiamsi  
rationem reddiderunt, semper tamen ultro ad responden-  
dum paratos, Aeschinam autem istum longe aliter quam ita  
animalum esse video. nam priusquam ad vos ingrederetur  
et actorum suorum rationem redderet, alium eorum, qui  
rationes postulabant, sustulit, aliis obambulans minitatur,  
et iniquissimam omnium consuetudinem et vobis pernicio-  
sissimam invehit in civitatem. si enim is, qui aliquid publi-  
cum gessit et procuravit, sui terrore et non aequitate  
efficiet, ne ab aliquo accusetur ; omnis vobis effipietur  
auctoritas.

3. Ac me monstraturum multa istum et gravia scelera  
fecisse et extremo supplicio esse dignum confido et omnino  
persuasum mihi habeo, quid autem etiam in hac persuasione  
formidem, dicam apud vos et non dissimulabo : mihi viden-  
tur causae omnes, quae apud vos aguntur, non minus,  
Athenienses, temporum esse quam rerum, et quia mul-  
tuum temporis post legationem intercessit, metuo, ne id  
oblivionem aliquam aut consuetudinem vobis attulerit in-  
juriarum. (4) Sed tamen, quemadmodum etiam sic et  
intellecturi quae aequa sunt et pronuntiaturi nunc videmini,  
id vobis dicam : si vobiscum ipsi consideretis, iudices, et

αὐτοῖς, ὧ ἀνδρες δικασταί, καὶ λογίσαισθε, τίνων  
 15 προσήκει τῇ πόλει λόγον παρὰ πρεσβευτοῦ λαβεῖν.  
 πρῶτον μὲν τοίνυν, ὧν ἀπήγγειλε, δεύτερον δὲ, ὧν  
 ἔπεισε, τρίτον δὲ, ὧν προσετάξατ' αὐτῷ, μετὰ ταῦτα,  
 τῶν χρόνων, ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις, εἰ ἀδωροδοκῆτος ἢ  
 μὴ πάντα ταῦτα πέπρακται. (5) Τί δὴ ποτε τούτων;  
 20 Ὅτι ἐκ μὲν τῶν ἀπαγγελιῶν τὸ βουλευσασθαι περὶ τῶν  
 πραγμάτων ὑμῖν ἐστίν. ἂν μὲν οὖν ὧσιν ἀληθεῖς, τὰ  
 δεόντ' ἔγνωτε, ἂν δὲ μὴ τοιαῦται, τάναντία. Τὰς δὲ  
 συμβουλίας πιστοτέρας ὑπολαμβάναντ' εἶναι τὰς τῶν  
 πρέσβων. ὡς γὰρ εἰδότες περὶ ὧν ἐπέμψθησαν  
 25 ἀκούετε. οὐδὲν οὖν ἐξελέγχεσθαι δικαίος ἐστίν ὁ πρε-  
 σβευτῆς φαῦλον οὐδ' ἀσύμφορον ὑμῖν συμβεβουλευκός.  
 (6) Καὶ μὴν περὶ ὧν γε προσετάξατ' εἰπεῖν ἢ πράξαι  
 καὶ διαβρῆθην ἐψηφίσασθε ποιῆσαι, προσήκει διω-  
 κηκέναι. εἰεν. Τῶν δὲ δὴ χρόνων διὰ τί; ὅτι  
 343 πολλὰκις, ὧ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, συμβαίνει πολλῶν  
 πραγμάτων καὶ μεγάλων καιρῶν ἐν βραχεῖ χρόνῳ γί-  
 γνεσθαι, ὃν εἴαν τις ἐκὼν καθυφῆ τοῖς ἐναντίοις καὶ  
 5 προδῶ, οὐδ' ἂν ὀτιοῦν ποιῆ πάλιν οἷός τ' ἔσται σῶσαι.  
 (7) Ἀλλὰ μὴν ὑπερ γε τοῦ προῖκα, ἢ μὴ, τὸ μὲν ἐκ  
 τούτων λαμβάνειν, ἐξ ὧν ἡ πόλις βλάπτεται, πάντες  
 οἷδ' ὅτι φήσαστ' ἂν εἶναι δεινὸν καὶ πολλῆς ὀργῆς ἀξίον.  
 ὁ μὲντοι τὸν νόμον τιθεὶς οὐ διώρισε τοῦτο, ἀλλ'  
 10 ἀπλῶς εἶπε μηδαμῶς δῶρα λαμβάνειν, ἡγούμενος, ὡς  
 ἔμοι δοκεῖ, τὸν ἅπαξ λαβόντα καὶ διαφθάρηνθ' ὑπὸ  
 χρημάτων οὐδὲ κριτῆν ἔτι τῶν συμφερόντων ἀσφαλῆ  
 μένειν τῇ πόλει. (8) Ἄν μὲν τοίνυν ἐξελέγξω καὶ  
 δείξω σαφῶς Αἰσχίνην τούτον καὶ μηδὲν ἀληθὲς ἀπηγ-  
 15 γελότα καὶ κακωλυκός' ἐμοῦ τὸν δῆμον ἀκοῦσαι τά-  
 ληθῆ, καὶ πάντα τάναντία τῶν συμφερόντων ὑμῖν  
 συμβεβουλευκός, καὶ μηδὲν, ὧν προσετάξατε, ἐν τῇ  
 πρεσβείᾳ πεποιηκότα, καὶ ἀνηλωκότα τοὺς χρόνους ἐν  
 οἷς πολλῶν καὶ μεγάλων πραγμάτων καιροὶ προεῖνται  
 τῇ πόλει, καὶ πάντων τούτων δῶρα καὶ μισθοὺς εἰλη-  
 20 φότα μετὰ Φιλοκράτους καταψηφίσασθ' αὐτοῦ καὶ  
 δίκην ἀξίαν τῶν ἀδικημάτων λάβετε. ἂν δὲ μὴ δείξω  
 ταῦτα, ἢ μὴ πάντα· ἐμὲ μὲν φαῦλον ἡγεῖσθε, τοῦτον  
 δ' ἄφετε.

9. Πολλὰ δὲ καὶ δεινὰ κατηγορεῖν ἔχων ἔτι πρὸς τού-  
 25 τοις ἔπειρα, ὧ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, ἐξ ὧν οὐκ ἔσθ' ὅστις  
 ἂν οὐκ εἰκότως μισήσειεν αὐτόν, βούλομαι πρὸ πάντων  
 ὧν μέλλω λέγειν μνημονεύοντας ὑμῶν οἷδ' ὅτι τοὺς  
 πολλοὺς ὑπομνήσαι, εἰς τίνα τάξιν ἑαυτὸν ἔταξεν  
 Αἰσχίνης ἐν τῇ πολιτείᾳ τὸ πρῶτον καὶ τίνας λόγους  
 344 κατὰ τοῦ Φιλίππου δημηγορεῖν ᾗτο δεῖν, ἴν' εἰδῆσθ'  
 ὅτι τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ πεπραγμένοις καὶ δεδημηγορημέ-  
 νοις ἐν ἀρχῇ μάλιστα' ἐξελεγχθήσεται δῶρ' ἔχων. (10)  
 Ἔστι τοίνυν οὗτος ὁ πρῶτος Ἀθηναίων αἰσθόμενος  
 Φιλίππον, ὡς τότε δημηγορῶν ἔφη, ἐπιβουλεύοντα  
 5 τοῖς Ἑλλησι καὶ διαφθείροντά τινος τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ  
 προεστηκότων, καὶ ἔχων Ἰσχάνδρον τὸν Νεοπτολέμου  
 δευτεραγωνιστὴν πρὸς ἡμᾶς ἐν τῇ βουλῇ, πρὸς ἡμᾶς  
 δὲ τῷ δήμῳ περὶ τούτων, καὶ πείσας ὑμᾶς πανταχοῖ

reputetis, quarum rerum civitatem a legato rationem re-  
 putere oportet: primum, eorum quæ renuntiavit, secundo  
 loco, eorum quæ persuasit, tertio, eorum quæ vos ei man-  
 dastis, post hæc, temporum, et his omnibus actis, integre  
 necne ea facta sint omnia. (5) Cur tandem horum? Quod  
 e renuntiationibus vos de negotiis deliberatis. quæ si veræ  
 sint, necessaria statuitis, sin non tales, contraria. Consilia  
 autem legatorum veriora esse putatis. auditis enim eos ut  
 gnaros earum rerum, de quibus missi sunt. nequaquam  
 igitur decet convinci legatum dati vobis ullius inutilis et  
 perniciosi consilii. (6) Jam quæ dicenda aut agenda jus-  
 sistis et nominatim decrevistis facienda, ea illi convenit  
 procurasse. hæc hactenus. Temporum autem quamobrem?  
 quia sæpe usu venit, Athenienses, ut multarum rerum et  
 magnarum occasio brevi tempore concludatur, quam si quis  
 ultro adversariis condonarit et prodiderit, etiamsi omnia  
 conetur, nunquam poterit recuperare. (7) De mercede  
 autem accepta vel non accepta, inde accipere, unde respu-  
 blica damnum capiat, omnes scio fateri esse terribile et  
 magna ira dignum. legislator vero hoc non distinxit, sed  
 simpliciter vetuit accipere aliquem munera, existimans, ut  
 mihi videtur, eum, qui semel acceperit et largitionibus sit  
 corruptus, non amplius constantem manere judicem pu-  
 blicorum commodorum. (8) Quod si ostendero et perspi-  
 cue monstravero, Æschinem istum et nihil veri renuntiasse,  
 etiam obstitisse ne populus verum ex me audiret, et utilibus  
 maxime contraria suasisse vobis, et nihil eorum quæ man-  
 daveratis in legatione fecisse, et consumpsisse tempora qui-  
 bus multarum et magnarum rerum occasiones reipublicæ  
 perierunt, et propter omnia hæc mercedes et mubera acce-  
 pisse cum Philocrate; condemnate eum et ut factis ejus di-  
 gnus est punire. sin hæc non ostendero, aut non omnia;  
 me improbum ducite et istum absolvite.

9. Quanquam autem multa et gravia præter hæc accusare  
 possum alia, Athenienses, ob quæ nemo non eum jure  
 oderit, ante omnia tamen vos quæ dicturus sum, quum, ut  
 salis scio, plerique vestrum id meminerint, commonefaciam,  
 in quo reipublicæ ordine Æschines se primum collocarit et  
 quales conciones contra Philippum sibi habendas esse cen-  
 suerit, ut sciat is eum suis actis et concionibus primis  
 maxime de acceptis muneribus convinci. (10) Primus igitur  
 hic est Atheniensium, qui animadverterit Philippum, ut tum  
 pro concione asserebat, insidiari Græcis et corrumpere ma-  
 gistratum quosdam in Arcadia, et adhibito Ischandro  
 Neoptolemi secundano actore retulerit ad senatum, retule-  
 rit ad populum his de rebus, et suaserit vobis quocunquæ

πρέσβεις πέμψαι τοὺς συνάζοντας δέυρο τοὺς βουλευσο-  
 10 μένους περὶ τοῦ πρὸς Φιλίππον πολέμου, (11) καὶ ἀπαγ-  
 γέλλων μετὰ ταῦθ' ἤκων ἐξ Ἀρκαδίας τοὺς καλοὺς  
 ἐκείνους καὶ μακροὺς λόγους, οὓς ἐν τοῖς μυρίοις ἐν  
 Μεγάλη πόλει πρὸς Ἱερώνυμον, τὸν ὑπὲρ Φιλίππου  
 15 λέγοντα, ὑπὲρ ἡμῶν ἐφη δεδημηγορημένοι, καὶ διεξιῶν  
 ἡλίκα τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν, οὐχὶ τὰς ἰδίας ἀδικούσι  
 μόνον πατρίδας οἱ δωροδοκοῦντες καὶ χρήματα λαμβά-  
 νοντες παρὰ Φιλίππου. (12) Ἐπειδὴ τοίνυν ταῦτα  
 πολιτευομένου τούτου τότε καὶ τοῦτο τὸ δεῖγμα' ἐξενη-  
 20 νογότος περὶ αὐτοῦ, τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης πρέσβεις  
 νέμπειν ὡς Φιλίππον ἐπαίθητε, ὅτι Ἀριστοδήμου καὶ  
 Νεοτολέμου καὶ Κτησιφῶντος καὶ τῶν ἄλλων τῶν  
 ἐκείθεν ἀπαγγελλόντων οὐδ' οἷον ὑγιέει γίγνεται τῶν  
 πρέσβειων τούτων εἰς καὶ οὗτος, οὐχ ὡς τῶν ἀποδωσο-  
 25 μένων τὰ ἡμέτερα, οὐδ' ὡς τῶν πεπιστευκότων τῷ  
 Φιλίππῳ, ἀλλ' ὡς τῶν φυλαζόντων τοὺς ἄλλους. διὰ  
 γὰρ τοὺς προειρημένους λόγους καὶ τὴν πρὸς τὸν Φί-  
 λιππον ἀπέχθειαν, ταύτην εἰκότως περὶ αὐτοῦ πάγτες  
 εἴχετε τὴν δόξαν. (13) Πρὸς αὐθὺν τοίνυν ἔμοι μετὰ  
 34 ταῦτα συνετάττετο κοινῇ πρεσβεύειν, καὶ ὅπως τὸν  
 μισθὸν καὶ ἀναίδῃ φυλάξομεν ἀμφοτέροι, τὸν Φιλοκρά-  
 την, πολλὰ παρεκελεύσατο. καὶ μέχρι τοῦ δεῦρ'  
 ἐπαναλθεῖν ἀπὸ τῆς πρώτης πρεσβείας ἐμὲ γούν, ὡ  
 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διεσθαρμένος καὶ πεπρακὼς ἑαυτὸν  
 5 ἐλάθηνεν. χωρὶς γὰρ τῶν ἄλλων ὧν, ὅπερ εἶπον,  
 εἰρήκει πρότερον, ἀναστὰς τῇ προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν,  
 ἐν αἷς περὶ τῆς εἰρήνης ἐβουλεύεσθε, ἤρξατ' ἀρχὴν, ἢ  
 ἐγὼ καὶ τοῖς ῥήμασιν οἶμαι τοῖς αὐτοῖς, οἷσπερ οὗτος  
 10 εἶπεν ἐν ἡμῖν, ἀπονημονεύσειν: (14) « Εἰ πάνυ πολὺν,  
 ἐστὶ, χρόνον ἐσκόπει Φιλοκράτης, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,  
 πῶς ἂν ἀριστ' ἐναντιωθῆτὴ τῇ εἰρήνῃ· οὐκ ἂν αὐτὸν  
 ἄμεινον εὐρεῖν οἶμαι, ἢ τοιαῦτα γράφοντα. ἐγὼ δὲ  
 ταύτην μὲν τὴν εἰρήνην, ἕως ἂν εἰς Ἀθηναίων λείπηται,  
 15 οὐδέποτε ἂν συμβουλεύσαιμι ποιήσασθαι τῇ πόλει, εἰ-  
 ρήνην μόνον φημί δεῖν ποιῆσθαι. » καὶ τοιοῦτους  
 τινὰς εἶπε βραχεῖς καὶ μετρίους λόγους. (15) Ὁ δὲ  
 ταῦτ' εἰπὼν τῇ προτεραίᾳ πάντων ἀκούοντων ἡμῶν, εἰς  
 τὴν ὑστεραίαν, ἐν ᾗ τὴν εἰρήνην ἔδει κυροῦσθαι, ἐμοῦ  
 20 τῷ τῶν συμμάχων συνηγοροῦντος δόγματι καὶ τὴν  
 εἰρήνην, ὅπως ἴση καὶ δικαία γένηται, πράττοντος,  
 καὶ ἡμῶν βουλομένων ταῦτα καὶ οὐδὲ φωνῆν ἐθελοντων  
 ἔκσειν τοῦ καταπτύστου Φιλοκράτους, ἀναστὰς ἐδη-  
 25 μηγόρει καὶ συνηγόρει· κείνῳ πολλῶν ἀξίους, ὡς Ζεῦ  
 καὶ πάντες θεοὶ, θανάτων λόγους: (16) Ὡς οὔτε τῶν προ-  
 γόνων ἡμᾶς μεμνησθαι δεοί, οὔτε τῶν τὰ τρέπαια καὶ  
 τὰς ναυμαχίας λεγόντων ἀνέχεσθαι, νόμον τε θῆσειν  
 καὶ γράψειν μηδὲν τῶν Ἑλλήνων ἡμᾶς βοηθεῖν, ἔς ἂν  
 34 μὴ πρότερος βεβωθηκῶς ἡμῖν ᾖ. Καὶ ταῦθ' ὁ σχέ-  
 τλιος καὶ ἀναίδης οὗτος ἐτόλμα λέγειν ἐφρονηκῶτων  
 τῶν πρέσβειων καὶ ἀκούοντων, οὓς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων  
 μετεπέμψασθε, ὑπὸ τούτου πεισθέντες, ἔτ' οὐπω πε-  
 5 πρακῶς αὐτὸν ᾖν.

17. Ὅν μὲν οὖν τρόπον, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χειρο-

terrarum legatos esse mittendos, qui huc convocarent de  
 bello Philippico deliberaturos; (11) et postea reversus ex  
 Arcadia præclaras illas et longas orationes recensuerit, quas  
 coram decem millibus Megalopoli adversus Hieronymum  
 Philippi defensorem habuisse pro vobis se asserebat, et  
 commemoraverit, quantis injuriis omnem Græciam, non  
 suas tantum patrias largitionum avidi et pecuniam a Phi-  
 lippo accipientes afficerent. (12) Posteaquam igitur ea tum  
 isto administrante et tale de se specimen præbente, le-  
 gatos de pace ad Philippum mittendos vobis persuaserunt  
 Aristodemus et Neoptolemus et Ctesiphon et ceteri nihil  
 sani e Macedonia renuntiantes; eorum legatorum et iste fit  
 unus, non qui vestra venderent, aut qui Philippo fidem  
 haberent, sed qui ceteros custodirent, nam propter orationes  
 ante habitas et Philippi odium sic de eo non ab re omnes  
 sentiebatis. (13) Deinde mecum congressus paciscitur, ut  
 communiter legationem obeamus, et multum hortatur ut  
 scelestum et impudentem Philocratem uterque caveamus.  
 ac, donec huc rediissemus a prima legatione, equidem,  
 Athenienses, non animadverti corruptum esse eum et se  
 vendidisse. præter cetera enim, quæ, ut recensui, prius  
 dixerat, surgens in priore concionum, quibus de pace deli-  
 berabatis, principio usus est quod ego etiam verbis, ut  
 opinor, iisdem, quæ ille dixit apud vos, commemorabo: (14)  
 « Si multum et diu meditatus esset Philocrates, Athenien-  
 « ses, quo pacto paci optime adversaretur; nihil eum me-  
 « lius fuisse reperiturum arbitrator talibus decretis. ego vero  
 « pacem istam, dum unus Atheniensis superfuerit, nun-  
 « quam civitati suaserim esse faciendam, pacem tamen fa-  
 « ciendam esse dico. » Talia dixit breviter et moderate. (15)  
 Qui vero pridie hæc dixerat audientibus vobis omnibus, po-  
 stridie ad concionem, quum pax confirmanda esset, me  
 sociorum decretum defendente et id agente, ut pax justa  
 et æqua fieret, vobisque ita sentientibus et ne vocem qui-  
 dem spurcissimi Philocratis audire volentibus, surgens di-  
 xit illique patrociniatus est verbis, o Jupiter et omnes dii,  
 quæ multis mortibus digna sunt: (16) Neque majorum  
 vobis mentionem esse faciendam neque eos, qui tropæa et  
 navalia prælia prædicent, tolerandos, seque legem laturum  
 et rogaturum esse, ne cui Græcorum opem feratis, qui non  
 prior vobis opem tulisset. Atque hæc detestabilis iste et  
 impudens dicere audebat adstantibus legatis et audientibus,  
 quos e Græcia convocaveratis de istius consilio, quum se  
 nondum vendidisset.

17. Quenadmodum igitur, Athenienses, iterum a vobis

τονσαντων ὑμῶν ἐπὶ τοὺς ὄρκους αὐτὸν πάλιν τοὺς τε  
 χρόνους κατέτριψε καὶ τὰ πράγματα πάντ' ἐλυμήνατο  
 τὰ τῆς πόλεως, καὶ ὅσαι περὶ τούτων ἐμοὶ πρὸς τοῦτον  
 ἀπέχθειαι συνέβησαν βουλομένῳ κωλύειν, αὐτίκ' ἀκού-  
 10 σεσθε. ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ἤκομεν ἐκ τῆς πρεσβείας ταύτης  
 τῆς ἐπὶ τοὺς ὄρκους, ἥσπερ εἰσὶν αἱ νῦν εὐθυναί, οὔτε  
 μικρὸν οὔτε μέγα, οὐδ' ὀτιοῦν εὐρημένοι τῶν ὅτε τὴν  
 εἰρήνην ἐποιεῖσθε λεγθέντων καὶ προσδοκηθέντων,  
 ἀλλὰ πάντ' ἐξηπατημένοι, καὶ τούτων ἕτερ' αὐθις αὖ  
 15 πεπραγόντων καὶ παρὰ τὸ ψήφισμα πεπρεσβευκότων,  
 προσῆμεν τῇ βουλῇ. (18) Καὶ ταυτὶ πολλοὶ συνίστα-  
 σιν, ἃ μέλλω λέγειν. τὸ γὰρ βουλευτήριον μαστὸν ἦν  
 ἰδιωτῶν. παρελθὼν δ' ἐγὼ πάντα ἀλλήθῃ πρὸς τὴν  
 20 βουλὴν ἀπήγγελα, καὶ κατηγορήσα τούτων, καὶ ἀνη-  
 ριμνησάμην ἀπὸ τῶν πρώτων ἐλπίδων ἐκείνων ὧν ὁ  
 Κτισσιφῶν καὶ ὁ Ἀριστόδημος ἀπήγγειλαν πρὸς ὑμᾶς,  
 καὶ μετὰ ταῦθ', ὅτε τὴν εἰρήνην ἐποιεῖσθε, ἃ ὅσους  
 ἐδημηγόρησε καὶ εἰς ἃ προήχασιν τὴν πόλιν, καὶ περὶ  
 25 τῶν ὑπολοίπων (ταῦτα δ' ἦν Φωκεῖς καὶ Πύλαι) μὴ  
 προέσθαι συνεβούλευον, μηδὲ ταῦτα παθεῖν, μηδ' ἀναρ-  
 τωμένους ἐλπίσιν ἐξ ἐλπίδων καὶ ὑποσχέσεσιν εἰς τοῦ-  
 σχατον ἔλθειν τὰ πράγματ' ἔσσαι. (19) Καὶ ἔπεισα  
 ταῦτα τὴν βουλήν. ἐπειδὴ δ' ἤκεν ἡ ἐκκλησία καὶ  
 347 πρὸς ὑμᾶς εἶδει λέγειν, παρελθὼν Αἰσχίνης οὕτωσι πρώ-  
 τος ἡμῶν ἀπάντων (καὶ πρὸς Διὸς καὶ θεῶν πειρᾶσθε  
 συνδιαμνημονεύειν, ἂν ἀληθῆ λέγω. τὰ γὰρ πάντα  
 5 τὰ πράγματα λυμηνάμεν ὑμῶν καὶ διαφθεῖρανθ' ὄλωσ  
 ταῦτ' ἐστὶν ἤδη) τοῦ μὲν ἀπαγγέλλειν τι τῶν πεπρε-  
 σευμένων ἢ περὶ τῶν ἐν τῇ βουλῇ βηθέντων, εἰ ἄρ'  
 ἡμιφισθῆται μὴ ἀληθῆ λέγειν ἐμέ, μνησθῆναι πάμπλη-  
 θες ἀπέσχεον, εἶπε δὲ τοιούτους λόγους καὶ τηλικαῦτα  
 καὶ τοιαῦτ' ἔχοντας ἀγαθὰ, ὥσθ' ἀπαντας ὑμᾶς λαθεῖν  
 10 ὄχρητο. (20) ἔφη γὰρ ἦκειν πεπεικῶς Φίλιππον ἀπανθ'  
 ὅσα συμφέρει τῇ πόλει, καὶ περὶ τῶν ἐν Ἀμφικτύοσι  
 καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων, καὶ διεξῆλθε λόγον μακρὸν  
 ὑμῖν, ἐν κατὰ Θεβαίων εἰπεῖν πρὸς Φίλιππον ἔφη, καὶ  
 τὰ κεφάλαι' ἀπήγγελα πρὸς ὑμᾶς καὶ ἀπελογίζετ' ἐκ  
 15 τῶν ἑαυτῶν πεπρεσβευμένων δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ὑμᾶς,  
 μένοντας οἴκοι καὶ οὐ στρατευσόμενος οὐδ' ἐνοχλουμέ-  
 νους, Θεβας μὲν πολιορκουμένας αὐτὰς καθ' αὐτὰς  
 20 χωρὶς τῆς ἄλλης Βοιωτίας ἀκούσεσθαι, (21) Θεσπιδᾶς  
 δὲ καὶ Πλαταιᾶς οἰκισόμενας, τῷ θεῷ δὲ τὰ χρήματ'  
 εἰσπραττόμενα, οὐ παρὰ Φωκεῶν, ἀλλὰ παρὰ Θεβαίων  
 τῶν βουλευσάντων τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ. διδά-  
 σκειν γὰρ αὐτὸς ἔφη τὸν Φίλιππον, ὅτι οὐδὲν ἤττον  
 ἡσεβήκασιν οἱ βεβουλευκότες τῶν ταῖς χερσὶ πραξάντων,  
 25 καὶ διὰ τοῦτο\* χρῆμαθ' ἑαυτῶν τοὺς Θεβαίους ἐπικεκρη-  
 ρυχένας. (22) ἀκούειν δὲ καὶ τῶν Εὐβοέων ἐνίοων ἔφη  
 περὸβημένων καὶ τεταραγμένων τὴν πρὸς τὴν πόλιν  
 οἰκειότητα Φιλίππου γεγενημένην, ὅτι « οὐ λεγῆσθαι  
 348 ἡμᾶς, ὡ ἄνδρες πρέσβεις, ἐφ' οἷς πεποίησθε τὴν εἰρή-  
 νην πρὸς Φίλιππον, οὐδ' ἀγνοοῦμεν, ὅτι ὑμεῖς μὲν Ἀμ-  
 φίπολιν δεδώκατ' ἐκείνῳ, Φίλιππος δ' ὑμῖν Εὐβοίαν  
 ὁμολόγηκε παραδώσειν. » εἶναι μέντοι τι καὶ ἄλλο

delectus ad iusjurandum exigendum, et tempora consum-  
 pserit et omnia reipublicæ negotia corruerit et quæ mihi  
 ea prohibere cupienti contentiones cum eo fuerint, statim  
 audietis. sed quum ab ea legatione propter exigendum ius-  
 jurandum suscepta reversi ad quam hæ rationum relations  
 pertinent, nec parvum nec magnum quicquam eorum reperis-  
 semus, quæ, quum pacem faceretis, dicta et exspectata fue-  
 rant, sed in omnibus decepti essemus, quumque isti rursus  
 alia fecissent et contra decretum legationem obiissent; acces-  
 simus ad senatum. (18) Et horum quæ dicam multi sunt  
 conscii. senatus enim refertus erat privatis. sed ego progres-  
 sus, omnem veritatem senatui renuntiavi et istos accusavi et  
 enumeravi a prima illa spe, quam Ctesiphon et Aristodemus  
 vobis renuntiarant, et postea, quum pacem fecissetis, quæ  
 iste pro concione dixerit, et quo perduxerit rempublicam, et  
 de iis quæ restabant (ea vero erant Phocenses et Pylæ) suasi,  
 ea ne projiceretis, neve in eandem fraudem incideretis,  
 neve alia ex alia spe suspensi et pollicitationibus, in extre-  
 mum res discrimen adduci pateremini. (19) Atque hæc se-  
 natui persuasi. Quum vero concio convenisset et ad vos  
 verba facienda essent, progressus Æschines iste primus  
 omnium nostrum (obtestor autem vos per Jovem et deos,  
 date operam, ut simul memoria repetatis, verane dicam. ea  
 enim demum sunt, quæ omnino omnia negotia vestra cor-  
 ruerunt et perdiderunt) longissime abfuit, ut renuntiaret  
 aliquid in legatione actum, aut ut de iis quæ in senatu dicta  
 erant, si forte dubitabat, quin ego vera dixissem, ullam  
 mentionem faceret, sed talem orationem habuit et tot talibus-  
 que bonis refertam, ut universos vos in suam sententiam  
 abriperet. (20) Dixit enim se venisse, quum persuasisset  
 Philippo omnia, quæ essent utilia reipublicæ, et in Amphic-  
 tyonica causa et in ceteris universalis, et prolixam vobis  
 orationem recensuit, quam se contra Thebanos apud Phi-  
 lippum habuisse dicebat, capita vobis referebat et enumera-  
 bat se id sua effecisse legatione, ut intra biduum aut tri-  
 duum vos domi manentes et bellum non moventes nec vobis  
 negotium facessentes, audituri essetis et Thebas solas abs-  
 que reliqua Bœotia obsideri, (21) et Thespias atque Platæas  
 restitui, et Apollini pecuniam solvi non a Phocensibus, sed  
 a Thebanis, qui occupationem templi decrevissent. se  
 enim dixit docuisse Philippum, nihilo deliquisse minus eos  
 qui decrevissent, quam qui manus intulissent. et propterea  
 interfectori ipsius pecuniam per præconem promissam esse  
 a Thebanis. (22) Quin ex Eubœensium nonnullis territis et  
 perturbatis propter conjunctionem inter Philippum et rempu-  
 blicam inquit se audivisse: » Non præterit nos, o legati,  
 quibus conditionibus pacem feceritis cum Philippo, neque  
 ignoramus vos illi dedisse Amphipolim, Philippum autem  
 promississe traditurum se vobis Eubœam. » Verum etiam  
 aliud quid se procurasse, sed nondum id velle dicere. quous-



5 ὀμωκῆμενον αὐτῷ, οὐ μὴν πω τοῦτο βούλεσθαι λέγειν. καὶ γὰρ νῦν φθονεῖν τινὰς αὐτῷ τῶν συμπρέσβευων. ἐπιγνίττετο δ' οὕτω καὶ παραδῆλου τὸν Ὀρωπὸν. (23) Εὐδοκιμῶν δ' ἐπὶ τούτοις εἰκότως, καὶ δοκῶν καὶ ῥήτωρ ἄριστος εἶναι καὶ ἀνὴρ θαυμαστός, κατέβη μάλα σε-  
 10 μνῶς. Ἀναστάς δ' ἐγὼ ταῦτά τ' οὐκ ἔφην εἰδέναι, καὶ ἐπειρώμην τι λέγειν τούτων ὧν εἰς τὴν βουλὴν ἀπήγ-  
 γειλα. καὶ παραστάς δ' ἐμὲν ἔνθεν ὁ δ' ἔνθεν, οὕτωσι καὶ  
 15 Φιλακράτης, ἐβόων, ἐξέκρουον με, τελευτῶντες ἐχλεύα-  
 ζον. ὑμεῖς δ' ἐγέλῃτε, καὶ οὐτ' ἀκούειν ἠθέλετε, οὕτε πι-  
 στεύειν ἠβούλεσθ' ἄλλα πλὴν αὐτοῦ ἀπηγγέλκει. (24) Καὶ νῆ τοῖς θεοῖς εἰκός τι παθεῖν ἔμοιγε δοκεῖτε. τίς  
 γὰρ ἂν ἠνέσχετο, τηλικαῦτα καὶ τοσαῦτ' ἔσεσθαι προσ-  
 20 δοκῶν ἀγαθὰ, ἢ ταῦθ' ὡς οὐκ ἔσται λέγοντός τινος ἢ  
 κατηγοροῦντος τῶν πεπραγμένων τούτοις; πάντα γὰρ  
 τᾶλλ', οἶμαι, τότε δευτέρ' ἢ τῶν ὑποκειμένων προσδο-  
 κῶν καὶ τῶν ἐλπίδων, οἱ δ' ἀντιλέγοντες ὄχλος ἄλλως  
 καὶ βασκανία κατεφαινετο, ταῦτα δὲ θαυμάσι' ἤλικα καὶ  
 συμφέροντ' ἐδόκει πεπεραῆσθαι τῇ πόλει.

25 25. Τοῦ χάριν δὴ ταῦθ' ὑπέμνησα πρώτα νῦν ὑμᾶς  
 καὶ διεξῆλθον τούτους τοὺς λόγους; ἐνὸς μὲν, ὃ ἄνδρες  
 Ἀθηναῖοι, μάλιστα καὶ πρώτου, ἵνα μηδεὶς ὑμῶν, ἐπε-  
 349δὴν τι λέγοντος ἀκούῃ μου τῶν πεπραγμένων καὶ δοκῆ  
 δεῖνόν αὐτῷ καὶ ὑπερβάλλον εἶναι, « εἶτα τότε οὐκ ἔλεγε  
 παραχρῆμα ταῦτα, οὐδ' ἐδίδασκες ἡμᾶς; » θαυμάζῃ,  
 5 (26) ἀλλὰ μεμνημένοι τὰς ὑποσχέσεις τὰς τούτων, ἃς  
 ἐπ' ἐκάστων ποιούμενοι τῶν καιρῶν ἐξέκλειον λόγου  
 τυγχάνειν τοὺς ἄλλους, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν τούτου  
 ταύτην τὴν καλὴν, εἰδῆθ', ὅτι πρὸς ἅπασιν τοῖς ἄλλοις  
 καὶ τοῦτ' ἠδίκησθ' ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι τάλιθ' παραχρῆμα  
 καὶ ἡνίκ' ἔδει πυνθάνεσθαι διεκωλύθητε, ἔλπισι καὶ φε-  
 10 νακισμοῖς καὶ ὑποσχέσεσιν ἐξαπατῶμενοι. (27) Πρῶ-  
 τῷ μὲν τούτου καὶ μάλιστα, ὅπερ εἶπον, ἔνεκα ταῦτα  
 διεξῆλθον, δευτέρου δὲ τίνος; καὶ οὐδὲν ἐλάττωτος ἢ τού-  
 15 του, ἵνα τὴν δτ' ἀδωροδόκητος ὑπῆρχε προαίρεσιν αὐτοῦ  
 τῆς πολιτείας ἀναμνησθέντες, ὡς προβεβλημένη καὶ  
 ἄπιστος ἦν πρὸς τὸν Φίλιππον, τὴν μετὰ ταῦτ' ἐξαίφνης  
 γεγωνῆσαν πίστιν καὶ φιλίαν σκέψησθε, (28) εἴτ' εἰ μὲν  
 ἐκβέβηκεν, ὅτ' ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς οὗτος, καὶ καλῶς  
 20 ἔχει τὰ πεπραγμένα, διὰ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ συμφέρον  
 τῇ πόλει γεγενῆσθαι νομίσητε, εἰ δὲ πάντα τὰναντία,  
 ὧν οὗτος εἶπε, πέπρακται, καὶ πολλὴν αἰσχύνην καὶ  
 μεγάλους κινδύνους ταῦτ' ἔχει τῇ πόλει, διὰ τὴν αἰσχρο-  
 κερδίαν τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὸ χρημάτων ἀποδόσθαι τάλιθ'  
 25 μεταβεβλημένον αὐτὸν εἰδῆτε.

29. Βούλομαι δ', ἐπειδήπερ εἰς τούτους προήχθη τὸς  
 λόγους, ὃν τρόπον τὰ περὶ τοὺς Φωκέας πράγμασθ' ὑμῶν  
 παρελόντο, πρῶτον εἰπεῖν ἀπάντων. Δεῖ δὲ μηδὲν  
 350ῦμῶν, ὃ ἄνδρες δικασταί, εἰς τὸ τῶν πραγμάτων μέ-  
 γεθος ἀποβλέψαντα μαζικοὺς τὰς κατηγορίας καὶ τὰς αἰτίας  
 τῆς τούτου δόξης νομίσει, ἀλλ' ἐκεῖν' ὄραν, ὅτι ὄντιν'  
 ἂν ὑμεῖς εἰς ταύτην τὴν τάξιν καταστήσατε καὶ τῶν  
 5 συμβάντων καιρῶν ἐποιήσατε κύριον, οὗτος, εἴπερ ὡς-  
 περ οὗτος ἠβουλήθη μισθώσας αὐτὸν ἐξαπατᾶν ὑμᾶς

dam enim e collegis jam ipsi invidere. sic autem obscure et  
 tecte Oropum innuebat. (23) Quum vero propter hæc ce-  
 lebraretur atque videretur et orator esse optimus et vir  
 admirabilis; descendit magna cum majestate. Ego autem  
 ut surrexi, et ea ignorare me dixi et eorum aliquid dicere  
 sum conatus, quæ ad senatum retuleram, ibi alter hinc,  
 alter illinc assistens, iste et Philocrates, clamitabant, inter-  
 pellabant me, tandem subsannabant, vos ridebatis et neque  
 audire volebatis neque credere alia quam quæ iste renuntia-  
 rat. (24) Atque (ita me dii ament) haud ab re vobis id ac-  
 cidisse videtur. quis enim tanta et tot oblatum iri bona  
 existimans, tulisset aliquem qui aut ea nulla fore diceret aut  
 acta istorum accusaret? nam cetera omnia nimirum tum  
 minoris erant præ proposita exspectatione et spe, qui refrag-  
 gabantur, mere molestia et livor videbantur, illa perquam  
 admirabiliter atque utiliter confecta esse putabantur civi-  
 tati.

25. Qua igitur gratia vobis hæc prima nunc in memoriam  
 redegī et recensui has orationes? Una de causa, Athenienses,  
 eaque maxima et prima, ut nemo vestrum, si me dicere  
 audierit, et ei videatur actorum quid esse et importunum et  
 nimium, « scilicet tum illa non dixisti in re præsentī nec do-  
 cuisti nos » demiretur, (26) sed istorum pollicitationes,  
 quibus alios singulis utentes temporibus dicendi facultate  
 excluderent, et promissionem istius præclaram illam memi-  
 neritis, et sciatis, præter cetera omnia etiam hanc ab illo  
 vobis factam esse injuriam, quod statim et quum opus es-  
 set, quo minus verum audiretis, prohibiti estis, spe et fūco  
 et pollicitationibus decepti. (27) Primum hac et ea potissi-  
 mum qua dixi gratia hæc commemoravi, deinde quam de  
 causa? et nihilo minore quam illa, ut ejus, atequam cor-  
 rumperetur largitionibus, institutum in republica recordati,  
 quam tantum id fuerit quamque Philippo diffidens, secutam  
πόλεις. οὐ γὰρ ἂν μετέπιπτε τὰ πράγματ' ἐπ' ἀμφοτέρῳ, εἰ μὴ τοὺς μὲν ἐν κινδύνῳ καθεστηκότας καὶ πράξεις χρῆσται καὶ νόμοι καὶ ἄνδρες χρῆστοι καὶ πάντ' ἐξητασμένῳ ἐπὶ τὸ βέλτιον προῆγε, τοὺς δ' ἐν ἀπάσῃ 472 καθεστάναι δοκῶντας εὐδαιμονίᾳ πάντα ταῦτ' ἀμελούμενα ὑπέβριε κατὰ μικρόν. (50) τῶν γὰρ ἀνθρώπων οἱ πλείστοι κτῶνται μὲν ἀγαθὰ τῷ καλῶς βουλευέσθαι καὶ μηδενὸς καταφρονεῖν, φυλάττειν δ' οὐκ ἐθέλουσι τοῖς 5 αὐτοῖς τούτοις. ὃ μὴ πάθητε νῦν ὑμεῖς. μηδ' οἴεσθε νόμον τοιοῦτον θέσθαι δεῖν, ὃς καλῶς τε πράττουσαν τὴν πόλιν ὑμῶν πονηρᾶς δόξης ἀναπλήσει, ἕαν τέ τι συμβῆ ποτέ, ἔρημον τῶν ἐθελούστων ἀγαθῶν τι ποιεῖν αὐτὴν καταστήσει.

51. Οὐ τοίνυν μόνον, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς ἰδίᾳ 10 γνόντας εἰ ποιεῖν ὑμᾶς καὶ παρασχόντας χρῆσιμους αὐτοὺς ἐπὶ τηλικούτων καὶ τοιούτων καιρῶν, ὧν μικρῶ πρότερον Φορμίων διεξέληλυθε καγὼ νῦν εἰρηκα, ἀξίον ἔστιν εὐλαβηθῆναι ἀδικῆσαι, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἄλλους, οἱ πόλεις διας, τὰς ἐαυτῶν πατρίδας, συμμάχους ὑμῖν 15 ἐπὶ τοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου παρέσχον, καὶ λέγοντες ἂ συμφέροι τῇ πόλει τῇ ὑμετέρᾳ καὶ πράττοντες. ὧν ἔνιοι διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς εὐνοίαν στέρονται τῆς πατρίδος. (52) Ὡν ἐπέρχεται μοι πρῶτους ἐξετάσαι τοὺς 20 ἐκ Κορίνθου φυγόντας. ἀναγκάζομαι δὲ λέγειν πρὸς ὑμᾶς ταῦτα, ἃ παρ' ὑμῶν τῶν πρεσβυτέρων αὐτὸς ἀκήκοα. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα, ὅσα χρῆσιμους ὑμῖν ἑαυτοὺς ἐκείνοι παρέσχον, ἐάσω. ἀλλ' ὅθ' ἡ μεγάλη μάχη πρὸς Λακεδαιμονίους ἐγένετο, ἡ ἐν Κορίνθῳ, τῶν ἐν τῇ πόλει 25 βουλευσαμένων μετὰ τὴν μάχην μὴ δέχεσθαι τῷ τείχει τοὺς στρατιώτας ἀλλὰ πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπιτηρυκέεσθαι. (53) ὄρωντες ἠτυχηκυῖαν τὴν πόλιν καὶ τῆς παρόδου κρατοῦντας Λακεδαιμονίους, οὐχὶ προῦδωκαν 473 οὐδ' ἐβουλεύσαντ' ἰδίᾳ περὶ τῆς αὐτῶν σωτηρίας, ἀλλὰ πλησίον ὄντων μεθ' ὅπλων ἀπάντων Πελοποννησίων ἀνέψξαν τὰς πύλας ὑμῖν βία τῶν πολλῶν, καὶ μᾶλλον εἴλοντο μεθ' ὑμῶν τῶν τότε στρατευσαμένων, εἴ τι δέοι, 5 πάσχειν ἢ χωρὶς ὑμῶν ἀκινδύνως σεσωσθαι, καὶ εἰς ἐφρονῶν τὸ στρατεύμα, καὶ διέσωσαν καὶ ὑμᾶς καὶ τοὺς συμμάχους. (54) Ἐπειδὴ δὲ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνη μετὰ ταῦτ' ἐγένετο, ἡ ἐπὶ Ἀνταλκίδου, ἀντὶ τῶν ἔργων 10 τούτων ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐξέπεσον. ὑποδεξάμενοι δ' ὑμεῖς αὐτοὺς ἐποίησατ' ἔργον ἀνθρώπων καλῶν καγαθῶν. ἐψηφίσασθε γὰρ αὐτοῖς ἅπανθ' ὧν ἐδέοντο. Εἶτα, ταῦτα νῦν εἰ χρὴ χύρι' εἶναι, σκοποῦμεν; ἀλλ' ὁ λόγος πρῶτον αἰσχροὺς ταῖς σκοποῦμένοις, εἴ τις ἀκούσειεν, ὡς Ἀθηναῖοι σκοποῦσιν, εἰ χρὴ τοὺς εὐεργέτας ἕαν τὰ δο- 15 θέντ' ἔχειν. πάλαι γὰρ ἐσκέφθαι ταῦτα καὶ ἐγνωσθαι προσῆκεν. Ἀνάγνωθι καὶ τοῦτο τὸ ψήφισμ' αὐτοῖς.

## ΨΗΦΙΣΜΑ.

20 55. Ἄ μὲν ἐψηφίσασθε τοῖς φεύγουσι δι' ὑμᾶς Κορινθίω, ταῦτ' ἐστίν, ὧ ἄνδρες δικασταί. ὄρατε δ', εἴ τις ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἰδῶν, ἢ παρῶν ἢ τινος εἰδότες διεξίοντος ἀκούσας, ἀκούσαι τοῦ νόμου τούτου τὰς

vicissitudines essent in utramque partem, nisi constitutos in periculis bonæ tum actiones, tum leges, tum boni viri, et accurata ratio omnium negotiorum in melius proveherent, eos vero, qui in omni felicitate versari videntur, omnia hæc neglecta paulatim subruerent. (50) nam plerique homines parant opes rectis consiliis et vigilantia minimis etiam in rebus, sed tueri iisdem rationibus nolunt. Quod ne nunc vobis usu veniat, cavendum est. neque existimate talem legem sancendam esse, quæ vestram urbem et felicem infamia repleat, et mutata fortuna efficiat, ne quisquam sit qui ei benefactum velit.

51. Neque vero id solum cavendum est, Athenienses, ne injuria lædantur, qui privatim vobis benefacere voluere, et se talibus ac tantis temporibus utiles præbuere, qualia paulo ante Phormio recensuit et ego modo dixi, sed multi etiam alii, qui totas civitates, patrias suas, in bello Lacedæmonio societatis vobiscum conjungere, tum dicendo, quæ republicæ vestræ prosunt, tum agendo. quorum nonnulli ob benivolentiam erga vos patria careant. (52) Ac inter illos primi Corinthiorum exules occurrunt. cogor autem ea dicere apud vos, quæ ipse e natu majoribus inter vos audivi. cetera in quibus vobis utiliter inservierunt, omittam, sed quum magnum illud cum Lacedæmoniiis proelium ad Corinthum committeretur, deliberantibus his, qui in urbe erant, post pugnam de militibus intra mœnia non recipiendis, sed caduceatore ad Lacedæmonios mittendo; (53) videntes hi vestram urbem adversa fortuna usam, et Lacedæmonios iter interclusisse, vestros non prodiderunt, nec seorsum de sua salute consulere, sed quanquam universi Peloponnesii armati in propinquo erant, portas vobis, invita multitudine, aperuerunt, ac præoptarunt potius cum vobis, qui eo tempore militavistis, quicquid accideret, perpeti, quam sine vobis incolumes evadere; et exercitu in urbem introducto tum vos tum socios conservarunt. (54) Deinde pace cum Lacedæmoniiis facta Antalcida auctore, ob hæc facta in exilium acti sunt a Lacedæmoniiis. vos vero susceptis illis, bonorum virorum functi estis officio. decrevistis enim iis omnia quibus indigebant. Et hæc nunc utrum rata esse debeant, deliberamus? sed ista ratio primum turpis deliberantibus erit, ubi auditum fuerit, Athenienses deliberare, utrum relinquenda sint ea quæ bene meritis data fuerint. jam olim hæc meditata et cognita esse oportebat. Recita hoc quoque decretum iis.

## DECRETUM.

55. Quæ Corinthiis propter vos in exilium actis decrevistis, iudices, hæc sunt. at si quis illa tempora intuens, sive ipse interfuit sive aliquem rei gnarum, quum commemoraret, audivit, lege hæc dona illis temporibus data eripi



τότε δωρεὰς δοθείσας ἀφαιρουμένου, ὅσων ἂν κακίαν τῶν θεμένων τὸν νόμον καταγνοίη, οἱ παρὰ μὲν τὰς 25 χρείας οὕτω φιλόνηρωποι καὶ πάντα ποιοῦντες, ἐπειδὴ δ' ἐπράξαμεν πάνθ' ὅσ' ἂν εὐξαιμέθ', οὕτως ἀχάριστοι καὶ κακοὶ [φανησόμεθα], ὥστε τοὺς τ' ἔχοντας ἀφηρή-  
474 μεθα καὶ τὸ λοιπὸν μηδενὶ δοῦναι ταῦτ' ἐξείναι νόμον τεθείκαμεν. (56) Νῆ Δί' ἀνάξιοι γὰρ τινες τῶν εὐρημέ-  
ων ταῦτ' ἦσαν. Τουτὶ γὰρ παρὰ πάντ' ἴσται τὸν λόγον αὐτοῖς. Ἐπειτ' ἐκεῖν' ἀγνοεῖν φήσομεν, ὅτι τὴν ἀξίαν, ὅταν διδῶμεν, δεῖ σκοπεῖν, οὐ μετὰ ταῦθ' ὕστερον χρόνῳ  
5 καμπληθεῖ; τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τι μὴ δοῦναι γνώμη χρησαμένων ἔργον ἀνθρώπων ἴσται, τὸ δὲ τοὺς ἔχοντας ἀφαιρεῖσθαι φθονούντων. τοῦτο δ' οὐχὶ δεῖ δοκεῖν ὑμᾶς πεπονθέναι. (57) Καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖν' ὀκνήσω περὶ τῆς ἀξίας αὐτῆς πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν. ἐγὼ γὰρ οὐ τὸν αὐτὸν  
10 τρόπον νομίζω πᾶσι τὸν ἀξίον ἐξεταστέον εἶναι καὶ ἰδιωτῇ. οὐδὲ γὰρ περὶ τῶν αὐτῶν ἡ σκέψις. ἰδίᾳ μὲν γὰρ ἕκαστος ἡμῶν σκοπεῖ, τίς ἀξίος ἴσται ἑκάστου κη-  
δεστος ἢ τῶν τοιοῦτων τι γίνεσθαι, ταῦτα δὲ καὶ νό-  
μοις τίσι καὶ δόξαις διώρισταί, κοινῇ δ' ἡ πόλις καὶ ὁ  
15 δῆμος, ὅστις ἂν αὐτὸν εὖ ποιῇ καὶ σώξῃ. τοῦτο δ' οὐ γένοι καὶ δόξῃ ἴδοι τις ἂν ἀλλ' ἔργῳ. Ὅταν μὲν οὖν εὖ πάσχειν δέη, τὸν βουλόμενον εὖ ποιεῖν ἡμᾶς ἐάσομεν, ἐπειδὴν δὲ πάθωμεν, τότε τὴν ἀξίαν τοῦ ποιήσαντος σκεψόμεθα; οὐκ ἄρ' ὀρθῶς βουλευσόμεθα.

58. Ἀλλὰ νῆ Δί' οὗτοι μόνοι τοῦτο πείσονται, καὶ 20 περὶ τούτων μόνων ποιούμεαι λόγον τοσούτων. Πολλοὺ γε καὶ δέω. ἀλλὰ πάντας μὲν οὐδ' ἂν ἐγχειρήσαιμι ἐξετάζειν, ὅσοι πεπονηκότες ὑμᾶς εὖ διὰ τὸν νόμον, εἰ μὴ λυθῆσεται, τὰ δοθέντ' ἀφαιρεθήσονται. ἐν δ' ἢ δύο 25 δεῖξας ἐτι ψηφίσματα, ἀπαλλάττομαι τοῦ περὶ τούτων λέγειν. (59) Τοῦτο μὲν τοίνυν Θασίους τοὺς μετ' Ἐκφάντου πῶς οὐκ ἀδικήσετε, ἐὰν ἀφαιρήσθε τὴν ἀτέλειαν, οἱ παραδόντες ὑμῖν Θάσον καὶ τὴν Λακεδαιμονίων φρου-  
475 ρὰν μεθ' ἑπλων ἐκβαλόντες καὶ Θρασύβουλον εἰσαγαγόν-  
τας καὶ παρασχόντες φιλῆν ὑμῖν τὴν ἐαυτῶν πατρίδα, αἵτιοι τοῦ γενέσθαι σύμμαχον τὸν περὶ Θράκην τόπον ὑμῖν ἐγένοντο; (60) τοῦτο δ' Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλεῖδην, οἱ Βυζάντιον παραδόντες Θρασύβουλῳ κυρίους ὑμᾶς  
5 ἐποίησαν τοῦ Ἑλλησπόντου, ὥστε τὴν δεκάτην ἀπο-  
δόσθαι καὶ χρημάτων εὐπορήσαντας, Λακεδαιμονίους ἀναγκάσαι τοιαύτην, ὡς ὑμῖν ἐδόκει, ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην; ὦν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μετὰ ταῦτ' ἐκπεσόν-  
των ἐψηφίσασθε, ἅπερ οἶμαι φεύγουσιν εὐεργέταις δι'  
10 ὑμᾶς προσῆκε, προξενίαν, εὐεργεσίαν, ἀτέλειαν, ἀπάντων εἴτα τοὺς δι' ὑμᾶς φεύγοντας καὶ δικαίως τι παρ' ὑμῶν εὐρομένους ἐάσομεν ἀφαιρεθῆναι ταῦτα, μηδὲν ἔχοντες ἐγκαλέσαι; ἀλλ' αἰσχρὸν ἂν εἴη. (61) Μάθοιτε δὲ τοῦτο  
15 μάλιστα ἂν, ἐκαίνας εἰ λογισάσθε πρὸς ὑμᾶς αὐτοῦς εἴ τινες νυνὶ τῶν ἐχόντων Πύδναν ἢ Ποτίδαιαν ἢ τι τῶν ἄλλων χωρίων, ἃ Φιλίππῳ μὲν ἴσται ὑπήκοα, ὑμῖν δ' ἐχθρά, τὸν αὐτὸν τρόπον ὅπερ ἡ Θάσος ἦν τότε καὶ τὸ Βυζάντιον Λακεδαιμονίους μὲν οἰκεία, ὑμῖν δ' ἀλ-  
20 λότριά, παραδώσειν ταῦτ' ἐπαγγέλλονται, ἂν αὐτοῖς

audiret, videtis, quantæ malitiæ legis istius approbatores condemnaret, qui urgente necessitate tam humani sumus ac nihil non agimus, post vero votorum omnium facti compotes, ita ingrati et malitiosi, ut non contenti spoliassent eos, qui dona acceperant, etiam legem tulissemus, ne liceat hæc in posterum ullidare. (56) « Haud injuria nimirum, nam indigni quidam donis fruebantur » Hoc enim per totam orationem inculcabunt. Age vero num nos illud ignorare dicemus, de dignitate tum, quum demus, esse judicandum, non longo post temporis intervallo? nam omnino aliquid non tribuere, prudentium hominum est, at habentes spoliare, invidentium. quam opinionem a vobis amotam esse decet. (57) Præterea de judicio dignitatis ne illud quidem apud vos dicere verebor, aliam ejus esse considerationem apud civitatem, aliam apud hominem privatam. privatim enim quisque consideramus, quis affinis, aut ad alias necessitudines sit deligendus, quæ res et legibus quibusdam et opinionibus definitæ sunt. publice vero civitas et populus id spectat, a quo beneficiis afficiatur et conservetur. de eo autem non e genere et opinione, sed e facto judicari solet. Quum igitur beneficiis indigebimus, neminem impedimus, quominus nobis benefaciat, acceptis jam beneficiis, tum de dignitate ejus, qui ea dedit, disputabimus? non præclarum consilium hoc erit.

58. At per Jovem hi soli id patientur, et de his solis tot verba facio. Minime vero, imo ne conari quidem ausim eos omnes recensere, qui quum benefici in vos fuerint, propter hanc legem, nisi abrogabitur, donis suis spoliabuntur. prolato autem etiam uno vel altero decreto de hisce verba facere desinam. (59) Primum igitur Thasios, qui Ecphantum secuti sunt, quomodo non afficietis injuria, si immunitatem eripiat, qui Thaso vobis tradita, et Lacedæmoniorum præsidio armis ejecto et Thrasylulo introducto et patriæ suæ amicitia vobis conciliata, in causa fuerunt, ut regio Thraciæ finitima se vobiscum conjungeret? (60) deinde Archebium et Heraclidem, qui quum Byzantium Thrasylulo tradidissent, vos Hellepontii dominos effecerunt, ut decimas venderetis, et magna pecunia coacta, Lacedæmonios cogeretis, ad talem pacem faciendam, qualis vobis placebat? quibus, Athenienses, postea ejectis decrevistis ea, quæ decerni par erat viris bene meritis, qui propter vos exulabant, hospitium, beneficium, rerum omnium immunitatem. Eos igitur, qui propter vos exulant et jure aliquid a vobis impetrarunt, spoliari his sinamus, quum nihil sit, ejus eos accusemus? turpe id quidem fuerit. (61) Idque rectissime perspicietis, si hoc modo animis vestris considerabit: si eorum aliqui, qui nunc tenent Pydnam aut Potidæam aut aliam quam urbem, quæ Philippo paret, vobis inimica est, eodem modo, quo tum Thasus et Byzantium, conjuncta cum Lacedæmonia, a vobis aliena erant, se has

τὰς αὐτὰς δῶτε δωρεὰς ὡς περ Ἐκφάντων τῷ Θασίῳ  
καὶ Ἀρχεβίῳ τῷ Βυζαντίῳ, (62) καὶ τινες τούτων ἀντι-  
λέγοντες αὐτοῖν ταῦτα λέγοντες, ὡς δεινὸν εἶ τινες μόν-  
οι τῶν ἄλλων μετοίκων μὴ χορηγοῖεν πῶς ποτ' ἂν  
25 ἔχοιτε πρὸς τοὺς ταῦτα λέγοντας; ἢ δῆλον ὅτι φωνὴν  
οὐκ ἂν ἀνάσχοισθε, ὡς συκοφαντούντων; οὐκοῦν αἰ-  
σχρὸν, εἰ μέλλοντες μὲν εὖ πάσχειν συκοφάντην ἂν τὸν  
ταῦτα λέγοντ' ἠγοῖσθε, ἐπὶ τῷ δ' ἀφελέσθαι τὰς τῶν  
πρωτέρων εὐεργετῶν δωρεὰς ταῦτα λεγόντων ἀκούσεσθε.  
476 Φέρε δὴ κάκειν' ἐξετάσωμεν. (63) Οἱ προδόντες τὴν Πύ-  
δναν καὶ τὰλλα χωρία τῷ Φιλίππῳ τῷ ποτ' ἐπαρθέν-  
τες ἡμᾶς ἠδίκουν; ἢ πᾶσι προδὸν τούτου, ὅτι ταῖς παρ'  
ἐκείνου δωρεαῖς, ἅς διὰ ταῦτ' ἔσσεσθαι σφίσις ἠγοῦντο;  
5 Πότερον οὖν μᾶλλον ἔδει σε, ὦ Λεπτίνη, τοὺς ἐχθροὺς,  
εἰ δύνασαι, πείσαι τοὺς ἐπὶ τοῖς πρὸς ἡμᾶς ἀδικήμασι  
γιγνομένους ἐκείνων εὐεργέτας μὴ τιμᾶν, ἢ θεῖναι νό-  
μον ἡμῖν, ὅς τῶν τοῖς ἡμετέροις εὐεργέταις ὑπαρχουσῶν  
10 δωρεῶν ἀφαιρεῖται τι; ἐγὼ μὲν ἐκείν' οἶομαι. Ἄλλ' ἵνα  
μὴ πόρρω τοῦ παρόντος γένομαι, λαβὲ τὰ ψηφίσματα.  
ἃ τοῖς Θασίοις καὶ Βυζαντίοις ἐγράφη. Λέγε.

## ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ.

64. Ἰκούσατε μὲν τῶν ψηφισμάτων, ὦ ἄνδρες δικα-  
15 σταί, τούτων δ' ἴσως ἔνοιον τῶν ἀνδρῶν οὐκ εἶσιν. Ἄλλα  
τά γ' ἔργα τὰ πραχθέντ' ἔστιν, ἐπειδὴ περ ἅπαξ ἐπρά-  
χθη. Προσχέει τοίνυν τὰς στήλας ταύτας κυρίας ἔαν  
τὸν πάντα χρόνον, ἴν', ἕως μὲν ἂν τινες ζῶσι, μηδὲν ὑφ'  
ὑμῶν ἀδικῶνται, ἐπειδὴν δὲ τελευτήσωσιν, ἐκείναι τοῦ  
τῆς πόλεως ἤθους μνημεῖον ὦσι, καὶ παραδείγμαθ'  
20 ἔστωσι τοῖς βουλομένοις τι ποιεῖν ὑμᾶς ἀγαθόν, ὅσους  
εὖ ποιήσαντας ἢ πόλις ἀντευπεποίηκαν. (64) Καὶ μὴ  
μηδ' ἐκείν' ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λαυθανέντω,  
ὅτι τῶν αἰσχίστων ἐστὶ πάντα ἀνθρώπους ἰδεῖν καὶ  
ἀκούσαι τὰς μὲν συμφορὰς, αἷς δι' ὑμᾶς ἐχρήσανθ' οἱ  
25 ἄνδρες οὗτοι, πάντα τὸν χρόνον κυρίας αὐτοῖς γεγενη-  
μένας, τὰς δὲ δωρεὰς, ἅς ἀντὶ τούτων ἔλαβον παρ'  
ὑμῶν, καὶ δὴ λελυμένας. (65) πολὺ γὰρ μᾶλλον ἤρ-  
μοττε τὰ δοθέντ' ἔωντας τῶν ἀτυχημάτων ἀφαιρεῖν, ἢ  
477 τούτων μενόντων τὰς δωρεὰς ἀφαιρεῖσθαι. φέρε γὰρ  
πρὸς Διός, τίς ἔστιν ὅστις εὖ ποιεῖν ὑμᾶς βουλήσεται,  
μέλλων, ἂν μὲν ἀποτύχη, παραχρῆμα δίκην δώσειν τοῖς  
ἐχθροῖς, ἂν δὲ κατορθώσῃ, τὰς χάριτας παρ' ὑμῶν ἀπί-  
στους ἔξειν;  
5 67. Πάνυ τοίνυν ἀγθοίμην ἂν, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ  
τοῦτο μόνον δοξάμιμ δίκαιον κατηγορεῖν τοῦ νόμου, ὅτι  
πολλοὺς ξένους εὐεργέτας ἀφαιρεῖται τὴν ἀτέλειαν, τῶν  
δὲ πολιτῶν μηδὲν ἄξιον δοκοῖν ἔχειν δεῖξαι τῶν εὐρη-  
10 μένων ταύτην τὴν τιμὴν. καὶ γὰρ τὰλλ' ἀγαθὰ εὐ-  
ξαιμίην ἂν ἔγωγε παρ' ἡμῖν εἶναι πλείστα, καὶ ἄνδρας  
ἀρίστους καὶ πλείστους εὐεργέτας τῆς πόλεως πολίτας  
εἶναι. (66) Πρῶτον μὲν τοίνυν Κόωνα σκοπεῖτε, εἰ  
ἄρ' ἄξιον, καταμεψαμένους ἢ τὸν ἄνδρα, ἢ τὰ πε-  
πραγμένα, ἀκυρόν τι ποιῆσαι τῶν ἐκείνῳ δοθέντων.  
15 οὗτος γάρ, ὡς ὑμῶν τινῶν ἔστιν ἀκούσαι τῶν κατὰ τὴν

tradituros pollicerentur, si eadem dona ipsis daretis, quæ  
Ecphanto Thasio et Archebio Byzantio dedistis, (62) et istorum  
aliqui illis adversarentur, hæc dictitantes, non esse feren-  
dum, si qui soli e reliquis inquilinis munera non obirent;  
quomodo quæso erga illos, qui ea dicerent, affecti essetis?  
quid quæro? an vos vocem ferretis, ut calumniatorum? Turpe  
igitur fuerit, si, quum accipienda beneficia essent, pro ca-  
lumniatore haberetis eum qui talia diceret, sed eos qui di-  
cunt viros olim bene meritos esse spoliandos, audietis.  
Age vero et illud consideremus. (63) Qui Pydnam ceteraque  
urbes Philippo prodiderunt, qua tandem causa impulsì,  
nos affecerunt injuria? an ulli dubium est, exspectatione  
donorum Philippi id esse factum? Utrum igitur, Leptines, te  
magis decuit hostibus, si potes, suadere, ne honorem ha-  
beant proditoribus, qui, quibus nos læserunt, in illos bene-  
fici exstiterunt, an legem hanc nobis ferre, quæ data bene  
meritis de nobis præmia imminuat? Ego quidem illud esse  
censeo. Verum, ne longius ab instituto digrediar, cape de-  
creta, quæ Thasis et Byzantii scripta sunt. Recita.

## DECRETA.

64. Decreta quidem, judices, audivistis, horum autem  
fortasse nonnulli obierunt. At res certe gestæ adhuc exstant,  
postquam semel gestæ sunt. Columnas igitur eas in per-  
petuum ratas esse decet, ut ne, dum illi superstites fuerint,  
injuria per vos afficiantur, et ut, postquam obierint, moris ci-  
vilitatis nostræ monumentum sint, et documenta proposita  
bene de nobis mereri cupientibus, quot bene meritis urbs gra-  
tiam retulerit. (65) Verum et illud vos, Athenienses, ne la-  
teat, turpissimum esse, quum omnes homines videant et au-  
diant calamitates, in quas propter vos isti viri inciderunt,  
omni tempore ratas illis factas esse, præmia autem, quæ pro  
illis acceperunt a vobis, jam esse irrita. (66) multo enim  
convenientius erat, manentibus donationibus infortunia mi-  
nuere, quam his relictis præmia iis eripere. nam quis tandem  
est per Jovem, qui vobis benefacere velit, mox, si conatus  
non successerint, hostibus pœnas daturus, sin successerint,  
infidam a vobis gratiam initurus?

67. Ægerrime vero, judices, ferrem, si hoc nomine dun-  
taxat legem jure accusare viderer, quod multis peregrinis  
bene meritis immunitatem eripiat, civium vero neminem  
proferre posse, cui merito is honos contigisset. Nam opta-  
rim ut quum aliarum opum maxima apud vos sit copia, tum  
præstantissimi viri ac plurimi de republica bene meriti cives  
sint. (68) Primum igitur Cononem intuemini, utrum  
æquum sit, vel illum virum, vel res gestas reprehendi, ac  
donationes illi factas abrogari. ille enim, ut ex iis vestrùm,  
qui æquales illi fuerunt, audire licet, post populi e Piræeo

αὐτὴν ἡλικίαν ὄντων, μετὰ τὴν τοῦ δήμου κάθοδον τὴν ἐκ Πειραιῶς ἀσθενοῦς ἡμῶν τῆς πόλεως οὐσης καὶ ναῦν οὐδεμίαν κεκτημένης, στρατηγῶν βασιλεῖ παρ' ἡμῶν οὐδ' ἠγνινοῦν ἀφορμὴν λαθῶν κατεναυμάχησε Λακεδαιμονίους, καὶ πρότερον τοῖς ἄλλοις ἐπιτάττοντας εἶθισεν ἀκούειν ἡμῶν, καὶ τοὺς ἄρμους ἐξήλασεν ἐκ τῶν νήσων, καὶ μετὰ ταῦτα δεῦρ' ἔλθων ἀνέστησε τὰ τεῖχη, καὶ πρῶτος πάλιν περὶ τῆς ἡγεμονίας ἐποίησε τῇ πόλει 25 τὸν λόγον πρὸς Λακεδαιμονίους εἶναι. (69) Καὶ γὰρ τοὶ μόνω τῶν πάντων αὐτῶ τοῦτ' ἐν τῇ στήλῃ γέγραπται : Ἐπειδὴ Κόνων, φησὶν, ἠλευθέρωσε τοὺς Ἀθηναίων συμμάχους. Ἔστι δὲ τοῦτο τὸ γράμμα, ὃ ἄνδρες δικασταί, ἐκείνω μὲν φιλοτιμία πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς, 478 ὑμῖν δὲ πρὸς πάντας τοὺς Ἕλληνας. ἔτου γὰρ ἂν τις παρ' ἡμῶν ἀγαθοῦ τοῖς ἄλλοις αἰτιος γένηται, τοῦτου τὴν δόξαν τὸ τῆς πόλεως ὄνομα καρποῦται. (70) Διόπερ οὐ μόνον αὐτῶ τὴν ἀτέλειαν ἔδωκαν οἱ τότε, ἀλλὰ καὶ 5 χαλκῆν εἰκόνα, ὡς περ Ἄρμодиου καὶ Ἀριστογέιτονος, ἔστησαν πρῶτον. ἠγοῦντο γὰρ οὐ μικρὰν τυραννίδα καὶ τοῦτον τὴν Λακεδαιμονίων ἀρχὴν καταλύσαντα πεπαυκέναι. Ἴν' οὖν μᾶλλον οἷς λέγω προσέχητε, τὰ ψηφισμαθ' ὑμῖν αὐτ' ἀναγνώσεται τὰ τότε ψηφισθέντα τῶ Κόνωνι. Λέγε.

10

## ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ.

71. Οὐ τοίνυν ὑφ' ἡμῶν μόνον ὁ Κόνων, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τότε ἐπετιμήθη, πράξας ἃ διεξῆλθον ἐγώ, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἄλλων πολλῶν, οἱ δικαίως ὦν εὐεργέτηντο γὰρ ἰν' ὦντο δεῖν ἀποδιδόναι. Οὐκοῦν αἰσχρὸν, ὃ ἄνδρες 15 Ἀθηναῖοι, εἰ αἱ μὲν παρὰ τοῖς ἄλλοις δωρεαὶ βέβαιαι μένουσιν αὐτῶ, τῆς δὲ παρ' ἡμῶν μόνης τοῦτ' ἀφαιρηθήσεται. (72) Καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο καλόν, ζῶντα μὲν αὐτὸν οὕτω τιμᾶν, ὥστε τοσούτων, ὅσων ἀκηκόατε, ἀξιοῦν, 20 ἐπειδὴ δὲ τετελεύτησε, μηδεμίαν ποιησαμένους τούτων μνησὶν ἀφελίσθαι τι τῶν δοθέντων τότε. πολλὰ μὲν γὰρ ἔστιν, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ὑπ' ἐκείνου πραχθέντων ἀξί' ἐπαίνου, δι' ἃ πάντα προσήκει μὴ λύειν τὰς ἐπὶ τούτοις δωθεῖσας δωρεάς, κάλλιστον δὲ πάντων ἢ τῶν τειχῶν ἀνάστασις. (73) Γνοίη δ' ἂν τις, εἰ παραθεῖη, 25 πῶς Θεμιστοκλῆς ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀπάντων ἀνδρῶν ἐνδοξότατος ταῦτο τοῦτ' ἐποίησεν. Λέγεται τοίνυν ἐκεῖνος τειχίζειν εἰπὼν τοῖς πολίταις, κἂν ἀφικνηταί τις ἐκ Λακεδαιμόνος, κατέχειν κελύσας, οἴχεσθαι πρε- 479 σβεύων αὐτὸς ὡς τοὺς Λακεδαιμονίους, λόγων δὲ γιγνωμένων ἐκεῖ, καὶ τινῶν ἀπαγγελλόντων, ὡς Ἀθηναῖοι τειχίζουσιν, ἀρνεῖσθαι καὶ πρέσβεις πέμπειν σκεψομένους κελύειν, ἐπειδὴ δ' οὐχ ἤκον οὗτοι, πέμπειν ἐτέ- 5 ρους παραινεῖν. καὶ πάντες ἴσως ἀκηκόατε, ὅν τρόπον ἐξαπατήσῃ λέγεται. (74) Φημί τοίνυν ἐγώ (καὶ πρὸς Δίος, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδεὶς φθόνῳ τὸ μέλλον ἀκούσῃ, ἀλλ', ἂν ἀληθὲς ᾖ, σκοπεῖτω), ὅσῳ τὸ φανε- 10 ρῶς τοῦ λάθρα κρείττον καὶ τὸ νικῶντας τοῦ παρακρουσαμένου πράττειν ὅτι οὖν ἐντιμότερον, τοσούτῳ κάλλιον Κόνωνα τὰ τεῖχη στήσαι Θεμιστοκλέους. ὁ μὲν γὰρ

reditum urbe nostra infirma et nullam navem possidente, quum regi Persarum exercitum duceret, a vobis prorsus nulla re adjutus, navali proelio Lacedæmonios superavit, et qui prius aliis imperabant, eos vobis parere docuit, et Laconum magistratus ex insulis expulit, deinde huc profectus, mœnia restituit, et primus effecit, ut nostra urbs rursus de principatu cum Lacedæmoniis ageret. (69) In sola igitur ipsius ex omnibus columna scriptum est hoc : POST- QUAM CONON SOCIOS ATHENIENSIVM LIBERAVIT. Est autem illa inscriptio, judices, illi quidem apud vos ipsos honorifica, vobis vero apud Græcos universos. nam quæcunque quis nostrum in alios beneficia confert, ejus facti gloria nomen civitatis fruitur. (70) Quapropter illi tum non tantum immunitas decreta est, sed etiam primo ei, quemadmodum Harmodio et Aristogitoni, æream statuam erexerunt. puta- bant enim eum Lacedæmoniorum imperio everso non parvam tyrannidem destruxisse. Ut igitur magis attendatis ad orationem meam, ipsa decreta quæ tum Cononi facta sunt, vobis recitabit. Lege.

## DECRETA.

71. Itaque non a vobis solum Conon, Athenienses, tum honoratus est, illis rebus gestis, quas recensui, sed etiam ab aliis multis qui jure putabant, gratiam illi pro acceptis beneficiis esse referendam. Quare turpe est, Athenienses, si honores apud alios ei rati manent, vestræ vero donationis unius hæc pars ei eripitur. (72) Neque illud honestum, viventem eum tanti facere, ut ita, quemadmodum auditum est, ornaretis, postquam vero mortuus est, oblitus horum, aliquid ex illis, quæ tum ei data sunt, eripere. multa enim ab eo laude digna gesta sunt, propter quæ omnia non convenit datas illi donationes tollere, pulcherrimum est vero omnium, quod mœnia restituit. (73) Id quod inde cernitur, si quis conferat, quomodo Themistocles, vir omnium suæ ætatis celeberrimus, idem hoc perfecit. Illum igitur ferunt edixisse civibus, ut mœnia struerent, et, si quis Lacedæmone venisset, ut detineretur, ipsum ad Lacedæmonios legatum abisse, quum vero illic verba fierent et quidam nuntiarent, Athenienses mœnia struere, negasse et, ut legatos rei explorandæ causa mitterent, hortatum esse, his vero non revertentibus, monuisse ut alios mitterent. Sed omnes profecto audistis, quomodo decepisse dicatur. (74) Ego igitur aio (et per Jovem, Athenienses, ne quis cum invidia audiat dicendum, sed id spectet, sitne verum), quanto all- quid aperte quam clam, et victoria quam fraude perficere, præclarior sit, tanto pulcrius Cononem condidisse mœnia, quam Themistoclem. hic enim ignorantibus, ille victis illis,

λαθών, ὃ δὲ νικήσας τοὺς καλύσοντας αὐτ' ἐποίησεν. Οὐ τοίνυν ἄξιον τὸν τοιοῦτον ὑφ' ὑμῶν ἀδικηθῆναι, οὐδ' 15 ἔλαττον σχεῖν τῶν ῥητόρων τῶν διδασκόντων, ὡς ἀφελῶσαι τι χρῆ τῶν ἐκείνῳ δοθέντων.

76. Εἶεν. ἀλλὰ νῆ Δία τὸν παῖδα τὸν Χαβρίου περιδύμεν ἀφαιρεθέντα τὴν ἀτέλειαν, ἣν ὁ πατὴρ αὐτῷ δικαίως παρ' ὑμῶν λαθῶν κατέλιπεν. Ἄλλ' οὐδέν' ἀν- 20 θρώπων εὖ φρονοῦντ' οἶομαι ταῦτ' ἂν φῆσαι καλῶς ἔχειν. Ἴστε μὲν οὖν ἴσως καὶ ἄνευ τοῦ παρ' ἐμοῦ λόγου, ὅτι σπουδαῖος Χαβρίας ἦν ἀνήρ, οὐ μὴν κωλύει γ' οὐδὲν καμὲ διὰ βραχέων ἐπιμνησθῆναι τῶν πεπραγμένων αὐτῷ. (76) Ὅν μὲν οὖν τρόπον, ὑμᾶς ἔγων, πρὸς 25 ἅπαντας Πελοποννησίους παρετάξατ' ἐν Θήβαις, καὶ ὡς Γοργώπαν ἀπέκτεινεν ἐν Αἰγίνῃ, καὶ ὅσ' ἐν Κύπρῳ τρῶπαι' ἔστησε καὶ μετὰ ταῦτ' ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὅτι πᾶσαν ἐπελθὼν ὀλίγου δέω λέγειν χώραν οὐδαμοῦ τὸ 480 τῆς πολεως ὄνομ' οὐδ' αὐτὸν κατήσχυεν, οὔτε πάνυ ῥάδιον κατὰ τὴν ἀξίαν εἰπεῖν, πολλή τ' αἰσχύνῃ λέγοντος ἐμοῦ ταῦτ' ἐλάττω φανῆναι τῆς ἐν ἐκάστῳ νῦν περὶ αὐτοῦ δόξης ὑπαρχούσης. ἃ δ' οὐδαμῶς ἂν εἰπὼν οἶμαι 5 μικρὰ ποιῆσαι, ταῦθ' ὑπομνήσαι πειράσομαι. (77) Ἐνίκησε μὲν τοίνυν Λακεδαιμονίους ναυμαχίᾳ καὶ πενήκοντα μιᾶς θεούσας ἔλαβεν αἰχμαλώτους τριή- 10 ρων, εἶλε δὲ τῶν νήσαν τούτων τὰς πολλὰς καὶ παρέδωκεν ὑμῖν καὶ φιλίας ἐποίησεν ἐχθρῶς ἐχούσας πρότερον, τριςχιλία δ' αἰχμαλώτα σώματα δεῦρ' ἤγαγε, καὶ πλεόν ἢ δέκα καὶ ἑκατὸν τάλαντ' ἀπέφηνεν ἀπὸ τῶν 15 πολεμίων. Καὶ τούτων πάντων ὑμῶν τινές, οἱ πρεσβύτατοι, μάρτυρες εἰσὶ μοι. πρὸς δὲ τούτοις ἄλλας τριή- 15 ρεις πλεόν ἢ εἴκοσιν εἶλε, κατὰ μίαν καὶ δύο λαμβάνων, ἃς ἀπάσας εἰς τοὺς ὑμετέρους λιμένας κατήγαγεν. (78) Ἐνὶ δὲ κεφαλαίῳ, μόνος τῶν πάντων στρατηγῶν οὐ πόλιν, οὐ φρούριον, οὐ ναῦν, οὐ στρατιώτην ἀπώλεσεν οὐδένα, ἠγούμενος ὑμῶν, οὐδ' ἔστιν οὐδενὶ τῶν ὑμετέ- 20 ρων ἐχθρῶν τρόπαιον οὐδὲν ἀφ' ὑμῶν κἀκείνου, ὑμῖν δ' ἀπὸ πολλῶν πολλὰ, ἐκείνου στρατηγούντος. Ἴνα δὲ μὴ λέγων παραλίπω τι τῶν πεπραγμένων αὐτῷ, ἀναγνώσεται γεγραμμένας ὑμῖν τὰς τε ναῦς ὅσας ἔλαβε καὶ οὐ 25 ἐκάστην, καὶ τῶν πολεων τὸν ἀριθμὸν καὶ τῶν χρημάτων τὸ πλῆθος καὶ τῶν τροπαιῶν, οὗ ἕκαστον. Λέγε.

## ΠΡΑΞΕΙΣ ΧΑΒΡΙΟΥ.

79. Δακεὶ τισὶν ὑμῶν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὗτος, ὃ τοσαύτας πόλεις λαθῶν καὶ τριήρεις τῶν πολεμίων 481 ναυμαχίᾳ νικήσας καὶ τοσοῦτων καλῶν αἴτιος ὢν αἰσχροῦ δ' οὐδενὸς τῆ πόλεϊ, ἀξίος εἶναι, ἀποστερηθῆναι τὴν ἀτέλειαν, ἣν εὖρετο παρ' ὑμῶν καὶ τῷ υἱεὶ κατέλιπεν; ἐγὼ μὲν οὐκ οἶομαι, καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἶη. 5 μίαν μὲν πόλιν ἀπώλεσεν ἢ ναῦς δέκα μόνας; περὶ προδοσίας ἂν αὐτὸν εἰς ἠγγελλον οὔτοι. καὶ ἐάλω; τὸν ἅπαντ' ἂν ἀπωλώλει χρόνον. (80) ἐπειδὴ δὲ τούναντιόν ἑπτακαίδεκα μὲν πόλεις εἶλεν, ἐβδομήκοντα δὲ 10 ναῦς ἔλαβε, τριςχιλίους δ' αἰχμαλώτους, δέκα δὲ καὶ ἑκατὸν τάλαντ' ἀπέφηνε, τοσαῦτα δ' ἔστησε τρῶπαια:

qui prohibitori essent, ea effecit. Non igitur decet, talem virum injuria a vobis affici vel minus apud vos valere quam oratores qui docere volunt, auferendum esse aliquid eorum quæ illi concessa sunt.

75. Bene. at per Jovem permittamus, ut Chabrie filio immunitas eripiat, quam ei pater jure a vobis acceptam reliquit. At neminem sanæ mentis hominem fore existimo, qui id rectum esse dicat. Scitis profecto etiam sine mea oratione, præstantem virum fuisse Chabriam, nihil tamen prohibet, quominus et ego res ejus gestas breviter attingam. (76) Quo igitur modo, quum vos duceret, ad Thebas contra universos Peloponnesios acie dimicavit, quo pacto Gorgopam in Ægina occiderit, quot in Cypro tropæa erexerit et postea in Ægypto, et universa terra prope dixerim peragrata, nusquam vel urbis nomini vel sibi ipsi dedecori fuerit, neque omnino facile est pro dignitate dicere, et magnum dedecus esset me commemorante hæc minora videri ea opinione, quam quisque de eo conceperat. quæ vero me dicendo nequaquam extenuaturum puto, ea in memoriam redigere conabor. (77) Prælio igitur navali vicit Lacedæmonios, et undequinquaginta triremes captivas abduxit, cepit autem insularum harum plerasque et tradidit vobis et amicas reddidit, quum prius infestæ essent, ter mille autem captiva corpora huc misit, et amplius decem et centum talenta ex hostibus in ærarium intulit. Quarum rerum omnium testimonium, vestrum quidam natu maximi mihi perhibebunt. Præter hæc alias triremes ultra viginti cepit, singulis vel binis politis, quas universas in vestros portus perduxit. (78) Postremo unus omnium imperatorum non urbem, non castellum, non navem, non militem unum perdidit, dum vobis imperaret, neque ullus vestrorum hostium ullum tropæum de vobis et illo erexit, vos multa de multis, illo duce. Ne autem dicendo præteream ullam ejus præclarum facinus, de scripto vobis recitabit et naves quas cepit et quo loco singulas, et urbium numerum et pecuniarum multitudinem, et tropæorum, quo quodque loco sit erectum. Recita.

## RES GESTÆ CHABRIÆ.

79. Num vobis videtur, Athenienses, is, qui tot urbes cepit et hostium triremes navali prælio vicit et urbi tantam gloriam felicitatemque peperit, nunquam ullam maculam aspersit, dignus, qui immunitate spoliatur, quam a vobis consecutus filio reliquit? Ego quidem non opinor, etenim absurdum esset. Si unam urbem et decem tantum naves perdidisset, eum prodicionis accusavissent isti, et si convictus esset, in perpetuum fuisset periturus. (80) Quum vero urbes sedecim occupaverit et naves septuaginta cepit et ter mille captivos ac decem et centum talenta in ærarium retulerit et tot tropæa erexerit; tunc vero, quæ

τηνικαῦτα ὃ οὐκ ἔσται κύρι' αὐτῶν τὰ δοθέντ' ἐπὶ τοῦ-  
 τοις; Καὶ μὴν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ζῶν πάνθ'  
 ὑπὲρ ὑμῶν φανήσεται πράξας Χαβρίας, καὶ τὴν τελευ-  
 τὴν αὐτὴν τοῦ βίου πεπονημένος οὐχ ὑπὲρ ἄλλου τινός,  
 15 ὥστε δικαίως ἂν οὐ μόνον διὰ τὰ ζῶντι πεπραγμένα  
 φαίνοιθ' εὐνοικῶς διακείμενοι πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ,  
 ἀλλὰ καὶ διὰ ταύτην. (81) Ἄξιον τοίνυν, ὧ ἄνδρες  
 Ἀθηναῖοι, κάκεινο σκοπεῖν, ὅπως μὴ φανούμεθα φαι-  
 20 λότεροι Χίων περὶ τοὺς εὐεργέτας γεγενημένους. εἰ γὰρ  
 ἐκείνῳ μὲν, ἐφ' οὓς μεθ' ὅπλων ἦλθεν ἐν ἐχθροῦ τάξει,  
 μηδὲν ὧν ἔδοσαν πρότερον νῦν ἀφήρηται, ἀλλὰ τὰς  
 παλαιὰς χάριτας μείζους τῶν καινῶν ἐγκλημάτων πε-  
 ποίηται, ὑμεῖς δ', ὑπὲρ ὧν ἐπ' ἐκείνους ἔλθων ἐτελεύ-  
 25 τησεν, ἀντὶ τοῦ διὰ ταῦτ' ἔτι μᾶλλον αὐτὸν τιμᾶν καὶ  
 τῶν ἐπὶ ταῖς πρότερον εὐεργεσίαις τι δοθέντων ἀφηρη-  
 μένοι φανήσεσθε· πῶς οὐκ εἰκότως αἰσχύνῃν ἔχετε;  
 (82) Καὶ μὴν καὶ κατ' ἐκείν' ἀνάξϊ' ἂν εἴη πεπονθὸς ὁ  
 παῖς, εἰ τῆς δωρεᾶς ἀφαιρηθείη, καθ' ὃ, πολλάκις  
 482 ὑμῶν στρατηγήσαντος Χαβρίου, οὐδενὸς πώποθ' υἱὸς  
 ὄρφανός δι' ἐκείνον ἐγένετο, αὐτὸς δ' ἐν ὄρφανίᾳ τέθρα-  
 πται διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίαν τοῦ πατρός. οὕτω  
 5 γὰρ ὡς ἀληθῶς ἔμοιγε φαίνεται βεβαίως πως ἐκείνους  
 φιλόπολις, ὥστε δοκῶν καὶ ὧν ἀσφαλέστατος στρατη-  
 γός ἀπάντων ὑπὲρ μὲν ὑμῶν, ὅπότ' ἤγοίτο, ἐχρήτο  
 τούτω, ὑπὲρ αὐτοῦ δέ, ἐπειδὴ τὸ καθ' αὐτὸν ἐτάχθη  
 10 κινδυνεύειν, παρείδε, καὶ μᾶλλον εἴλετο μὴ ζῆν ἢ κα-  
 ταισγῆναι τὰς παρ' ὑμῶν ὑπαρχούσας αὐτῷ τιμάς.  
 (83) Εἴθ' ὑπὲρ ὧν ἐκείνος ὤτετο δεῖν ἀποθνήσκειν ἢ νι-  
 κᾶν, ταῦθ' ἡμεῖς ἀφελώμεθα τὸν υἱὸν αὐτοῦ; Καὶ τί  
 φήσομεν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅταν τὰ μὲν τρόπαια  
 15 ἐστῆκη δῆλα πᾶσιν ἀνθρώποις, ἃ ὑπὲρ ὑμῶν στρατη-  
 γῶν ἐκείνος ἐστῆσε, τῶν δ' ἐπὶ τούτοις δωρεῶν ἀφηρη-  
 μένον τι φαίνεται; οὐ σκέψεσθε, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,  
 καὶ λογιέσθε, ὅτι νῦν οὐχ ὁ νόμος κρίνεται, πότερόν  
 20 ἐστὶν ἐπιτήδειος ἢ οὐ, ἀλλ' ὑμεῖς δοκιμάζεσθε, εἴτ'  
 ἐπιτήδειοι πάσχειν ἐστὲ εὔ τὸν λοιπὸν χρόνον εἴτε μὴ;  
 84. Λαβὲ δὴ καὶ τὸ τῷ Χαβρίᾳ ψήφισμα ψηφισθέν.  
 ὄρα δὴ καὶ σκόπει. δεῖ γὰρ αὐτ' ἐνταῦθ' εἶναί που.  
 Ἐγὼ δ' ἔτι τοῦτ' εἰπεῖν ὑπὲρ Χαβρίου βούλομαι:  
 ὑμεῖς, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τιμῶντές ποτε Ἴφικράτην,  
 25 οὐ μόνον αὐτὸν ἐτιμᾶσατε, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνον Στρά-  
 βωνα καὶ Πολύστρατον. καὶ πάλιν Τιμοθέω διδόντες  
 τὴν δωρεάν, δι' ἐκείνον ἐδώκατε καὶ Κλεάρχῳ καὶ τι-  
 σιν ἄλλοις πολιτείαν. Χαβρίας δ' αὐτὸς ἐτιμᾶθη παρ'  
 ὑμῶν μόνος. (85) Εἰ δὴ τότε, 86' εὐρίσκετο τὴν δωρεάν,  
 483 ἤξίωσεν ὑμᾶς, ὥσπερ δι' Ἴφικράτην καὶ Τιμόθεον εὔ-  
 τινὰς πεποιθήκατε, οὕτω καὶ δι' αὐτὸν εὔ ποιῆσαι τού-  
 των τινὰς τῶν εὐρημένων τὴν ἀτελείαν, οὓς νῦν οὕτοι  
 5 μεμψόμενοι, πάντας ἀφαιρεῖσθαι κελεύουσιν ἁμοίως  
 οὐκ ἂν ἐδώκατε ταύτην αὐτῷ τὴν χάριν; ἔγωγ' ἤγοῦ-  
 μαί. (86) Εἴθ' ὅς δι' ἐκείνον ἂν τότε ἐδώκατε δωρεάν,  
 διὰ τούτους νῦν αὐτὸν ἐκείνον ἀφαιρήσεσθε τὴν ἀτέ-  
 λειαν; ἀλλ' ἄλογον. οὐδὲ γὰρ ὑμῖν ἀρμόσκει δοκεῖν  
 10 παρὰ μὲν τὰς εὐεργεσίας οὕτω προχειρῶς ἔχειν, ὥστε

ob ista accepit, erunt ei irrita? Verum, Athenienses, tum  
 vivum apparebit pro vestris commodis omnia fecisse Cha-  
 briam, tum non aliam ob rem ipsam mortem oppetiasse.  
 quare non tantum ob res ab eo vivente gestas, filio ejus fa-  
 vere debetis, sed etiam propter obitum. (81) Jam illud  
 quoque, Athenienses, providendum est, ne grato animo a  
 Chlis superemur. nam si illi, in quos armis hostiliter in-  
 vasit, nihil illi nunc, quod olim dederant, ademerunt, sed  
 plus valere passi sunt vetera beneficia, quam recentes of-  
 fensas, vos vero, pro quibus quum in illos invasisset,  
 occubuit, tantum abest ut propterea majores honores illi  
 decernatis, ut etiam ob vetera beneficia factas illi donatio-  
 nes manifesto eripiat; quomodo non jure vituperabimini?  
 (82) Quin ea quoque de causa inique ageretur cum filio, si  
 dono spoliaretur, quod, quum sæpe duxerit exercitum Cha-  
 brias, propter eum neminis unquam filius pupillus factus  
 est, ipse vero in prima ætate patre orbatus est, propter  
 ejus insigne studium erga vos. nam tam vere mireque con-  
 stanter, ut mihi patet, patriam amavit, ut, quum et habe-  
 retur et esset dux omnium cautissimus, ea solertia, quum  
 imperaret, pro vobis usus est, pro se ipso autem, quum  
 per se in loco periculoso decertandum esset, neglexit, ac  
 occumbere maluit, quam honores sibi a vobis decretos de-  
 decorare. (83) Et pro quibus ille vel oppetendum vel vin-  
 cendum esse censuit, ea nos ejus filio eripiamus? Ecquid  
 dicemus, Athenienses, quum tropæa universis hominibus  
 in conspectu erunt, quæ ille, dum vester imperator esset,  
 erexit, et præmiorum, quæ propterea illi data sunt, ma-  
 nifesto aliquid auferetur? non considerabit et perpendetis,  
 Athenienses, nunc non de lege iudicium fieri, utrum ea uti-  
 lis sit, an potius inutilis, sed vos examinari, utrum digni  
 aitis, de quibus quis mereatur bene in posterum necne?

84. Jam cape et decretum quod Chabriæ factum est.  
 vide jam ac circumspice. nam id hic alicubi esse oportet.

Ego vero etiam hoc pro Chabria dicam: vos, Athenien-  
 ses, quum aliquando Iphicratem honoraretis, non solum  
 ipsum honorastis, sed etiam propter illum, Strabacem et  
 Polystratum. atque iterum quum donum daretis Timo-  
 theo, propter illum etiam Clearchum et quosdam alios ci-  
 vitate donastis. Chabriæ vero ipse apud vos honoratus est  
 solus. (85) Si tum igitur, quum donum consecutus est, pe-  
 tiisset a vobis, ut quemadmodum propter Iphicratem et  
 Timotheum quibusdam benefecistis, sic et sua causa be-  
 nefaceretis aliquibus, qui immunitatem consecuti, nunc  
 ab istis ita exagitantur, ut propter eos immunitatem jubeant  
 omnino omnibus eripi; nonne illi in eo gratificati essetis?  
 Ego quidem id arbitror. (86) Quibus igitur, propter ipsum,  
 donum hoc dedissetis, propter eos nunc ipsum illum im-  
 munitate spoliabitis? absurdum id est. neque enim vos  
 existimari convenit, dum recentia sint beneficia, ita para-

μη μόνον αὐτοὺς τοὺς εὐεργέτας τιμᾶν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκείνων φίλους, ἐπειδὴν δὲ χρόνος διέλθη βραχύς, καὶ δεῦρ' αὐτοῖς δεδώκατε, ταῦτ' ἀφαιρείσθαι.

ΨΗΦΙΣΜΑ ΤΩΝ ΧΑΒΡΙΟΥ ΤΙΜΩΝ.

15 87. Οὓς μὲν τοίνυν ἀδικήσετε, εἰ μὴ λύσετε τὸν νόμον, πρὸς πολλοῖς ἄλλοις, οὓς ἀκηκόατε, εἰσὶν, ὧ ἀνδρῶς δικασταί. Σκοπεῖτε δὴ καὶ λογισασθ' ἐν ὑμῖν αὐτοῖς, εἴ τινες τούτων τῶν τετελευτηκότων λάβοιεν τρό-  
20 πω τινὶ τοῦ νυνὶ γιγνομένου πράγματος αἰσθησιν, ὡς ἂν εἰκότως ἀγανακτήσειαν. εἰ γὰρ ὧν ἔργω πεποίηκεν ἕκαστος αὐτῶν ὑμᾶς εὖ, τούτων ἐκ λόγου κρίσις γίνε-  
25 ται, καὶ τὰ καλῶς πραχθένθ' ὑπ' ἐκείνων, ἂν ὑφ' ἡμῶν μὴ καλῶς ῥηθῆ τῷ λόγῳ, μάτην τοῖς πονήσασιν εἰργασται πῶς οὐ δεῖνὰ πάσχουσι;

88. Ἴνα τοίνυν εἰδῆτε, ὧ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι ὡς ἀληθῶς ἐπὶ πᾶσι δικαίους ποιούμεθα τοὺς λόγους πάντας, λέγομεν πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐδὲν ἔσθ' ὅ τι τοῦ παρακρούσασθαι καὶ φανακίσει λέγεται παρ' ἡμῶν εἴνεκα, 484 ἀναγνώσεται τὸν νόμον ὑμῖν ὃν παρειφέρομεν γράψαντες ἀντὶ τοῦδε, ὃν οὐκ ἐπιτήδειον εἶναι φαμεν. γνώσεσθε γὰρ ἐκ τούτου πρόνοιαν τιν' ἔχοντας ἡμᾶς, καὶ ὅπως ὑμεῖς μὴδὲν αἰσχρὸν ποιήσαι δοξετε, καὶ ὅπως, εἰ 5 τίνα τις καταμείμφεται τῶν εὐρημένων τὰς δωρεάς, ἂν δίκαιον ᾖ, κρίνας παρ' ὑμῖν ἀφαιρήσεται, καὶ ὅπως, οὓς οὐδεὶς ἂν ἀντίποι μὴ οὐ δεῖν ἔχειν, ἔξουσι τὰ δοθέντα. (88) Καὶ τούτων πάντων οὐδὲν ἔσθ' ἡμέτερον καινὸν εὐρημα, ἀλλ' ὁ παλαιός, ὃν οὗτος παρέβη, νό-  
10 μος οὗτω κελεύει νομοθετεῖν, γράφασθαι μὲν, ἂν τίς τινα τῶν ὑπαρχόντων νόμων μὴ καλῶς ἔγινε ἡγήται, παρειφέρειν δ' αὐτὸν ἄλλον, ὃν ἂν τιθῆ λύων ἐκείνων, ὑμᾶς 15 δ' ἀκούσαντας ἐλέσθαι τὸν κρείττω. (89) οὐ γὰρ φεθ' ὁ Σόλων, ὁ τοῦτον τὸν τρόπον προστάξας νομοθετεῖν, τοὺς μὲν θεσμοθέτας τοὺς ἐπὶ τοὺς νόμους κληρουμένους δις δοκιμασθέντας ἀρχεῖν, ἐν τε τῇ βουλῇ καὶ παρ' ὑμῖν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, τοὺς δὲ νόμους αὐτούς, καθ' οὓς καὶ 20 τούτοις ἀρχεῖν καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις πολιτεύεσθαι προσήκει, ἐπὶ καιροῦ τεθέντας, ὅπως ἔτυχεν, μὴ δοκιμασθέντας κυρίου εἶναι. (91) Καὶ γὰρ τοὶ τότε μὲν, τῶς τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτου, τοῖς μὲν ὑπάρχουσι νόμοις ἐχρῶντο, καινοὺς δ' οὐκ ἐτίθεσαν. ἐπειδὴ δὲ τῶν 25 πολιτευομένων τινὲς δυνηθέντες, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, κατεσκεύασαν αὐτοῖς ἐξεῖναι νομοθετεῖν, ὅτ' ἂν τίς βούληται καὶ ὃν ἂν τύχη τρόπον τοσοῦτο μὲν οἱ ἐναντίοι σφίσι αὐτοῖς εἰσὶ νόμοι, ὡςτ' ἐχειροτονεῖθ' ὑμεῖς τοὺς διαλέξαντας τοὺς ἐναντίους ἐπὶ κάμπολυν ἤδη χρόνον, 485 (92) καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδὲν μάλλον δύναται πέρασ σχεῖν, ψηφισμάτων δ' οὐδ' ὅτιοῦν διαφέρουσι οἱ νόμοι, ἀλλὰ νεώτεροι † οἱ νόμοι, καθ' οὓς τὰ ψηφίσματα δεῖ γράφε-  
5 σθαι, τῶν ψηφισμάτων αὐτῶν ὑμῖν εἰσὶν. Ἴν' οὖν μὴ λόγον λέγω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν νόμον αὐτὸν ὃν φημι δεῖξω, λαβέ μοι τὸν νόμον καθ' ὃν ᾗσαν οἱ πρότερον νομοθέται. Λέγε.

tos ut non tantum ipsos beneficiorum auctores, sed et eorum amicos honoretis, paulo post vero etiam hæc, quæ ipsis dederitis, eripiat.

DECRETUM DE CHABRIÆ HONORIBUS.

87. Quos igitur, nisi legem istam abrogabitis, afficietis injuria, præter multos alios sunt quos audivistis, judices. Considerate jam et reputate apud vosmetipsos, si qui ex mortuis hisce aliquo pacto, quod in præsentia agitur, cognoscant, quam justa indignatione moveantur. nam si, quæ unusquisque re ipsa in vos beneficia contulit, de illis edictis fit judicium, et res ab illis præclare gestæ, si a nobis male narrentur, frustra iis, qui laboraverunt, confectæ sunt; quomodo non iniquissime cum illis agitur?

88. Ut autem videatis, Athenienses, nos revera nihil iniqui verbis ad vos habitis omnibus complecti, nec quicquam dicere ut fraudem et fucum vobis faciamus, reclabit vobis eam legem, quam illius, quam noxiam esse dicimus, loco substituendam rogamus. ex hac enim cognoscetis, curæ nobis esse, tum ne quid vos admittere turpe videamini, tum ut, si quis immunem aliquem insimulat, adducat in judicium apud vos, si æquum sit, et donationem tollat, tum ut, qui a nemine indigni dicantur, retineant dona. (89) Neque horum omnium quicquam est nuper a nobis excogitatum; sed vetus lex, quam iste violavit, sic leges ferre jubet: primum, si qua recepta lex mala videatur, eam ut accuset, deinde illa abrogata, ut ipse aliam ferat, quam substituat, vos vero audita utraque potiorum præferatis. (90) neque enim Solon, a quo hæc ferendarum legum constituta est, voluit Thesmothetas, qui legum gratia sorte creantur, inire magistratum non prius quam bis probati essent, et in senatu et apud vos in judicio, leges vero ipsas, ad quarum præscriptum et iis magistratum gerere et omnibus ceteris rempublicam administrare convenit, ad necessitatem latis, ut casus ferebat, priusquam examinentur ratas esse. (91) Itaque illis temporibus, dum hac ratione leges constituébantur, latis ante legibus utebantur, novas nullas ferebant. postquam vero quidam, qui rempublicam administrabant potentes (ut ego quidem audio) perfecerunt, ut ipsis leges ferre liceret, quodcumque et quocumque modo libitum esset; tot inter se contrariæ leges exstiterunt, ut vos deligeretis aliquos, qui jam per longissimum tempus contrarias discreverunt, (92) et nihilo tamen magis exitus rei potest reperiri, nec quicquam a decretis leges differunt, sed leges, ad quarum præscriptum decreta rogari debent, ipsis decretis sunt hebetiores. Ut igitur non tantum verba afferam, sed etiam legem ipsam, de qua loquor, ostendam, cape mihi legem, qua priores legem tulerunt. Recita.

† Forl. ἀλλ' ἐνεώτεροι.

## ΝΟΜΟΣ.

10 93. Συνέθε' ὃν τρόπον, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὁ Σόλων  
τοὺς νόμους ὡς καλῶς κελεύει τίθεναι, πρῶτον μὲν παρ'  
ὑμῖν, ἐν τοῖς ὁμιμοκόσι, παρ' οἷσπερ καὶ ἄλλα κυ-  
ροῦται, ἔπειτα λύοντα τοὺς ἐναντίους, ἢ εἰς ἧ περι-  
τῶν ὄντων ἑκάστου νόμος καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας αὐτοῦ  
τοῦτο ταράττη καὶ ποιῆ τῶν ἀπαντας εἰδότην τοὺς νό-  
15 μους ἔλαττον ἔχειν, ἀλλὰ πᾶσιν ἧ ταῦτ' ἀναγνώσιναι καὶ  
μαθεῖν ἀπλᾶ καὶ σαφεῖ τὰ δίκαια. (94) Καὶ πρὸ τούτων  
γ' ἐπέταξεν ἐκθεῖναι πρόσθε τῶν ἐπωνύμων καὶ τῶ  
γραμματεῖ παραδοῦναι, τοῦτον δ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις  
20 ἀναγιγνώσκειν, ἢ ἕκαστος ὑμῶν ἀκούσας πολλὰκις καὶ  
κατὰ σχολὴν σκεψάμενος, ἂν ἧ καὶ δίκαια καὶ συμ-  
φέροντα, ταῦτα νομοθετῆ. Τούτων τοίνυν τοσοῦτων  
ὄντων δικαίων τὸ πλῆθος οὐτοὶ μὲν οὐδ' ὅτι οὖν ἐποίησε  
Λεπτίνης (οὐδὲ γὰρ ἂν ὑμεῖς ποτ' ἐπέισθητε, ὡς ἐγὼ  
25 νομίζω, θέσθαι τὸν νόμον), ἡμεῖς δ', ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,  
πάντα, καὶ παρεισφέρομεν πολλῶν καὶ κρείττων καὶ δι-  
καιότερον τοῦ τούτου νόμον. γινώσθε δ' ἀκούοντας.  
486(95) Λαβέ καὶ λέγε πρῶτον μὲν ἃ τοῦ τούτου νόμου  
γεγράμμεθα, εἰθ' ἃ φαμεν δεῖν ἀντὶ τούτων τεθῆναι.  
Λέγε.

## ΝΟΜΟΣ.

5 Ταῦτα μὲν ἐστὶν ἃ τοῦ τούτου νόμου διώκομεν ὡς  
οὐκ ἐπιτήδεια. τὰ δ' ἐξῆς λέγε, ἃ τούτων εἶναι βελτίω  
φαμέν. Προσέχετε, ὃ ἄνδρες δικασταί, τούτοις ἀναγι-  
γωσκομένοις τὸν νοῦν. Λέγε.

## ΝΟΜΟΣ.

10 96. Ἐπίσχε. Τοῦτο μὲν ἐστὶν ἐν τοῖς οὔσι νόμοις  
κυρίας ὑπάρχον καλόν, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ σαφές,  
τὰς δωρεάς, ὅσας ὁ δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι,  
δίκαιον, ὃ γῆ καὶ θεοί. Χρῆν τοίνυν Λεπτίνην μὴ πρότε-  
ρον τίθεναι τὸν ἑαυτοῦ νόμον, πρὶν τοῦτον ἔλυσεν γραψά-  
15 μενος. νῦν δὲ μαρτυρίαν κατ' ἑαυτοῦ καταλείπων ὅτι  
παρνομεῖ τούτων τὸν νόμον, ὁμοῦ ἐνομοθέτει, καὶ ταῦθ'  
ἑτέρου κελεύοντος νόμου καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτ' ἔνοχον εἶ-  
ναι τῇ γραφῇ, ἐὰν ἐναντίος ἧ τοῖς πρότερον κειμένοις  
νόμοις. Λαβέ δ' αὐτὸν τὸν νόμον.

## ΝΟΜΟΣ.

20 97. Οὐκ οὐκ ἐναντίον, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶ κυ-  
ρίας εἶναι τὰς δωρεάς, ὅσας ὁ δῆμος ἔδωκε τὸ  
μὴ δέν' εἶναι ἀτελεῖ τούτων οἷς δῆμος ἔδωκεν; σαφῶς  
γ' ὀπίσω. ἀλλ' οὐκ ἐν ᾧ νῦν ὅδε ἀντεισφέρει νόμον, ἀλλ'  
25 ἃ τ' ἐδόκατε, κύρια, καὶ πρόφασις δίκαια κατὰ τῶν ἧ  
παρακρουσαμένων ἧ μετὰ ταῦτ' ἀδικούντων ἧ ὁλοῦς  
ἀναξίον, δι' ἧν ὃν ἂν ὑμῖν δοκῆ κωλύσει' ἔχειν τὴν δω-  
ρεάν. Λέγε τὸν νόμον.

## ΝΟΜΟΣ.

487 98. Ἀκούετε, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ καταμανθάνε-  
τε, ὅτι ἐνταῦθ' ἐνὶ καὶ τοὺς ἀξιούς ἔχειν τὰ δοθέντα,  
καὶ τοὺς μὴ τοιοῦτους κριθέντας, ἐὰν ἀδίκως τι λάβω-

## LEX.

93. Intelligitis, Athenienses, quo pacto quam præclare  
leges ferri Solon jubeat: primum apud vos, qui jurati estis,  
apud quos etiam alia confirmantur, deinde contrariis legibus  
abrogandis, ut singulis de rebus leges singulæ sint, neque  
homines imperitos id ipsum turbet; et efficiat ut hi deteriore  
conditione sint, quam qui universas sciunt, sed ut eadem  
legere et discere simplicia et perspicua jura liceat omnibus.  
(94) Quin ante hæc quidem jussit ante statuas heroum, a  
quibus cognominatæ tribus sunt, proponi et scribæ tradi,  
qui eam in concionibus recitaret, ut unusquisque vestrum  
sæpe audita et per otium considerata, quæ justa essent et  
utilia, hæc suis suffragiis comprobaret. Quamvis igitur tot  
jura in promptu sint, hic Leptines tamen nihil horum fecit  
(neque enim vobis unquam persuasum esset, ut arbitror, ut  
legem hanc probaretis), nos vero omnia, et substituímus,  
quam lex est istius, multo præstantiorem et æquiorē. Id  
quod audita re cognoscetis. (95) Cape et recita primum quæ  
in istius lege accusavimus, deinde quæ illorum loco poni  
debere asserimus. Recita.

## LEX.

Hæc sunt quæ in istius lege persequimur ut non bona.  
Recita deinceps, quæ istis potiora dicimus. Animum adver-  
tite, judices, dum hæc leguntur. Recita.

## LEX.

96. Desine. Hoc igitur est in receptis legibus, Athenien-  
ses, pulcrum et perspicuum: *ut dona quæ populus con-  
cessit, rata sint*, justum hoc est omnino, medius fidius.  
Decebat igitur Leptinem non prius suam ferre legem, quam  
hanc accusans abrogasset. nunc vero hanc ut testimonium  
contra semetipsum relinquens, leges a se violari, nihilomi-  
nus legem tulit, idque quom alia lex jubeat, etiam ob  
hoc ipsum accusationi scriptæ obnoxiam esse, si veteribus  
legibus adversetur. Cape ipsam legem.

## LEX.

97. Nonne contrarium est, Athenienses, *rata esse dona,*  
*quæ populus dederit* et eorum *neminem immunem esse,*  
quibus populus id dederit? perspicue utique. neque  
vero in hac lege, quam nunc hic substituit, idem usu ven-  
nit, sed tum ea, quæ vos dedistis, rata sunt, tum justa in  
eos actio relinquitur, qui vel fraude impétrarunt vel postea  
injuste agunt vel in universum indigni sunt, qua actione  
cuicumque vobis visum erit donum eripietis. Recita legem.

## LEX.

98. Auditis, Athenienses, et intelligitis, cautum hic esse,  
ut et digni, quæ data sunt, teneant, et qui tales iudicati  
non fuerint, si quid injuste acceperunt, eo priventur, et in

σιν, ἀφαιρεθῆναι, καὶ τὸ λοιπὸν ἐφ' ὑμῖν εἶναι πάνθ',  
 5 ὡς περ ἐστὶ δίκαιον, καὶ δοῦναι καὶ μὴ. Ὡς μὲν τοίνυν  
 οὐχὶ καλῶς οὗτος ἔχει καὶ δικαίως ὁ νόμος, οὐτ' ἐρεῖν  
 οἴομαι Λεπτίνην οὐτ', ἐὰν λέγῃ, δεῖξαι δυνήσεσθαι. ἃ  
 10 δὲ πρὸς τοῖς θεσμοθέταις ἔλεγε, ταῦτ' ἴσως λέγων πα-  
 ράγειν ὑμᾶς ζητήσῃ. ἔφη γὰρ ἐξαπάτης εἵνεκα παρα-  
 γεγράφαι τοῦτον τὸν νόμον, ἐὰν δ' ὅν αὐτὸς ἔθηκε  
 λυθῆ, τοῦτον οὐ τεθήσεσθαι. (98) Ἐγὼ δ', ὅτι μὲν τῇ  
 ὑμετέρᾳ ψήφῳ τοῦτου τοῦ νόμου λυθέντος τὸν παρεισ-  
 νεχθέντα κύριον εἶναι σαφῶς ὁ παλαιὸς κελεύει νόμος,  
 15 καθ' ὃν οἱ θεσμοθέται τοῦτον ὑμῖν παρέγραψαν, ἔασω,  
 ἵνα μὴ περὶ τούτου τις ἀντιλέγῃ μοι, ἀλλ' ἐπ' ἐκείν'  
 εἶμι : ὅταν ταῦτα λέγῃ δῆπου· ὁμολογεῖ μὲν εἶναι βελ-  
 τίω καὶ δικαιοτέρων τόνδε τὸν νόμον οὐ τέθεικεν αὐτός,  
 ὑπερὶ δὲ τοῦ πῶς τεθήσεται ποιεῖται τὸν λόγον. (100)  
 20 Πρῶτον μὲν τοίνυν εἰσὶν αὐτῷ κατὰ τοῦ παρεισφύρο-  
 ντος πολλοὶ τρόποι, δι' ὧν, ἂν βούληται, θεῖναι τὸν νό-  
 μον αὐτὸν ἀναγκάσει. ἔπειτ' ἐγγυώμεθ' ἡμεῖς, ἐγώ,  
 Φορμίων, ἄλλον εἰ τινα βούλεται, θῆσαι τὸν νόμον.  
 Ἔστι δὲ δῆπου νόμος ὑμῖν, « ἐὰν τις ὑποσχόμενός τι  
 25 « τὸν δῆμον ἢ βουλήν ἢ δικαστήριον ἐξαπατήσῃ, τὰ  
 « ἔσχατα πάσχειν. » Ἐγγυώμεθα, ὑπισχνούμεθα, οἱ  
 θεσμοθέται ταῦτα γραφόντων, ἐπὶ τούτοις τὸ πρᾶγμα  
 γιγνέσθω, (101) μήθ' ὑμεῖς ποιήσῃτε μηδὲν ἀνάξιον ὑμῶν  
 αὐτῶν, μήτ', εἰ τις φαῦλός ἐστι τῶν εὐρημένων τὴν  
 488 δωρεάν, ἐχέτω, ἀλλ' ἰδίᾳ κατὰ τόνδε κριθῆτω τὸν νό-  
 μον. Εἰ δὲ ταῦτα λόγους καὶ φλυαρίας εἶναι φῆσαι· ἐκείνός  
 γ' οὐ λόγος : αὐτὸς θέτω, καὶ μὴ λέγέτω τοῦτο, ὡς οὐ  
 5 θήσομεν ἡμεῖς. Καλλίον δὲ δῆπου τὸν ὑφ' ὑμῶν κρι-  
 θέντα καλῶς ἔχειν νόμον εἰσφέρειν, ἢ ὅν νῦν ἀφ' ἑαυτοῦ  
 τίθῃσιν.

102. Ἐμοὶ δ', ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖ Λεπτίνης  
 (καὶ μοι μηδὲν ὀργισθῆς. οὐδὲν γὰρ φλαῦρον ἐρῶ σε)  
 10 ἢ, οὐκ ἀνεγνωκέναι τοὺς Σόλωνος νόμους, ἢ, οὐ συν-  
 ἰέναι. εἰ γὰρ ὁ μὲν Σόλων ἔθηκε νόμον· ἐξεῖναι δὲ δο-  
 ναι τὰ ἑαυτοῦ, ἢ ἂν τις βούληται, ἐὰν μὴ παῖ-  
 δες ὡς γνήσιοι, οὐχ ἴν' ἀποστερήσῃ τοὺς ἐγγυάτω  
 γένει τῆς ἀγχιστείας, ἀλλ' ἴν' εἰς τὸ μέσον καταθεῖς  
 τὴν ὠφέλειαν ἐφάμιλλον ποιήσῃ τὸ ποιεῖν ἀλλήλους  
 15 εὔ, (103) σὺ δὲ τοῦναντίον εἰκενήνοχος μὴ ἐξεῖναι τῷ  
 δήμῳ τῶν αὐτοῦ δοῦναι μηδὲν μηδέν· πῶς σέ τις φή-  
 σει τοὺς Σόλωνος ἀνεγνωκέναι νόμους ἢ συνιέναι; ὅς  
 ἔρημον ποιεῖς τὸν δῆμον τῶν φιλοτιμησομένων, προλέ-  
 γων καὶ δεικνύς, ὅτι τοῖς ἀγαθῶν τι ποιοῦσιν οὐδ' ἠτιοῦν  
 20 ἔσται πλέον. (104) Καὶ μὴν κακεῖνος τῶν καλῶς δο-  
 κούντων ἔχειν νόμον Σόλωνός ἐστι, μὴ λέγειν κα-  
 κῶς τὸν τεθνεῶτα, μὴ δ' ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις  
 ἀκούη παίδων αὐτός. σὺ δὲ ποιεῖς, οὐ λέγεις κακῶς  
 τοὺς εὐτελευτηκότας τῶν εὐεργετῶν, τῷ δεῖνι μεμ-  
 25 φόμενος καὶ τὸν δεῖν' ἀνάξιον εἶναι φάσκων, ὧν οὐδὲν  
 ἐκείνους προσῆκεν. ἄρ' οὐ πολὺ τοῦ Σόλωνος ἀποστατεῖς  
 τῇ γνώμῃ;

105. Πάνυ τοίνυν σπουδῆ τις ἀπήγγελέ μοι περὶ  
 τοῦ μηδὲν δεῖν μηδὲν δίδοναι, μὴ δ' ἂν ὅτι οὖν πράξῃ,

posterum penes vos sit, sicut æquum est, quælibet vel dare  
 vel non dare. Legem hanc igitur non præclaram et æquam  
 esse, nec dicturum arbitror Leptinem; nec, si dixerit, posse  
 demonstrare. quæ vero apud Thesmothetas dixit, ea fortasse  
 hic repetens, vos circumducere conabitur. dixit enim im-  
 posturæ gratia legem hanc nostram esse propositam, si vero  
 ea, quam ipse tulerit, abrogetur, illam non perlatum iri.  
 (99) Ego vero vestris quidem suffragiis ista lege abrogata,  
 substitutam illius loco ratam esse vetere lege perspicue ju-  
 beri, secundum quam Thesmothetæ vobis hanc proposue-  
 runt, omittam, ne quis mihi controversiam ea de re faciat,  
 sed illuc venio : scilicet quum illud dicit, confitetur melio-  
 rem et æquiorum esse hanc legem ea, quam ipse tulerit, et  
 de modo agi, quo sit perferenda. (100) Primum igitur multæ  
 illi rationes sunt contra substituentem, quibus, si velit, cog-  
 gat eum, ut ipse legem ferat. deinde spondemus nos, ego,  
 Phormio, alius, quem vult, legem perlaturos esse. Constat  
 autem legem esse apud vos, si quis aliquid pollicetur,  
 vel populum vel senatum vel iudicium deceperit, ut capite  
 mulctetur. Spondemus, pollicemur, Thesmothetæ id  
 scribunto, his conditionibus res peragatur, (101) neve vos  
 quicquam vobis indignum facies, neve si quis dono, quod  
 consecutus, indignus est, id teneto, sed seorsum lege hac  
 in iudicium adducitor. Si vero verba hæc et ineptias esse  
 dicet; hæc certe ineptiæ non sunt : ipse legem perferat, ne-  
 que hoc dicat, nos eam perlaturos non esse. Præclarius pro-  
 fecto est perferre legem a vobis approbatam, quam eam  
 valere, quam nunc de suo proponit.

102. Mihi vero, Athenienses, videtur Leptines (sed ne  
 mihi irascaris. nam mali de te nihil dicam) leges Solonis  
 aut non legisse aut non intellexisse. Nam quum Solon legem  
 tulerit, licere cui legitimi liberi non sint, quem libitum  
 sit hæredem instituere, non ut genere proximos jure  
 propinquitatis fraudaret, sed ut utilitate in medium pro-  
 posita efficeret, ut homines inter se certarent beneficiis,  
 (103) tu contra auctor sis, ne populo liceat de suis opibus  
 quidquam aliis impertiri; quomodo quisquam dicet te Solo-  
 nis leges legisse vel intellexisse? quum efficias, ne quis po-  
 pulo studeat, dum prædicis et ostendis, bene merentibus  
 nullum omnino sperandum esse lucrum. (104) Quin illa  
 etiam Solonis lex est e laudatarum numero, *mortuo ne-  
 mini male dicendum, etiamsi quis a libertis ejus in-  
 cessatur maledictis ipse*. tu vero male non dicis, sed  
 facis bene meritis qui pulcre mortui sunt, illum nescio  
 quem reprehendens, et illum indignum esse dictitans, quo-  
 rum nullum facinus ad illos attinet. An non igitur mente  
 a Solone longissime recedis?

105. Jam serio mihi quidam nuntiavit, pro defensione  
 ejus legis, ne quicquam cuiquam detur, quicquid tan-



τοιοῦτόν τι λέγειν αὐτοὺς παρεσκευάσθαι, ὡς ἄρ' οἱ  
 489 Λακεδαιμόνιοι καλῶς πολιτευόμενοι καὶ Θεβαῖοι, οὐ-  
 δὲνὶ τῶν παρ' ἑαυτοῖς διδῶσι τοιαύτην οὐδεμίαν τι-  
 μὴν, καίτοι καὶ παρ' ἐκείνοις τινές εἰσι ἴσως ἀγαθοί.  
 Ἔμοι δὲ δοκοῦσιν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πάντες οἱ τοιοῦ-  
 5 τοι λόγοι παροξυντικοὶ μὲν εἶναι πρὸς τὸ τὰς ἀτελείας  
 ὑμᾶς ἀφελέσθαι πείσαι, οὐ μόντοι δίκαιοι γ' οὐδαμῆ.  
 οὐ γὰρ ἀγνοῶ τοῦθ', ὅτι Θεβαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι  
 καὶ ἡμεῖς οὔτε νόμοις οὔτ' ἔθεσι χρώμεθα τοῖς αὐτοῖς  
 οὔτε πολιτείᾳ. (106) αὐτὸ γὰρ τοῦτο πρῶτον, ὃ νῦν  
 10 οὔτοι ποιήσουσιν, ἐὰν ταῦτα λέγωσιν, οὐκ ἔξεστι ποιεῖν  
 παρὰ τοῖς Λακεδαιμόνιοις, τὰ τῶν Ἀθηναίων ἐπαινεῖν  
 νόμιμα, οὐδὲ τὰ τῶν δεινῶν, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, ἀλλ'  
 ἃ τῇ παρ' ἐκείνοις πολιτείᾳ συμφέρει, ταῦτ' ἐπαινεῖν  
 ἀνάγκη καὶ ποιεῖν. Ἔϊτα καὶ Λακεδαιμόνιοι τῶν μὲν  
 15 τοιοῦτων ἀφροσᾶσιν, ἀλλὰ δὲ τινες παρ' ἐκείνοις εἰσι  
 τιμαί, ἃς ἀπεύξαιτ' ἂν ἄπας ὁ δῆμος ἐνταυθοῖ γενέ-  
 σθαι. (107) Τίνες οὖν εἰσὶν αὐταί; τὰς μὲν καθ' ἑκα-  
42. Arbitror autem Androtionem neque illud omisurum : hæc omnia sibi propter tributa accidere, quæ se vestro nomine a paucis exegisse dicet, qui magnum æs alienum impudenter retinuerint, et eos accusabit (quo quid est factu facilius?) qui tributa non pependerit, et dicet, omnem impunitatem propositum iri iis qui tributa non pendant, si ipse condemnatur. (43) Vos autem primum illud, Athenienses, cogitate, vos non ad sententiam de illa re ferendam juramento obstrictos esse, sed de eo, feceritne decretum legibus consentaneum, deinde nullo esse modo ferendum, quod qui queratur a nonnullis injuriam reipublicæ fieri, ipse postulat, ut majores injuriæ sibi condonentur. longe enim haud dubie facinus est gravius decretum rogare contra leges, quam non pendere tributum. (44) Verum tametsi constaret, isto condemnato, neminem aut collaturum aut exacturum esse tributum, ne sic quidem esse absolvendum, hinc cognoscetis : Vobis in tributis quæ inde a Nausinico imperantur, in talentis circiter trecentis, aut paulo plus, desunt quattuordecim talenta, quorum iste septem talenta exegit, sed ego pono exegisse omnia. jam ad eos qui ultro pendunt, non egetis Androtione, sed ad cessatores. (45) Est igitur vobis nunc considerandum, tantine æstimetis reipublicæ statum et receptas leges et jurisjurandi religionem. nam si istum absolvetis, qui adeo manifeste legibus contraria dixit; videbimini omnibus pecuniam illam legibus et jurijurando prætulisse. [quæ, nec si quis eam de suo vobis largiretur, accipienda esset, nedum ut exigeretur ab aliis. (46) Proinde quum hæc dixerit, mementote jurisjurandi et cogitate accusationem nunc non de exigendo tributo esse institutam, sed de eo, utrum legum rata esse debeat auctoritas. Ac de his quidem, quo pacto vos a lege abductos decipere sit conaturus, et quid ad ejus cavillationes repudiandas in promptu vos habere oporteat, multa, quæ referre possum, quia hæc sufficere arbitror, prætermittam.

47. Volo autem etiam in publicas istius boni viri actiones inquirere, in quibus nullum non crudelitatis genus eum exercere apparebit. nam et impudentem et audacem et furem et superbum et ad quidvis potius quam ad rempublicam in imperio populari gerendam esse aptum demonstrabo. Ac primum, quam sibi maxime laudi ducit, pecuniæ exactionem videamus, nihil istius jactantia moti, sed rem ipsam, qualis fuerit, vere æstimantes. (48) Is Euctemonem tributa vestra tenere seque id' aut ostensurum quum dixit-

608 ἑαυτοῦ καταθήσειν ὑποσχόμενος, καταλύσας ψηφίσματι κληρωτῶν ἀρχὴν ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ, ἐπὶ τὴν εἰσπραξίν παρέδου. Δημηγορίαν δ' ἐπὶ τούτοις ποιούμενος, 5 ὡς ἔστι τριῶν αἴρεσις ὑμῖν, ἢ τὰ πομπεία κατακόπτειν ἢ πάλιν εἰσφέρειν ἢ τοὺς ὀφειλοντας εἰσπράττειν, (49) αἰρουμένων εἰκότως ὑμῶν τοὺς ὀφειλοντας εἰσπράττειν, ταῖς ὑποσχέσεσι κατέχων καὶ διὰ τὸν καιρὸν, ὃς ἦν τότε, ἔχων ἐξουσίαν, τοῖς μὲν κειμένοις νόμοις περὶ τούτων 10 οὐκ ὤρετο δεῖν χρῆσθαι, οὐδ', εἰ μὴ τούτους ἐνόμιζεν ἰκανοὺς, ἐτέρους τιθέναι, ψηφίσματα δ' εἶπεν ἐν ὑμῖν δεῖν καὶ παράνομα, δι' ὧν ἠργολάβει καὶ πολλὰ τῶν ὑμετέρων κέκλοφε, τοὺς ἔνδεκα γράψας ἀκολουθεῖν μεθ' 15 ἑαυτοῦ. (50) εἶτ' ἔχων τούτους ἤγεν ἐπὶ τὰς τῶν πολιτῶν οἰκίας. καὶ τὸν μὲν Εὐκτῆμονα, ὃν εἰσπράττειν ἢ καταθήσειν αὐτὸς ἔφη τὰς εἰσφοράς, οὐδὲν εἶχεν ἐλέγχειν περὶ τούτων, ὑμᾶς δ' εἰσπράττειν, ὥσπερ οὐ διὰ τὴν Εὐκτῆμονος ἔγθραν ἐπὶ ταῦτ' ἔλθων, ἀλλὰ διὰ τὴν 20 ὑμετέραν. (51) Καὶ μηδεὶς ὑπολαμβανέτω με λέγειν ὡς οὐ χρῆν εἰσπράττειν τοὺς ὀφειλοντας. χρῆν γάρ. ἀλλὰ πῶς; ὡς ὁ νόμος κελεύει, τῶν ἄλλων ἔνεκα. τοῦτο γάρ ἐστι δημοτικόν. οὐ γὰρ τοσοῦτον, ὢ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοσοῦτων χρημάτων τοῦτον τὸν τρόπον εἰσπραχθέντων 25 ὡς ἐλήσθε, ὅσον ἐζημίωσθε τοιούτων ἐθῶν εἰς τὴν πολιτείαν εἰσαγομένων. εἰ γὰρ ἐθέλετ' ἐξετάσαι τίνος ἔνεκα μᾶλλον ἂν τις εἰλοῖτ' ἐν δημοκρατίᾳ ζῆν ἢ ἐν ὀλιγαρχίᾳ, τοῦτ' ἂν εὕροιτε προχειρότατον, ὅτι πάντα πρῶτερ' 609 ἔστιν ἐν δημοκρατίᾳ. (52) Ὅτι μὲν τοίνυν τῆς ὅπου βούλεσθ' ὀλιγαρχίας οὗτος ἀεληγέστερος γέγονε, παραλείψω. ἀλλὰ παρ' ἡμῖν πότε πώποτε δινότατ' ἐν τῇ 5 πόλει γέγονε; « ἐπὶ τῶν τριάκονθ' », ἀπαντες ἂν εἴποιτε. τότε τοίνυν, ὡς ἔστιν ἀκούειν, οὐδεὶς ἔστιν ὅστις ἀπεστερεῖτο τοῦ σωθῆναι, ὅστις ἑαυτὸν οἶκοι κρύψειεν, ἀλλὰ τοῦτο κατηγοροῦμεν τῶν τριάκοντα, ὅτι τοὺς ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀδίκως ἀπήγον. οὐτοσὶ τοίνυν τοσαύτην ὑπερβολὴν ἐποίησατ' ἐκείνων τῆς αὐτοῦ βδελυρίας, ὥστ' ἐν 10 δημοκρατίᾳ πολιτευόμενος τὴν ἰδίαν οἰκίαν ἐκάστην δεσμωτήριον καθίστη, τοὺς ἔνδεκα ἄγων ἐπὶ τὰς οἰκίας. (53) Καίτοι, ὢ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τί οἴεσθε, ὅπότε ἀνθρώπος πέννης, ἢ καὶ πλούσιος πολλὰ δ' ἀνηλωκὼς καὶ τιν' ἰσως τρόπον εἰκότως οὐκ εὐπορῶν ἀργυρίου, ἢ τέγος 15 ὡς τοὺς γείτονας ὑπερβαίνει, ἢ ὑποδοῦσθ' ὑπὸ κλίνην ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸ σῶμα ἄλουσ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἔλκεσθαι, ἢ ἀλλ' ἀσχημονοίῃ, ἢ δούλων, οὐκ ἐλευθέρων ἔστιν ἔργα, καὶ ταῦθ' ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ὀρώτο 20 ποῦν, ἢ ὡς ἐλεύθερος ἠγγυήσατο καὶ τῆς πόλεως πολίτης, ὃ δὲ τούτων αἴτιος Ἀνδροτίων εἶη, ὃν οὐδ' ὑπὲρ ἑαυτοῦ δίκην λαμβάνειν ἔξ τὰ πεπραγμένα καὶ βεβιωμένα, μήτι γ' ὑπὲρ τῆς πόλεως; (54) Καίτοι, εἰ τις ἔροιτ' αὐτὸν τὰς εἰσφοράς πτερον τὰ κτήματα, ἢ τὰ 25 σώματα ὀφείλει, τὰ κτήματα φήσειεν ἂν, εἴπερ ἀληθῆ λέγειν βούλοιο. ἀπὸ γὰρ τούτων εἰσφέρομεν. τίνος οὖν ἐνεκ' ἀφείς τὸ τὰ χωρία δημεύειν καὶ τὰς οἰκίας καὶ ταῦτ' ἀπογράφειν, ἔδει καὶ ὕβριζας πολίτας ἀνθρώ- 610 πους καὶ τοὺς ταλιπύρους μετοίκους, οἷς ὕβριστικῶ-

set aut de suo pecuniam numeralurum pollicitus esset; per decretum magistratu, qui sorte obvenerat, ea specie abrogato, ad exactionem obrepsit. et concione de his rebus habita, trium vobis rerum optionem dari dixit: aut sacra vasa pomparum consecanda aut tributum denuo conferendum aut a debentibus tributa exigenda. (49) quum, ut par erat, vos malletis æs alienum a debitoribus exigi; pollicitationibus vos delinens et propter rationem temporis tum magnam potentiam nactus, veteribus legibus in ea re sibi non esse utendum censuit, nec, si eas idoneas esse non putabat, alias ferendas, sed decreta pro concione retulit atrociora et legibus contraria, per quæ lucrum fecit, et multa vobis furatus est, quum Undecimvirosequi se rogasset. (50) eosque tum secum ad civium aedes adducebat. Euctemonem autem, a quo se exacturum aut ipsum de suo numeralurum pecuniam professus erat, nullo modo ejus rei convincere potuit, sed a vobis exegit, quia non Euctemonis, sed vestri odio id negotium susceperat. (51) Neque quisquam dicere me putet, a debentibus nihil fuisse exigendum. fuit enim exigendum. sed quomodo? ut lex jubet, reliquorum causa. id enim populare est. neque enim, Athenienses, tantilla pecunia eum ad modum exacta tantum fructus accepistis, quantam jacturam fecistis talibus institutis introductis in rempublicam. Nam si querere vultis, qua gratia videatur optabilis in populari degere imperio quam in paucorum dominatu, hoc potissimum esse in promptu reperiat, quod in libera republica omnia sunt mansuetiora. (52) Istum autem se, quam in ulla usquam oligarchia, gessisse insolentius, præteribo. sed in nostra urbe quando unquam summa crudelitas viguit? « Sub triginta tyrannis » omnes dicetis. Atqui tum, ut traditum accepimus, nemini vita eripiebatur, qui se domi abdiderat, sed hoc crimini damus triginta tyrannis, quod e foro homines per injuriam abducebant. iste autem sua protervitate usque adeo illos superavit, ut in populari statu rempublicam gerens suam cuique domum carcerem constitueret, Undecimviris adductis in domos. (53) Quid vero putatis, Athenienses, si quis homo pauper, aut etiam dives sumptibus autem exhaustus et fortasse non omnino temere præsentem pecuniam destitutus, sive per tectum ad vicinos transcenderet, sive sub lecto se occultaret, ne deprehensus in carcerem traheretur, sive aliud dedecus subiret, quæ servilia sunt, non ingenuorum hominum, eaque aspiciente uxore faceret, quam ut ingenuus sponsam petiit et civis Atheniensis, ejus autem rei causa esset Androtion, quem sua facinora et anteacta vitæ ne suas quidem privatas inimicitias persequi patiuntur, ne dum aliquid agere nomine publico? (54) Quod si quis eum interrogaret, corporane, an possessiones tributa debeant, possessiones responderet, si verum fateri voluerit. de his enim tributa pendimus. Cur igitur ommissa prædiorum et ædium publicatione neque eorum commentariis factis, vinciebatur et contumeliis affliciebatur civis homines et ærannicos inquilinos, quos ignominiosius quam servos tuos

τερον ἢ τοῖς οἰκέταις τοῖς σαυτοῦ κέρχρησαι; (55) Καὶ μὴν εἰ θέλετε σκέψασθαι τὸ δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἶναι διαφέρει, τοῦτο μέγιστον ἀν εὐρίσκετε, ὅτι τοῖς μὲν δού-  
 5 λοῖς τὸ σῶμα τῶν ἀδικημάτων ἀπάντων ὑπεύθυνόν ἐστι, τοῖς δ' ἐλεύθεροις, κὰν τὰ μέγιστ' ἀτυχεῖσιν, τοῦτο γ' ἐνεστί σωσαι. εἰς χρήματα γὰρ δίκην περὶ τῶν πλείστων παρὰ τούτων προσήκει λαμβάνειν. ὁ δὲ τούναντίον εἰς τὰ σώματα, ὡς περ ἀνδραπόδοις, ἐποιή-  
 10 σατο τὰς τιμωρίας. (56) Οὕτω δ' αἰσχυρῶς καὶ πλεονεχτικῶς ἔσχε πρὸς ὑμᾶς, ὥστε τὸν μὲν ἑαυτοῦ πατέρ' ὤφειτο δεῖν, δημοσίᾳ δεθέντ' ἐπὶ χρήμασιν ἐν τῷ δεσμοκτήριον, μήτ' ἀποδόντα ταῦτα αἵτε κριθέντ' ἀποδρᾶναι, τῶν δ' ἄλλων πολιτῶν τὸν μὴ δυνάμενον τὰ  
 15 ἑαυτοῦ θείναι, οἴκοθεν εἰς τὸ δεσμοκτήριον ἔλθεσθαι. Ἐἴτ' ἐπὶ τούτοις, ὡς ὁρίων ἐξὸν ἑαυτῷ ποιεῖν, Σινώπην προσηγεύραζε καὶ Φανοστράτην, ἀνθρώπους πόρνας, οὐ μέντοι γ' ὀφειλούσας εἰσφοράς. (57) Καίτοι, εἰ τισὶν  
 20 ἄρα δοκοῦσιν ἐπιτηδεῖαι κείναι παθεῖν· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα γ' οὐκ ἐπιτηδεῖον γίνεσθαι, τηλικούτο τινας φρονεῖν διὰ καιρὸν ὅσπερ βαδίζων ἐπ' οἰκίας καὶ σκευὴ φέρειν μηδὲν ὀφειλόντων ἀνθρώπων. πολλὰ γὰρ ἂν τις ἴδοι πολλοὺς ἐπιτηδεῖους ὄντας πάσχειν καὶ πεπονθέναι.  
 25 ἀλλ' οὐ ταῦτα λέγουσιν οἱ νόμοι, οὐδὲ τὰ τῆς πολιτείας ἔθη, ἀ φυλακτέον ὑμῖν. ἀλλ' ἐνεστὶν ἔλεος, συγγνώμη, πάνθ' ὅσα προσήκει τοῖς ἐλεύθεροις. (58) Ὡν οὗτος ἀπάντων εἰκότως οὐ μετέχει τῇ φύσει, οὐδὲ τῇ παιδείᾳ.  
 611 πολλὰ γὰρ ἕβρισταὶ καὶ προπεηλαΐσταισι συνῶν οὐκ ἀγαπῶσιν ἑαυτὸν ἀνθρώποις ἀλλὰ δοῦναι μισθὸν δυναμένους. ὧν προσήκει σοὶ τὴν ὄργην οὐκ εἰς τῶν πολιτῶν τὸν τυχόντ' ἀφιέναι, οὐδ' εἰς τὰς ὁμοτέχνους πόρνας,  
 5 ἀλλ' εἰς τὸν τοῦτον τὸν τρόπον σε θρέψαντα πατέρα.  
 59. Ταῦτα τοίνυν ὡς μὲν οὐ δεινὰ καὶ παρὰ πάντας τοὺς νόμους, οὐχ ἔξει λέγειν οὗτος, οὕτω δ' ἐστὶν ἀναιδῆς ὡςτ' ἐν τῷ δήμῳ, προάγωνας αἰεὶ κατασκευάζων  
 10 ἑαυτῷ τῆσδε τῆς γραφῆς, ἐτόλμα λέγειν ὡς ὑπὲρ ὑμῶν καὶ δι' ὑμᾶς ἐχθροὺς ἐφ' ἑαυτὸν εἴλκυσε καὶ νῦν ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἐστὶ κινδύνοις. Ἐγὼ δ' ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, βούλομαι δεῖξαι τοῦτον οὔτε πεπονθότ' οὐδ' ὀτιοῦν κακὸν οὔτε μέλλοντα πάσχειν οὐδὲν δι' ὧν ὑπὲρ ὑμῶν ἔπραξε, διὰ μέντοι τὴν αὐτοῦ βδελυρίαν καὶ ἕοικε ἐ-  
 15 χθρίαν πεπονθότα μὲν μέχρι τῆσδε τῆς ἡμέρας οὐδέν, πεισόμενον δέ, ἂν τὰ δίκαια ποιῆθ' ὑμεῖς· (60) σκέψασθε γὰρ ὡδί: Τί ποθ' ὑμῖν οὗτος ὑπέσχετο καὶ τί ποιεῖν  
 20 αὐτὸν ἐχειροτονήσαθ' ὑμεῖς; χρήματ' εἰσπράττειν. ἄλλο δὲ πρὸς ταῦτα τί ποιεῖν; οὐδὲ ἐν φέρει δὴ καθ' ἕκαστον ὑπομνήσω τὴν εἰσπραξίν ὑμᾶς. οὗτος εἰσέπραξε Λεπτίνην τὸν ἐκ Κολῆς τέτταρας καὶ τριάκοντα δραχμάς, καὶ Θεόξενον τὸν Ἀλωπεκῆθεν δραχμάς ἑβδομήκοντα καὶ  
 25 μικρὸν τι πρὸς, καὶ τὸν Εὐφῆρον Καλλικράτην καὶ τὸν Τελέστου νεανίσκον (οὐκ ἔχω γὰρ τούνομ' εἰπεῖν), σχεδὸν δὲ πάντας, οὐς εἰσέπραξεν (ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγω), οὐκ οἶδ' εἰ τιν' ὑπὲρ μᾶλλον ὀφείλοντα. (61) Πότερ' οὖν οἴεσθε τούτων ἕκαστον μισεῖν καὶ πολεμεῖν αὐτῷ  
 612 διὰ τὴν εἰσφορὰν ταύτην, ἢ τὸν μὲν αὐτῶν ὅτι πάντων

tractasti? (55) Quod si considerare vultis, inter servitutum et libertatem quid intersit, hoc potissimum reperietis, quod servis omnia scelera corpore sunt luenda, ingenuis autem, tametsi maximam calamitatem patiantur, corpus tamen tueri licet. his enim pleraque delicta pecunia luenda sunt. at iste contra corporibus tanquam mancipiorum infligit pœnas. (56) Ita vero flagitiosum et violentum erga vos se præbuit, ut patrem suum, publice vincitum propter æs alienum in carcere, eo ære nec soluto nec a iudicibus deleto putarit effugere oportere, ceterorum autem civium si quis quod debebat, numerare non posset, domo in carcerem trahendum esse. Deinde in his tanquam quidvis ei agendi potestas esset, Sinopam pro pignore abduxit et Phanostratam, mulierculas vulgato corpore, non tamen tributum debentes. (57) Quod si quibus forte illæ maxime dignæ videantur, cum quibus sic actum sit; ipsa res tamen indigna fuit quæ fieret, ut eo insolentiae propter tempus veniret quisquam ut ædes invaderet et supellectilem diriperet hominum, qui nihil deberent. multos enim videas, qui quidvis mereantur pati et esse passos. verum non ita jubent leges neque instituta civitatis, quæ vobis custodienda sunt. locus datur misericordiae, veniæ, omni officio apud ingenuos. (58) Quorum iste merito expers est omnium et natura et disciplina. multis enim contumeliis et petulantibus affectus fuit, dum cum hominibus viveret, a quibus non amabatur, sed qui inmercedem numerare poterant. quarum rerum ira tibi non in proximum quemque civium effundenda erat, nec in ejusdem quæstus æmulas meretrices, sed in patrem qui te ad istum modum educavit.

59. Hæc gravia non esse et omnibus contraria legibus iste dicere non poterit, sed adeo est impudens, ut, hujus accusationis præludia perpetuo sibi præparans, apud populum dicere fuerit ausus se pro vobis et propter vos suscepisse inimicitias et nunc in extremis esse periculis. Ego vero vobis ostendam, Athenienses, istum nihil quicquam mali esse passum aut passurum propter ea, quæ pro vobis egit, sed propter importunitatem suam et decorum inimicitiam, quanquam hactenus passus est nihil, passurum esse, si fungi vos officio volueritis. (60) sic enim considerate: Quid tandem iste vobis recepit et quod vos ei mandastis munus? ut pecuniam exigeret. quid autem aliud præter hoc? ne unum quidem quidquam. Agite vero singulatim vobis exactionem in memoriam revocabo. Exegit iste a Leptine Cœleo quattuor et triginta drachmas, a Theoxeno Alopecensi septuaginta drachmas et paululum præterea, a Callicrate Eupheri filio et a Telestæ adolescentulo (nomen enim non occurrit) et omnium fere, a quibus exegit (ne singula prosequar), haud scio an ultra minam ab ullo exegerit debitam. (61) Utrum igitur putatis horum quemque ægre tulisse et hostem ei factum propter tributum illud, an alium eorum, quod vobis omni-



ἀκαούντων ὑμῶν ἐν τῷ δῆμῳ δοῦλον εἶπεν καὶ ἐκ δούλων εἶναι καὶ προσήκειν αὐτῷ τὸ ἔκτον μέρος εἰσφέρειν μετὰ τῶν μετοίκων, τῷ δ' ὅτι παῖδας ἐκ πόρνης εἶναι, τοῦ 5 δὲ τὸν πατέρα ἡταιρημέναι, τοῦ δὲ τὴν μητέρα πεπορνεῦσθαι, τὸν δ' ἀπογράφειν ὅσ' ὑφείλετ' ἐξ ἀρχῆς, τὸν δὲ τὸ δεῖνα, τὸν δ' ἁμοῦ βῆτα καὶ ἀβήτητα κακά, ἐξῆς ἅπαντας; (62) Ἐγὼ μὲν γὰρ οἶδ' ὅτι πάντες, εἰς οὓς 10 ἐπαρῶνησεν οὗτος, τὴν μὲν εἰσφορὰν ἕκαστος ἀναγκαῖον ἀνάλωμι ὑπελάμβανεν εἶναι, ταῦτα δ' ἀτιμασθεὶς καὶ προπηλακισθεὶς χαλεπῶς ἐνήνοχεν. κακῆν οἶδα, ὅτι χρήματα εἰσπράττειν τοῦτον ἐχειροτονήσαθ' ὑμεῖς, οὐχὶ τὰς ἰδίας συμφορὰς ἐνειδίξεν καὶ προφέρειν ἕκαστω. 15 εἴτε γὰρ ἦσαν ἀληθεῖς οὐ σοὶ βῆται (πολλὰ γὰρ ἡμῶν καταστροφὰς οὐχ ὡς βούλεται πράττει). εἴτε μὴ προσήκουσας κατασκευάσας πῶς οὐχ ὄτιον ἂν πάθος δικαίως; (63) Ἐτι τοίνυν ἐκ τούθ' ἀκριθέστερον γινώσθεσθε, ὅτι μισεῖ τοῦτον ἕκαστος οὐ διὰ τὴν εἰσπραξίν, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν 20 ὑβρίσθη καὶ ἐπαρῶνηθη: Σάτυρος γὰρ ὁ τῶν νεωρίων ἐπιμηλητῆς οὐχ ἑπτὰ τάλαντ' εἰσέπραξεν ὑμῖν, ἀλλὰ τέτταρα καὶ τριάκοντα τοὺς αὐτοὺς τοὺτους ἀνθρώπους, ἐξ ὧν παρέθηκε τὰ σκευὴ ταῖς ἐκπλευσάσαις ναυσίν, 25 καὶ οὐτ' ἐκεῖνος διὰ ταῦτ' οὐδὲν ἐχθρὸν ἑαυτῷ φησὶν εἶναι, οὐτε τῶν εἰσπραχθέντων οὐδέ τις ἐκείνῳ πολεμεῖ. εἰκότως, ὁ μὲν γὰρ τὸ προσεταγαμμένον οἶμαι διεπράττετο, σὺ δὲ τῇ σαυτοῦ προπετείᾳ καὶ θρασυτήτι λαβῶν ἐξουσίαν, πολλ' ἀνηλωκότας εἰς τὴν πόλιν ἀνθρώπους 613 καὶ σοῦ βελτίους καὶ ἐκ βελτιόνων ψευδέσι καὶ γαλεποῖς ἐνειδέειν ὧσιν δεῖν περιβάλλειν. (64) Εἴτα ταῦθ' οὗτοι πεισθῶσιν ὑπὲρ αὐτῶν σε ποιεῖν, καὶ τὰ τῆς σῆς ἀναίσθη- 5 σίας καὶ πονηρίας ἔργ' ἐφ' ἑαυτοῦ ἀναδέξωνται; ἀλλὰ μισεῖν δικαιοτέρον διὰ ταῦτα σ' ὀφείλουσιν ἢ σώζειν. τὸν γὰρ ὑπὲρ πόλεως πράττοντά τι δεῖ τὸ τῆς πόλεως ἦθος μιμεῖσθαι, καὶ σώζειν ὑμῖν τοὺς τοιοῦτους, ὧς ἄνδρες 10 Ἀθηναῖοι, προσήκει καὶ μισεῖν τοὺς οἴους περ οὗτος. Ὡς ἐκεῖνός γ' εἰδόσι μὲν ἴσως, ὁμοῦ δ' ἐρῶ: ὁπόλους τινὰς ἂν φαίνοσθ' ἀγαπῶντες καὶ σώζοντες, τούτοις ὁμοιοὶ δόξεται εἶναι.

65. Ὅτι τοίνυν ὄλιγος οὐδὲ τὴν εἰσπραξίν αὐτῆν ὑπὲρ ὑμῶν πεποιήται, καὶ τοῦτ' αὐτίκα δὴ μάλ' ὑμῖν δῆλον 15 ποιήσω. εἰ γὰρ τις ἔροισ' αὐτόν, πότερον αὐτῷ δοκοῦσιν ἀδικεῖν μᾶλλον τὴν πόλιν οἱ γεωργῶντες καὶ φειδόμενοι, διὰ παιδοτροφίας δὲ καὶ οἰκεῖ ἀναλώματα καὶ λειτουργίας ἑτέρας ἄλλοιόποτες εἰσφορὰν, ἢ οἱ τὰ τῶν ἐθελήσαντων εἰσενεγκεῖν χρήματα καὶ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων 20 κλέπτοντες καὶ ἀπολλύντες οὐκ ἂν εἰς τοῦτο δήπου τολμῆς καίπερ ὧν ἀναίδης ἔλθοι, ὥστε φῆσαι τοὺς τὰ ἑαυτῶν μὴ εἰσφέροντας μᾶλλον ἀδικεῖν ἢ τοὺς τὰ κοινὰ ὑφαιρουμένους. (66) Τίνος οὖν ἕνεκα, ὧς βδελυρῆ, ἐτῶν 25 ὄντων πλείονων ἢ τριάκοντα, ἀφ' οὗ σὺ πολιτεύῃ, καὶ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ πολλῶν μὲν στρατηγῶν ἡδικηκότων τὴν πόλιν πολλῶν δὲ βητόρων, οἱ παρὰ τουτοῖσι κέκρινται, ὧν οἱ μὲν τεθνήσκουσιν ἐφ' οἷς ἡδίκουν, οἱ δ' ὑποχωρήσαντες φεύγουσιν, οὐδενὸς πώποτε ἐξητάσθης κατή- 614 γορος, οὐδ' ἀγανακτῶν ὠφθης ὑπὲρ ὧν ἡ πόλις πά-

bus audientibus in concione servum eum esse dixerit et servis prognatum et debere e sexta parte bonorum contribuere cum inquilinis, alium, quod e scorto suscepisse liberos dixit, alium, patrem ejus prostituisse pudicitiam, alium, matrem ejus corpore quæstum fecisse, alium, commentariis exhibendis se indicere, quæ ab initio ex peculatu corraserit, alium aliud nescio quid, alium, fanda infandaque probra, deinceps universos tales esse? (62) Nam ego sane scio omnia, in quos iste est debacchatus, tributum necessarium esse sumptum existimasse, sed ad eum modum contumeliam et petulantiam sibi factam ægre tulisse. Et illud scio, isti mandatum fuisse a vobis, ut pecuniam exigeret, non ut sua cuique mala obijceret et opprobret. quæ sive vera erant, tacenda tibi erant (multa enim omnibus nobis aliter eveniunt quam volumus). sin falsa comminiscere, nonne quovis supplicio dignus es? (63) Jam ex hoc accuratius intelligetis, invisum istum esse omnibus non propter exactionem, sed propter factam singulis contumeliam et debacchationem: Satyrus enim navalium curator non septem talenta vobis exegit, sed quattuor et triginta ab iisdem illis hominibus, e qua pecunia armamenta suppeditavit navibus quæ ablegatæ sunt, et ea de causa neque ille sibi quenquam dicit esse inimicum, neque eorum, a quibus exegit ille, quisquam ei bellum indixit. nimirum is, quod mandatum fuerat, egit, tu vero tuæ petulantia et audaciae licentia parta, homines sumptibus reipublicæ collatis exhaustos et te meliores et melioribus natalibus ortos falsis et atrocibus probris incessere voluisti. (64) Credantne tandem iudices te sui studio fecisse ista, et tuæ stupiditatis et improbitatis facinora in semetipsos suscipiant? sed æquius te odisse debent propterea, quam conservare. qui enim aliquid agit pro republica, reipublicæ mores imitari debet. quod qui faciunt, tales tueri, Athenienses, istius autem similes qui sunt, odisse vos decet. Illud enim vobis quanquam profecto scientibus, tamen dicam: Qualescunque amari a vobis et defendi constabit, iis similes esse videbimini.

65. At eum neque exegisse pecuniam pro vobis, id quod statim ostendam. si quis enim eum interrogaret, utrum nocentiores civitati esse ei videantur agricolæ et parci, qui propter alendos liberos et domesticos sumptus et alia munerata obita tributum non præstiterunt, an qui pecuniam quum a civibus ultro collatam tum a sociis furantur et perdunt; nimirum non eo, quantumvis frontem perfricuerit, impudentiæ veniret, ut diceret eos, qui sua non conferant, esse nocentiores quam eos qui ærarium depeculentur. (66) Qua igitur de causa, scelestè, quum plures sini annis triginta, ex quo tu versaris in republica, et quum hoc interjecto tempore multi et duces civitatem læserint et oratores, qui apud hos causam dixerunt, et alii sua scelera morte luerint, alii arrepta fuga in exilium abierint, neminiis unquam accusator inventus es nec præ te indignationem tulisti propter factas reipublicæ injurias in tanta confidentia tua

σχει, οὕτως ὦν θρασὺς καὶ λέγειν δεινός, ἀλλ' ἐναυθ' ἐφάνης κηδεμῶν ὦν, οὗ σε πολλοὺς ἔδει κακῶς ποιῆσαι; (67) Βούλεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ τούτων αἴτιον ἐγὼ ὑμῖν εἶπω; ὅτι τῶν μὲν ὑφαιρείται, δι' ἀπληστίαν δὲ τρόπων διχόθεν καρποῦται τὴν πόλιν (οὔτε γὰρ βῆρον πολλοῖς καὶ τὰ μικρὰ ἀδικοῦσιν ἀπεχθάνεσθαι, ἢ ὀλίγοις καὶ μεγάλα, οὔτε δημοτικώτερον δήπου τὰ τῶν πολλῶν ἀδικήμαθ' ὄρῃν ἢ τὰ τῶν ὀλίγων), ἀλλὰ τοῦτ' αἴτιον, οὐγὰρ λέγω: τῶν μὲν οἶδεν ἑαυτὸν ὄντα, τῶν ἀδικούντων, ὑμᾶς δ' οὐδενὸς ἀξίους ἤγησατο. διὸ τοῦτον ἐγρήσατο τὸν τρόπον ὑμῖν. (68) Εἰ γὰρ ἂν δραπόδων πόλις ἀλλὰ μὴ τῶν ἄρχων ἐτέρων ἀξιούντων ὠμολογεῖτ' εἶναι. οὐκ ἂν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰς ὕβρεις ἠνέσχεσθε τὰς τούτου, ἅς κατὰ τὴν ἀγορὰν ὕβριζεν, δημοῦ μετοίκους, Ἀθηναίους δέων, ἀπάγων, βῶων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐπὶ τοῦ βήματος, δούλους καὶ ἐκ δούλων καλῶν ἑαυτοῦ βελτίους καὶ ἐκ βελτιόνων, ἐρωτῶν εἰ μάτην τὸ δεσμοκτήριον ὠκοδομήθη. καταραίνην ἂν ἔγωγε, εἴγ' ὁ πατήρ ὁ σὸς ὦχετ' αὐτόθεν αὐταῖς πέδας ἐξορχησάμενος Διονυσίων τῇ πομπῇ. ἀλλὰ δ' ὅσ' ὕβριζεν, οὐδ' ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, τσαῦτα τὸ πλῆθος ἔστιν. ὦν ἀθρόων ἀξίον λαθόντας δίκην τήμερον παραδείγμα ποιῆσαι τοῖς ἄλλοις, ἵν' ὦσι μετρωτέροι.

69. « Ἀλλὰ νῆ Δία ταῦτα τοιοῦτός ἐστιν, ἐν οἷς πεπολίτευται, ἀλλὰ δ' ἔσθ' ἀκαλῶς διώκηκεν. » Ἀλλὰ τᾶλλ' 115 οὐτω προσεληλυθε πάντα πρὸς ὑμᾶς, ὅςθ' ἤκιστ' ἐν οἷς ἀκηκόατ' ἀξίος ἐστὶ μισεῖσθαι. τί γὰρ βούλεσθ' εἶπω; τὰ πομπᾶί' ὡς ἐπεσκεύασε, καὶ τὴν τῶν στεφάνων καθαίρεσιν; ἢ τὴν τῶν φιαλῶν ποίησιν τὴν καλὴν; ἀλλ' ἐπὶ τούτοις γε, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλ' ἀδικῶν ἔτοχε τὴν πόλιν, τρίς, οὐχ ἅπαξ τεθνᾶναι δίκαιος ὦν φανεῖται. καὶ γὰρ ἱεροσυλία καὶ ἀσεβεία καὶ κλοπῇ καὶ πλειστοῖς δεινιστάτοις ἐστ' ἔνοχος. (70) Τὰ μὲν οὖν πολλὰ ὦν λέγων ὑμᾶς ἐφενάκιζε παραλείψω, φήσας δ' ἀπορβείν τὰ φύλλα τῶν στεφάνων καὶ σαπρούς εἶναι διὰ τὸν χρόνον, ὡς περ ἴων ἢ ῥόδων ὄντας ἀλλ' οὐ χρυσοῦ, συγχωνεύειν ἔπεισεν. κατ' ἐπὶ μὲν ταῖς εἰσφοραῖς τὸν δημόσιον παρεῖναι προσέγραψεν ὡς δὴ δίκαιος ὦν, ὦν ἕκαστος ἀντιγραφεὺς ἡμελλεν ἔσεσθαι τῶν εἰσνεγκόντων, ἐπὶ τοῖς στεφάνοις δέ, οὓς κατέκοπτεν, οὐχὶ προσήγαγε ταῦτ' οὕτως τοῦτο, ἀλλ' αὐτὸς ῥήτωρ, χρυσοχόος, ταμίης, ἀντιγραφεὺς γέγονεν. (71) Καὶ μὴν εἰ μὲν ἅπαντ' ἠξίους, ὅσα πράττεις τῇ πόλει, σαυτῷ πιστεύειν οὐκ ἂν ὁμοίως κλέπτῃς ὦν ἐφωρῶ. νῦν δ' ἐπὶ ταῖς εἰσφοραῖς ὁ δίκαιός ἐσθ' ὄρισας, μὴ σοὶ πιστεύειν ἀλλὰ τοῖς αὐτῆς δούλοις τὴν πόλιν, ὅπότ' ἄλλο τι πράττων καὶ χρήματα κινῶν ἱερά, ὦν ἐνὶ οὐδ' ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς ἀνετέθη, μὴ προσγραφάμενος τὴν αὐτὴν 25 φυλακὴν ἦν περ ἐπὶ τῶν εἰσφορῶν φαίνῃ. οὐκ εὐδελον δι' ὁ τοῦτ' ἐποίησας; ἐγὼ μὲν οἶμαι. (72) Καὶ μὴν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ καθ' ἅπαντος τοῦ χρόνου σέψασθ' ὡς καλὰ καὶ ζηλωτὰ ἐπιγράμματα τῆς πόλεως ἀνελὼν ὡς ἀσεβῆ καὶ δεινὰ ἀντεπιγράψαμεν. οἶμαι γὰρ 616 ὅμᾶς ἅπαντας ὄρῃν ὑπὸ τῶν στεφάνων ταῖς χονικίαις

et eloquentia, sed ibi demum te curatorem es professus ubi multi tibi laedendi fuerunt? (67) Vultis, Athenienses, ejus rei a me causam vobis explicari? quia de his suffragari et qua insatiabili est cupiditate, bifariam republica fruitur (neque enim facilius est multorum et tam leviter delinquentium suscipere inimicitias, quam paucorum et graviter, neque profecto popularius multitudinis animadvertere peccata, quam paucorum), sed hoc in causa est, quod ego dico: ex illis se unum esse novit facinorosus, vos autem nihil fecit, ideoque ad illum modum vos tractavit. (68) Nam si mancipiorum urbem esse hanc, non autem vestram, qui ceterorum imperio vos dignos habetis, esse confitemini; non toleranda vobis, Athenienses, fuisset istius, qua in foro utebatur, insolentia; quum simul inquilinos, Athenienses vinceret, abduceret, vociferaretur in concionibus, pro suggesto, servos et e servis oriundos appellitaret ipso meliores et ortos melioribus, percontaretur frustrane carcer esset aedificatus? Equidem id haud negaverim, siquidem pater tuus inde cum ipsis compedibus in Bacchanalium pompa exsiliit. Alias autem ejus contumelias nemo percensuerit, tanta est multitudo. Pro quibus hodie universis poenae sumendae sunt, et exemplum in eum edendum, quo fiant ceteri moderatiores.

69. « At per Jovem in his actis publicis est talis, alia autem quaedam bene gessit. » Imo in ceteris omnibus talem se praebuit erga vos, ut in iis, quae audistis, minime sit odio dignus. Quid enim vultis dicam? sacrorum vasorum restitutionem, et coronarum destructionem? aut phialarum confectionem illam praecalam? Sed vel propter haec, et si nulla alia rempublicam injuria affecisset, ter, non semel jure occideretur. nam et sacrilegii et impietatis et peculatus et plurimorum gravissimorum scelerum reus est. (70) Ac pleraque ejus verba, quibus fucum vobis fecit, praeteribo, quum vero dixisset folia defluere de coronis, et eas vestustate computruisse, quasi violaceae essent aut rosaceae, non aureae, vobis auctor fuit, ut conflarentur. Postea in tributis exigendis adesse servum publicum jussit tanquam scilicet vir bonus, quae singuli, qui ea pependerant, contra scripturi erant, in coronis autem, quas concidebat, justitiam illam non adhibuit, sed ipse orator, aurifex, quaestor, contrascriptor exstitit. (71) Atqui si in omnibus, quae publico agis nomine, haberi tibi fidem postulasses; furta tua minus essent deprehensa. Nunc in tributis, ut aequum est, non habendam tibi esse fidem quum sanxeris, sed servis publicis, quum autem aliud quiddam administrans et res sacras mutans, quarum nonnullae ne nostra quidem aetate dedicatae sunt, eandem cautionem adhibendam manifesto non addideris, quam in tributis; nonne palam est, cur ita feceris? equidem opinor. (72) Atque considerate, Athenienses, quam praecaras et admirabiles ad omnem posteritatem inscriptiones reipublicae sustulerit, quam impias et intolerabiles reposuerit. arbitror enim videre omnes vos in coronarum modiolis subitus inscriptum esse « Socii popu-

κατώθεν γεγραμμένα « οἱ σύμμαχοι τὸν δῆμον ἀνδραγαθίας ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης » ἢ « οἱ σύμμαχοι ἀριστεῖον τῆ Ἀθηναία, » ἢ κατὰ πόλεις « οἱ δεῖνες τὸν δῆμον σωθέντες ὑπὸ τοῦ δήμου, » οἷον « Εὐβοεῖς ἐλευθερωθέντες ἐστεφάνωσαν τὸν δῆμον, » πάλιν « Κόνων ἀπὸ τῆς ναυμαχίας τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους. » τοιαῦτα γὰρ ἦν τὰ τῶν στεφάνων ἐπιγράμματα. (73) Ταῦτα μὲν τοίνυν, ἃ ζῆλον πολλὸν εἶχε καὶ φιλοτιμίαν ὑμῖν, ἠφάνισται καθαιρεθέντων τῶν στεφάνων, ἐπὶ ταῖς φιάλαις δ' ἃς ἀντ' ἐκείνων ἐποιήσαθ' ὑμῖν ὁ πόρνος οὗτος « Ἀνδρότιωνος ἐπιμελουμένου [ἐποιήθησαν] » ἐπιγράφεται, καὶ οὐ τὸ σῶμ' ἡταιρηκός τοις οὐκ ἔωσαν οἱ νόμοι εἰς τὰ ἱερὰ εἰσιέναι, τούτου τοῦ νομ' ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπὶ τῶν φιαλῶν γεγραμμένον ἐστὶν ὁμοίον γε (οὐ γὰρ;) τοῦτο τοῖς προτέροις ἐπιγράμμασιν, ἢ φιλοτιμίαν ἴσῃν ἔχον ὑμῖν. (74) Τρία τοίνυν ἐκ τούτου τὰ δεινότερα ἂν τις ἴδοι πεπραγμέν' αὐτοῖς: τὴν μὲν γὰρ θεὸν τοὺς στεφάνους σεσολήκασι, τῆς πόλεως δὲ τὸν ζῆλον ἠφανίσασι τὸν ἐξ τῶν ἔργων, ὧν ὑπόμνημα ἦσαν ὄντες οἱ στέφανοι, τοὺς δ' ἀναθέντας δοῦσαν οὐ μικρὰν ἀφήρηται, τὸ δοκεῖν ὧν ἂν εὖ πάθωσιν ἐθέλειν μεμνησθαι. Καὶ τοιαῦτα καὶ τσοῦτα τὸ πλῆθος κακὰ ἐργασμένοι, εἰς τοῦθ' ἄμ' ἀναίσθησίας καὶ τολμῆς προελήλυθασιν, ὥστε μέμνηται τούτων ὡς καλῶς αὐτοῖς διωκημένων. Ὡςθ' ὁ μὲν οἴεται δι' ἐκείνων ἕφ' ὑμῶν σωθήσεσθαι, ὁ δὲ παρακῆται καὶ οὐ καταδύεται τοῖς πεπραγμένοις. (75) Οὕτω δ' οὐ μόνον εἰς χρέματα ἀναιδῆς ἀλλὰ καὶ σκαιός ἐστιν, ὥστ' οὐκ οἶδεν ἐκείνο, 617 ὅτι στέφανοι μὲν εἰσιν ἀρετῆς σημεῖον, φιάλαι δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα πλούτου, καὶ στέφανος μὲν ἅπας, κἂν μικρός ᾖ, τὴν ἴσῃν φιλοτιμίαν ἔχει τῶν μεγάλων, ἐκπώματα δ' ἢ θυμιατήρια ἐὰν μὲν ὑπερβάλλῃ τῶν πλῆθει, πλούτου τινὰ δοῦσαν προσετρίψατο τοῖς κεκτημένοις, ἐὰν δ' ἐπὶ μικροῖς τις σεμνύνηται, τσοσούτ' ἀπέχει τοῦ τιμῆς τινὸς διὰ ταῦτα τυχεῖν, ὥστ' ἀπειρόκαλος πρὸς ἐδοξεν εἶναι. Οὗτος τοίνυν ἀνελὼν τὰ τῆς δόξης κτήματα τὰ τοῦ πλούτου πεποιήται μικρὰ καὶ οὐκ ὑμῶν ἄξια. (76) Καὶ οὐδ' ἐκεῖν' εἶδεν, ὅτι πρὸς μὲν χρημάτων κτήσιν οὐδὲ πώποθ' ὁ δῆμος ἐσπούδασε, πρὸς δὲ δόξης ὡς οὐδὲ πρὸς ἐν τῶν ἄλλων. τεκμήριον δέ: χρέματα μὲν γὰρ πλείεστα τῶν Ἑλλήνων ποτὲ σχῶν, ἄπανθ' ὑπὲρ φιλοτιμίας ἀνήλωσαν, εἰσφέρων δ' ἐκ τῶν ἰδίων οὐδένα κίνδυνον ὑπὲρ δόξης ἐξέστη. ἀφ' ὧν κτήματ' ἀθάνατ' αὐτῶν περιέσσι, τὰ μὲν τῶν ἔργων ἢ μνήμη, τὰ δὲ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐπ' ἐκείνοις σταθέντων τὸ κάλλος, προπύλαια ταῦτα, ὁ παρθενῶν, στοαί, νεώσοικοι, οὐκ ἀμφορίσκοι δύο οὐδὲ χρυσοῖδες τέτταρες ἢ τρεῖς, ἀγούσ' ἐκάστη μῶν, ἄς, ὅταν σοι δοκῆ, σὺ πάλιν γράψεις καταγωνεύειν. (77) Οὐ γὰρ αὐτοὺς δεκατεύοντες, οὐδ' ἃ καταρῶσαιντ' ἂν οἱ ἐχθροί, ποιούντες, διπλάς πράττοντες τὰς εἰσφοράς, ταῦτ' ἀνέθεσαν, οὐδ' οἷσι περ σὺ χρωμένοι συμβούλοις ἐπολιτεύοντο, ἀλλὰ τοὺς ἐχθροὺς κρατῶντες, καὶ ἃ πᾶς τις ἂν εὖ φρονῶν εὐξαιτο, τὴν πόλιν εἰς ὁμόνοιαν ἀγοντες, ἀθάνατον κλέος αὐτῶν λελοῖπασαι, τοὺς ἐπιτηδεύοντας οἷα σοὶ βεβίωται τῆς ἀγορᾶς

lum fortitudinis ergo et justitiæ » aut « Socii præmulum Minervæ » aut oppidatim « Illi populum conservati a populo, » ut « Eubœenses liberati corona donarunt populum, » rursus « Conon ex navali victoria parta de Lacedæmoniiis. » tales enim fuerunt coronarum inscriptiones. (73) Quæ igitur et admirationis multum et honoris vobis ferebant, abolitæ sunt coronis destructis, phialis autem, quas earum loco vobis iste fecit impudicus, « Androtione curante » inscriptum est, et cujus pollutum libidinibus corpus leges ingredi in fana non sinunt, ejus nomen in fanorum phialis inscriptum est. conferendum scilicet (nonne sane?) hoc veteribus inscriptionibus, et idem vobis honoris ferens! (74) Hinc tria eos atrocissima commisisse perspicitur: nam et Minervam coronis spoliarunt, et reipublicæ rerum gestarum admirationem sustulerunt, quarum coronæ illæ dum supererant monumentum fuerunt, et iis, a quibus consecratæ fuerant, gloriam non parvam ademerunt opinionis ejus, qua grati animi memoriam testari voluerant. Etsi autem talia et tot facinora perpetrarunt, eo simul stuporis et audaciæ sunt progressi, ut hæc tanquam re bene gesta, celebrent. itaque iste se putat propter hunc (Timocratem) conservatum iri, hic assidet, nec se abdit propter facinora. (75) Usque adeo autem non modo pecuniæ avidus, sed et stultus est, ut ignoret illud, coronas virtutis signum esse, phialas autem et ejus generis alia divitiarum, et quamlibet coronam, etsi parva fuerit, æque esse honorificam ut magnam, pocula autem vel thuribula, si magna sit eorum multitudo, opulentia quamdam excitare opinionem possessoribus, sin paucis gloriari, tantum abesse ut honori sint, ut præterea ineptus esse videaris. At iste gloriæ possessionibus abolitis, opulentia substituit parvas et non dignas vobis. (76) Ac ne illud quidem animadvertit, pecuniæ cumulanda nunquam studuisse populum, gloriæ autem quam ulli rei magis. argumento est, quod, quum aliquando plurimum pecuniæ haberet inter Græcos, eam omnem honoris studio impendit, et pecunia de suo collata, nullum de gloria periculum recusavit. unde possessiones immortales est consecutus, tum rerum gestarum memoriam, tum donariorum propter illas consecratorum elegantiam, Propylæa hæc, Parthenonem, porticus, navalia, non urceolos duos neque aurea vascula quattuor aut tria, libræ singula pondere, quæ, quum visum tibi fuerit, iterum conlanda esse rogabis. (77) Neque enim decima a civibus exigenda, neque iis quæ hostes imprecarentur, faciendis, duplis tributis exigendis, ea dedicarunt, neque talibus utentes consiliariis, qualis tu es, reipublicam gesserunt, sed hostibus vincendis, et quod omnibus cordatis optabile est, concordia inter cives concilianda, iis, qui tuis studiis delectabantur, foro prohibitis, immortalæ sui no-

618 αἰργοντες. (78) Ὑμεῖς δ' εἰς τοῦτο, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, προήχθητ' εὐθείας καὶ βραθυμίας, ὥστ' οὐδὲ τοιαῦτ' ἔχοντες παραδείγματα, ταῦτα μιμείσθε, ἀλλ' Ἀνδρο-  
 6 τῶν ὑμῖν πομπείων ἐπισκευαστῆς, Ἀνδροτίων, ὧ γῆ καὶ θεοί. καὶ τοῦτ' ἀσέβημ' ἔλαττον τίνος ἠγεῖσθε; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι δεῖν τὸν εἰς ἱερὰ εἰσιόντα καὶ χερνίβων καὶ κανῶν ἀψόμενον καὶ τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ἐπιμελείας προστάτην ἐσόμενον οὐχὶ προειρημένον ἡμερῶν ἀριθμὸν  
 10 ἀγνεύειν, ἀλλὰ τὸν βίον ἠγνευκέναι τοιούτων ἐπιτηδευμάτων ὅσα τούτῳ βεβίωται.

minis gloriam reliquerunt. (78) Vos autem, Athenienses, eo adducti estis facilitatis et negligentiae, ut talia exempla quum habeatis nec tamen haec imitemini, sed Androtion sit vobis sacrorum vasorum restitutor, Androtion, o dii immortales! et hoc impium facinus quo ducitis levius? Nam ego quidem existimo, eum, qui in sana ingressurus et lavacra et sportas attacturus sit et deorum curationi praefuturus, non praedictum dierum numerum castum esse oportere, sed per vitam a talibus studiis, in quibus iste aetatem consumpsit, fuisse purum.

# ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

## Ο ΚΑΤΑ ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣ.

### ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Χαριδήμον τὸν Ὀρείτην, ἡγούμενον ξενικοῦ καὶ στρατηγούνα παρὰ Κερσοβλέπτῃ τῷ Θράκης βασιλεῖ, πόλιν τιν ἑσὼν αὐτῶν  
 5 Ἀθηναῖοι ἐποιήσαντο, τὰ μὲν γεγονότα χρήσιμον αὐτοῖς, τὰ δὲ προσδοκῶντες ἐπιμαλλόν γενήσεσθαι. Περὶ τούτου ψήφισμα ἔγραψεν Ἀριστοκράτης ἐν τῇ βουλῇ τοιούτων: « Ἐάν τις ἀποκτείνῃ Χαριδήμον, ἀγώγιμος ἔστω ἐξ ἀπάσης τῆς Ἀθηναίων συμμά-  
 10 χίδος, ἐάν δὲ τις τὸν ἀγώγιμον ἀφελῆται ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης, ἐκσπονδος ἔστω. » Τούτου κατηγορεῖ τοῦ ψήφισματος Εὐθυκλῆς, τῷ Δημοσθένους λόγῳ χρώμενος, καὶ φησὶ πρῶτον μὲν παράνομον  
 619 εἶναι τὸ ψήφισμα, ὅτι κρίσιν ἀναίρει καὶ δικαστήρια, καὶ τὴν τιμωρίαν ἀπὸ τῆς αἰτίας γεγραμμένην ἔχει, δεύτερον δὲ μὴ συμφέρειν τοῖς Ἀθηναίοις τοιαύτην Χαριδήμῳ δοῦναι δωρεάν. « ἀπολούμεν γὰρ, φησὶ, διὰ ταύτης Χερβόνησον. » τὸ δὲ ἔπος  
 5 ὁ λόγος δεῖξει. Ἐξετάζει δὲ καὶ τὴν τοῦ προσώπου ποιότητα, λέγων οὐκ εἶναι δωρεῶν ἄξιον τὸν Χαριδήμον, καὶ ταῦτα τοιούτων.

### ΕΤΕΡΑ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

10 1. Ἡ Εὐβοία μία νῆσος καταντικρὶ τῆς Ἀττικῆς, διήκουσα διὰ τῆς Βοιωτίας καὶ τῆς Φωκίδος μέχρι τῶν Ἀρετῶν. Ἀρεταὶ δὲ τῆς Θετταλίας τόπος. Ἴσμεν δὲ, ὅτι χωρία πολλὰ εἶχεν Ἡ Εὐβοία. ἔστι δὲ ἐν τῇ Εὐβοίᾳ χωρίον Ὀρεῶς. τοῦ Ὀρεοῦ δὲ ὁ πόλιτις Ὀρείτης. Ὀρείτης οὖν τις Χαριδήμος ξεναγὸς ἦν τῶν  
 15 Ἀθηναίων. ξεναγὸς δὲ ἔστιν, ὅτε τις στρατεύματα ξένων ὑπὲρ τίνος ἄλλου τρέπει. διὰ τοῦτο οὖν καὶ οὗτος ἐλέγετο ξεναγὸς, ἐπειδὴ στρατεύματα ξένων ἔτραφεν ὑπὲρ συμμαχίας τῶν Ἀθηναίων. ἦν οὖν τῶν μὲν Ἀθηναίων ξεναγὸς, γαμβρὸς δὲ Κότυος  
 20 τοῦ τῶν Θρακῶν βασιλέως καὶ στρατηγός. (2) Ὁ δὲ Κότυς παράλαβέ ποτε τὴν Χερβόνησον τῶν Ἀθηναίων οὖσαν. καὶ τελευταίας κατελίπε υἱὸν Κερσοβλέπτῃν, ὃς μετὰ τινων δύο, Βηρισάδου καὶ Ἀμαδόκου, τὴν βασιλείαν ἐμερίσατο. εἶχε δὲ στρατηγὸν ὁ μὲν Κερσοβλέπτης ὡς συγγενὴ τὸν Χαριδήμον, ὁ δὲ Βηρισά-  
 25 ὃς τινὰ Ἀθηνώδωρον, Ἀθηναῖον φύσει, Ἀλωπεκῆθεν. ὁ δὲ Ἀμαδόκος δύο στρατηγούς εἶχε, Σίμωνα καὶ Βιάνορα. ἰδίᾳ τοῖν ἑκαστος τῶν βασιλέων ἤθελε χάριν τοῖς Ἀθηναίοις ποιήσασθαι διὰ τὸ ἔχειν αὐτοὺς εἰς συμμαχίαν εὐμενεῖς, καὶ συμβουλεύσαντος τοῦ Χαριδήμου δοῦναι κοινῇ τοῖς Ἀθηναίοις τὴν  
 620 Χερβόνησον, ἐπέισθησαν οἱ βασιλεῖς καὶ δέδωκαν. τοῦτο γόντες οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Χαριδήμον ἐστεφάνωσαν ὡς εὐεργέτην αὐτῶν χρυσῶν στεφάνῳ, καὶ θετὸν πόλιν αὐτὸν ἐποιήσαντο.  
 5 Γνοῖς δὲ ὁ Χαριδήμος ὅτι φιλοῦσιν αὐτόν, ἐδήλωσεν αὐτοῖς διὰ τίνος Ἀριστομάχου \*, ὡς, ἂν ποιήσωσιν ἀσφάλειαν αὐτῷ περὶ τῆς τοῦ σώματος φυλακῆς καὶ ὅτι οὐκ ἐπιβουλεύεται, δίδωσιν αὐτοῖς τὴν Ἄμφιπολιν, ἀφαιρούμενος αὐτὴν ἀπὸ Φιλίππου. (3) Ἀριστοκράτης οὖν τις Ἀθηναῖος εὐεργέτης \* ὑπελιθιμμένος ἔγραψε τοῦτο ψήφισμα: ὁ φονεύων Χαριδήμον ἀγώγιμος ἔστω (τοῦτ' ἔστιν ἀπείρος ἐπὶ τὸ κολασθῆναι), ἐάν δὲ τις, φησὶν, ἀφελῆται τὸν ἀγώγιμον ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης, καὶ ὡς εἰπέιν

# DEMOSTHENIS

## ORATIO

### CONTRA ARISTOCRATEM.

### LIBANII ARGUMENTUM.

Charidemum Oritam, peregrini militis ducem et Cersobleptis Thraciae regis imperatorem, civitate donarant Athenienses, partim quod utilem reipublicae operam navasset, partim quod plura ab eo beneficia exspectarent. De hoc decretum rogavit in senatu Aristocrates huiusmodi: « Si quis Charidemum occiderit, abducendi eum Jus fasque esto in omni ditione conjuncta cum Atheniensibus, sin quis abductum asseruerit, sive civitas sive privatus, fœderum expertus esto. » Hoc decretum accusat Euthycles, Demosthenis usus oratione, et ait, primum decretum esse contra leges, quia cognitionem et judicia tollat, et vindictam statim a crimine continet scriptam, deinde non esse e re Atheniensium tale Charidemo decernere primum, per quod Chersonesus amittenda sit. quod quo pacto sit futurum, ipsa ostendit oratio. Examinat autem etiam personam qualitatem, affirmans, non meruisse primum Charidemum, talia praesertim.

### ANONYMI ARGUMENTUM.

1. Euboea insula quaedam est e regione Atticae porrecta juxta Bœotiam et Phocidem usque ad Aphetas, Thessaliae locum. Scimus autem multa esse Eubœae oppida, quorum est Oreus, unde patrum nomen est Orita. Orita igitur quidam fuit Charidemus dux peregrini Atheniensium exercitus. Dux autem peregrini exercitus est qui exercitum peregrinorum pro aliquo alit. propterea igitur et hic dicebatur dux peregrini exercitus, quia exercitum peregrinorum alebat pro societate Atheniensium defendenda. Erat igitur Atheniensium dux peregrini exercitus, Cotylis autem Thracum regis gener et imperator. (2) Cotys autem Chersonesum Atheniensium possessionem aliquando occupavit. isque mortuus reliquit filium Cersobleptem, qui cum quibusdam duobus, Berisade et Amadoco, regnum partitus est. Imperator Cersobleptis, ut affinis, erat Charidemus, Berisadis Athenodorus quidam, Atheniensis natus, Alopecensis. Amadocus duos imperatores habebat, Simonem et Bianorem. Singuli porro horum regum Atheniensibus gratificari volebant, ut eos ad opem ferendam paratos haberent, et quum Charidemus suaderet ut communiter Chersonesum Atheniensibus darent, permoti sunt reges et dederunt. Qua re cogita Athenienses Charidemum ut bene de ipsi merito aurea corona coronarunt et civitate donarunt. Cognita Charidemus amicitia iis per Aristomachum quendam significavit, se, si vita sua tuta reddita esset et quod insidiae non fierent, iis daturum esse Amphipolim, Philippo ereptam. (3) Aristocrates igitur Atheniensis quidam, qui de populo bene meritus esse videbatur, tulit tale decretum: Qui Charidemum interfecerit, abducetor (i. e. ad supplicium cum rapiendum esse). « Si quis, inquit, interfecitorem sive civitas sive privatus asseruerit »

ἀντιλάβηται αὐτοῦ, ἔκαστος ἐστὼ τῶν Ἀθηναίων. Εὐθυκλῆς δὲ τις Θριάσιος τὸν δῆμον ἐπελάβετο τοῦ ψηφίσματος ὡς κακῶς ἔχοντος, ὡς παρανόμου καὶ ἀσυμφόρου καὶ γεγραμμένου ἀνδρὶ ἀναξίῳ. οὗτος λαβὼν παρὰ τοῦ Δημοσθένους τὸν λόγον, χρυσίον παρασχῶν, κατηγορεῖ τοῦ Ἀριστοκράτους. (4) Ὅρων οὖν ὁ ῥήτωρ τὴν ἀπλὴν ὑπόθεσιν ἰσχύουσαν μὲν τῷ νομίμῳ, κινδυνεύουσαν δὲ διὰ τὸ προτιμᾶσθαι τὸ συμφέρον τῆς ἀξίας ἑκάστου τῶν λαμβανόντων πολλαίως, καὶ μάλιστα δεῖν στρατηγοὶ τυγχάνουσιν ἐπιδοεῖν καὶ τὴν πόλιν εὐεργετῶσιν, οἷος ὁ Χαριδῆμος, καὶ Κερσοβλέπτου στρατηγὸς ὡς ἀδελφὴν αὐτοῦ ἔχων καὶ διὰ τὸ δοῦναι ἐν τοῖς κατὰ τὴν Χερρόνησον εὐ ποιεῖν Ἀθηναίους αἰρεθείς στρατηγὸς αὐτῆς τῆς πόλεως, ἑτέραν ἐξεῦρεν ὑπόθεσιν ἐκ τῆς οικείας δεινότητος, ἐν ἐπιπέλικων ταράττῃ τὸν ἀκροατὴν : φάσκων γεγράφθαι τὸ ψήφισμα 621 ἐπὶ Χερρόνησῳ τῆς πόλεως σχήματι. ὡς οὖν ὄντα ἀμφοτέρων, τοῦ τε Κερσοβλέπτου καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, βουλόμενος ταῦτα ἀποτιχεῖν τῆς δωρεᾶς Δημοσθένους, τὴν κατὰ 5 τὴν Χερρόνησον ὑπόθεσιν ἐπέθηκεν, εἰς ὑπόψιν ἄγων τοὺς ἀκούοντας, καὶ φάσκων ἐξ ἐπιθυμίας Ἀριστοκράτην γεγραφέναι τὸ ψήφισμα, ἵνα μηδενὸς τῶν βασιλέων ἀναιρουντος αὐτὸν φόβῳ τῆς πόλεως περιποιήσῃ Κερσοβλέπτῃ πάλιν Χερρόνησον. Τοσαῦτα περὶ τῆς ὑποθέσεως.

#### ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ Ο ΚΑΤΑ ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣ.

1. Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίση μήτ' ἰδίως ἔχθρας ἐμὲ μηδεμιᾶς ἔνεχ' ἤκειν Ἀριστοκράτους κατηγορήσοντα τουτοῦ, μήτε μικρὸν ὀρώντά τι καὶ 5 φαῦλον ἀμαρτήματα, ἑτοίμως οὕτως ἐπὶ τούτῳ προάγειν ἑμαυτὸν εἰς ἀπέχθειαν, ἀλλ' εἴπερ ἀρ' ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι καὶ σκοπῶ, ὑπὲρ τοῦ Χερρόνησον ἔχειν ὑμᾶς ἀσφαλῶς καὶ μὴ παρακρουσθέντας ἀποστερηθῆναι πάλιν αὐτῆς, περὶ τούτου μοὶ ἔστιν ἅπασ' ἡ σπουδῆ. (2) 10 Δεῖ δὴ πάντας ὑμᾶς, εἰ βούλεσθ' ὀρθῶς περὶ τούτων μαθεῖν καὶ κατὰ τοὺς νόμους δικαίως κρίναι τὴν γραφὴν, μὴ μόνον τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ ψηφίσματι ῥήμασι προσέχειν τὸν νοῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ συμβεβηκότων ἐξ αὐτῶν σκοπεῖν. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἀκούσασι εὐθὺς εἰδέναι τὰ 622 κεκακουρημένα τὴν ἀρχὴν ἴσως ἂν οὐκ ἐξηπάτησθε. (3) ἐπειδὴ δὲ τοῦθ' ἐν ἔστι τῶν ἀδικημάτων, τὸ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ λέγειν καὶ γράφειν ἐνίοις, ὃν ἂν ἤκησθ' ὑμεῖς ὑπίδοισθέ τι καὶ φυλάξαισθε προσήκει μὴ πάνυ 5 θαυμάζειν, εἰ καὶ τοῦτο τὸ ψήφισμα ἡμεῖς οὕτω γεγραμμένον ἐπιδειξομεν, ὥστε δοκεῖν μὲν Χαριδήμῳ φυλακὴν τινα τοῦ σώματος διδοῖναι, τὴν ὡς ἀληθῶς δὲ δικαίαν καὶ βέβαιον φυλακὴν Χερρόνησου τῆς πόλεως 10 ἀποστερεῖν. (4) Εἰκότως δ' ἂν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ προσέχοιτέ μοι τὸν νοῦν, καὶ μετ' εὐνοίας ἀκούσαίτε, ἃ λέγω. ἐπειδὴ γὰρ οὐχὶ τῶν ἐνοχλούντων ὑμᾶς οὐδὲ τῶν πολιτευομένων φημι δαίξειν πεπραγμένον ἑάν, 15 ὅσον ἐστὶν ἐν ὑμῖν, συναγωνισθῆτέ μοι καὶ προθύμως ἀκούσαίτε, τοῦτό τε σώσατε, καὶ ποιήσατε μὴ κατοκνεῖν, ἂν τις καὶ ἡμῶν οἴηται δύνασθαι ποιῆσαι τὴν πόλιν ἀγαθόν. οἴησεται δέ, ἑάν μὴ χαλεπὸν εἶναι νομῆται τὸ παρ' ὑμῖν λόγου τυχεῖν. (5) Νῦν δὲ πολλοῖς τοῦτο

et ut fere dicam ejus rem egerit, « fœdere Atheniensium excluditor. » Euthycles autem Thriasius quidam reprehendit eam rogationem ut malam, ut legibus adversariam et inutillem et pro homine indigno scriptam. is oratione a Demosthene pro auro dato accepta accusat Aristocratem. (4) Demosthenes igitur quum videret simplicem causam valere quidem legitimo capite, sed eo laborare, quod plerumque utile præferatur dignitati ejusque accipientium, præsertim si clari imperatores sint, et de republica bene meriti, qualis Charidemus, quum et Cersobleptis imperator creatus sit, quippe qui sororem ejus in matrimonium duxisset, et ipsius urbis imperator, quia Atheniensibus in rebus Chersonesiticis benefacere videbatur; ideo solers orator aliud argumentum invenit, quo intertexto auditorem perturbaret: dicens rogatum esse decretum in damnum Chersonesi sub prætextu reipublicæ. Quæ quum pertineant ad utrosque, et ad Cersobleptem et ad populum Atheniensem, Demosthenes cupiens ut illi munus eriperetur, causam Chersonesiticam addidit et ad suspicionem auditori excitandam dicit, insidiose ab Aristocrate latam esse rogationem, ut, si neuter regum præmetu reipublicæ Charidemum tolleret, hic Cersobleptæ Chersonesum iterum vindicaret. Hæc de argumentis.

#### DEMOSTHENIS ORATIO CONTRA ARISTOCRATEM.

1. Nemo vestrum, Athenienses, putet me vel ullo privato odio adductum venire ad Aristocratem istum accusandum vel, quod parvum aliquod et leve delictum videam, propter illud paratum esse ad inimicitias suscipiendas, sed si quidem recte considero ac perspicio, ut Chersonesum secure teneatis neve decepti rursus ea spoliemini, in hoc omnia mea studia incumbere. (2) Decet igitur omnes vos, si hæc recte cognoscere vultis et e præscripto legum accusationem vere dijudicare, non tantum scripta in rogatione verba considerare, sed etiam, quid eventurum inde sit, providere. nam si re audita statim callidæ machinationes animadverti potuissent; omnino fortassé decepti non essetis. (3) Quia vero hæc una ex injuriis est quorundam, ita et dicere et scribere, ut vos latentes insidias minime perspicatis aut caveatis; non adeo mirum videri debet, si etiam hanc rogationem nos ita scriptam ostendemus, ut quum Charidemi salutis et incolunitatis consulere videatur, re vera Chersonesi justam et firmam custodiam vobis eripiat. (4) Jure autem, Athenienses, et operam mihi dabitis et me dicentem cum benivolentia audietis. Quia enim ego non unus ex illorum numero qui vobis obturbant, nec herum qui rempublicam gerunt et quibus vos mandatis, rem tantam esse actam ostensurum esse me profiteor; vos si me, quod in vobis est, juveritis libenterque audieritis, tum hanc ipsam rem in integrum restituetis, tum animos addeitis ceteris, ut, si etiam nostrum aliquis se reipublicæ prodesse posse putarit, facere id non gravetur. putabit autem, nisi audientiam impetrare a vobis esse difficile existimaverit. (5) Nunc istius rei metu multis, minus fortassé elo-

20 φοβουμένοις, λέγειν μὲν ἴσως οὐ δεινοῖς, βελτίοσι δ' ἀνθρώποις τῶν δεινῶν, οὐδὲ σκοπεῖν ἐπέρχεται τῶν κοινῶν οὐδέν. ἐγὼ γοῦν (ὀμνύω τοὺς θεοὺς ἅπαντας) ἀπάκησ' ἄν (εὖ ἴστε) καὶ αὐτὸς τὴν γραφὴν ταύτην  
25 ἀπενεγκεῖν, εἰ μὴ πάνυ τῶν αἰσχυρῶν ἐνόμιζον εἶναι νῦν μὲν ἡσυχίαν ἄγειν καὶ σωπῆσαι, πρᾶγμα' ἀλυσιτελέεσσι τῇ πόλει κατασκευάζοντας ὄρων τινὰς ἀνθρώπους, πρότερον δ', ὅτε' ἐπλευσα τριηραρχῶν εἰς Ἑλλάγησποντον, εἰπεῖν καὶ κατηγορησάσαι τινῶν οὐς ἀδικεῖν ἡμᾶς ἡγοῦμαι.

6. Οὐκ ἀγνωσθὲν μὲν οὖν ὅτι τὸν Χαρίδημον εὐεργέτην  
623 εἶναι τινεὶ τῆς πόλεως οἴονται, ἐγὼ δ' ἄν περ, ἃ βούλομαι τε καὶ οἶδα πεπραγμέν' ἐκείνῳ, δυνήσῃ πρὸς ἡμᾶς εἰπεῖν, οἴομαι δεῖξιν οὐ μόνον οὐκ εὐεργέτην ἀλλὰ καὶ κακονούστατον ἀνθρώπων ἁπάντων καὶ πολὺ  
5 τάναντία, ἢ προσήκειν, ὑπεβλημένον. (7) Εἰ μὲν οὖν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο μέγιστον Ἀριστοκράτης ἡδοίκεν, τὸ τοιούτου, οἷον ἐγὼ φημι δεῖξιν τὸν Χαρίδημον ὄντα, τοσαύτην πεποιθῆσθαι πρόνοιαν ἐν τῷ ψήφισματι, ὥστε' ἰδίαν παρὰ τοὺς νόμους, ἐάν τι πάθῃ,  
10 τιμωρίαν αὐτῷ δεδωκέναι ταῦτ' ἄν ἤδη λέγειν πρὸς ἡμᾶς ἐπεχείρουν, ἴν' εἰδῆτε πολλοῦ δεῖν ἄξιον ὄντα τυχεῖν τοῦ ψηφίσματος αὐτὸν τοιούτῳ. νυνὶ δ' ἕτερον τοῦτο μείζον διὰ τοῦ ψηφίσματος ἐστ' ἀδίκημα, ὃ δεῖ πρότερον καὶ μαθεῖν ἡμᾶς καὶ φυλάττασθαι.

15 8. Ἀνάγκη δ' ἐστὶ πρῶτον ἁπάντων εἰπεῖν καὶ δεῖξαι, τί ποτ' ἐστὶ τὸ Χερβόνησον ἡμᾶς ἀσφαλῶς ἔχειν πεποιηκός. διὰ γὰρ τοῦ μαθεῖν τοῦτο καὶ τὰ δίκημα σαφῶς ὄψεσθε. Ἔστι τοίνυν, ὧς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο, τὸ τελευτήσαντος Κότυος Βηρισάδου καὶ Ἀμάδοκον καὶ Κερσοβλέπτην τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς γενέσθαι  
20 Θράκης βασιλέας. συμβέβηκε γὰρ ἐκ τούτου, αὐτοῖσι μὲν ἀντιπάλους εἶναι τούτους, ἡμᾶς δ' ὑπέρχεσθαι καὶ θεραπεύειν. (9) Τοῦτο τοίνυν, ὧς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, βουλόμενοι τινεὶ παῦσαι, καὶ καταλύσαι μὲν τοὺς ἑτέρου βασιλέας, παραδοῦναι δ' ἐν τῷ Κερσοβλέπτη τὴν  
25 ἀρχὴν ἅπασαν, διακράττονται σφισι τοῦτο γενέσθαι τὸ προβούλευμα, τῷ μὲν ἀκοῦσαι κεχωρισμένον τοῦ τοιούτου δοκεῖν διαπράττασθαι, τῷ δ' ἔργῳ πάντων μάλιστα τοῦτο περαίνοντες, ὡς ἐγὼ διδάσκω. (10) Ἐπειδὴ

624 γὰρ ἐνὸς τελευτήσαντος τῶν βασιλέων, Βηρισάδου, παραβάς τοὺς ὄρκους καὶ τὰς συνθήκας, ἃς μεθ' ἡμῶν ἐποιήσατο, Κερσοβλέπτης ἐξέφερε πόλεμον πρὸς τε τοὺς Βηρισάδου παῖδας καὶ πρὸς Ἀμάδοκον· εὐδελον ἦν ὅτι  
5 τοῖς μὲν Βηρισάδου παισὶν Ἀθηνόδωρος βοθήσει, τῷ δ' Ἀμαδόκῳ Σίμων καὶ Βιάνωρ. ὁ μὲν γὰρ Βηρισάδου κηδεστής, οἱ δ' Ἀμαδόκου γεγόνασιν. (11) Ἐσκόπου οὖν, τίς ἂν τρόπον ἡσυχίαν ἔχειν ἀναγκασθεῖεν οὗτοι,  
10 ἐρήμων δ' ὄντων ἐκείνων ὁ Κερσοβλέπτης πράττων τὴν ἀρχὴν Χαρίδημος ἀσφαλῶς πάντα καταστρέφαιτο. εἰ πρῶτον μὲν « ἐάν τις αὐτὸν ἀποκτείνῃ » ψήφισμα ἡμέτερον γένοιτο « ἀγώγιμον εἶναι. » δεύτερον δέ, εἰ χειροτονηθεὶ στρατηγὸς ὑφ' ἡμῶν Χαρίδημος. οὔτε γὰρ  
15 ἡμέτερον στρατηγῶν προχείρωσ ἐναντία θήσεσθαι τὰ δὲ πλ'

quentibus, sed melioribus viris, quam eloquentes isti sunt, ne cogitare quidem quicquam de republica in mentem venit. ego sane (omnes adjuro deos) et ipse (bene notis) ab accusatione hac abhorruissem, nisi turpissimum judicasset nunc quiescere et silere, dum quosdam homines rem civitati non utilem struere video, quum prius, quo tempore trierarchus in Hellespontum ieram, dixerim et accusarim nonnullos, quos in vos delinquere judicabam.

6. Non ignoro autem esse, quibus Charidemus de republica bene meritus esse videatur, ego vero si, quæ volo, et scio ab illo perpetrata esse, apud vos exponere potero, confido me ostensurum, illum adeo non esse bene meritum, ut nemo homo omnium reipublicæ pejus velit, et longe aliam de eo conceptam quam conveniat opinionem. (7) Quod si, Athenienses, summa hæc esset Aristocratis injuria, quod Charidemi, qui talis est qualem eum ego esse vobis me ostensurum dico, tantam in rogatione rationem habet, ut ei, si quid accidisset, peculiarem legibus contrariam ultionem sit largitus; hanc rem statim vobis exponere instituissem, ut intelligeretis minime eum dignum esse, qui tali decreto ornatur. nunc autem per ipsum decretum rogatum alia gravior injuria committitur, quæ vobis prius et cognoscenda est et præcavenda.

8. In primis autem explicare necesse est atque ostendere, quidnam sit illud, quod effecit ut Chersonesum secure teneatis. quo cognito et eam, quam dico, injuriam perspicue cernetis. Hoc autem, Athenienses, sic sese habet: Cotype mortuo Berisades et Amadocus et Cersobleptes, tres pro uno Thraciæ reges facti sunt. qua ex re id contigit, ut hi inter sese dissentientes, ad vos se officiose conferrent vobis que colerent. (9) Hoc igitur, Athenienses, quidam dum tollere volunt, et reliquis regibus abrogatis, ad unum Cersobleptem regnum conferre; callide hoc prævium senatusconsultum perfecerunt, si verba spectentur, sejunctum a talis conatus opinione, re ipsa omnium maxime hoc efficientes, ut ego docebo. (10) Nam quum mortuo regum uno, Berisade, Cersobleptes neglecto jurejurando et fœdere, quod vobiscum fecerat, bellum et Berisadis liberis et Amadoco intulisset; constabat Berisadis liberis Athenodorum opitulaturum, Amadoco Simonem et Bianorem. nam ille Berisadis affinis, hi Amadoci fuerunt. (11) Cogitantes igitur, quonam modo hi compecsi, atque illis desertis Charidemus, qui regnum Cersoblepti stabilire nititur, citra periculum subvertere posset omnia, id fieri posse repererunt primum decreto a vobis impetrato « si quis eum occidisset, ut liceret illi injicere manus. » deinde, si Charidemus a vobis imperator crearetur. (12) Neque enim contra imperatorem vestrum arma temere laturos esse Simonem

ἤμελλον ὁ Σίμων οὐδ' ὁ Βιάνωρ, πολῖται γεγενημένοι  
 καὶ ἄλλως ἐσπουδαχότες πρὸς ὑμᾶς, ὁ δὲ δὴ γένοι πολί-  
 τῆς Ἀθηνόδωρος οὐδὲ βουλευσασθαι, οὐδὲ τὴν διὰ τοῦ  
 20 ψήφισματος αἰτίαν ὑποδύσεσθαι, ἢ πρόδηλος ἦν ἐπ'  
 ἐκείνους ἤξουσα, εἴ τι πάθοι Χαριδῆμος. ἐκ δὲ τούτου  
 τοῦ τρόπου τῶν μὲν ἐρήμων ὄντων βοηθῶν, αὐτοῖς δ'  
 ἀδείας δοθείσης, βραδίως ἐκβάλλειν ἐκείνους καὶ κατα-  
 σχήσειν τὴν ἀρχήν. (13) Καὶ ἔτι ταῦθ' οὕτως ὤροντο καὶ  
 25 τοῦτ' ἦν τὸ κατασκευάσαι αὐτοῖς, τὰ πραχθέντ' αὐτὰ  
 κατηγορεῖ. ἄμα γὰρ τῷ πολέμῳ τ' ἐνεγείρουσι αὐτοὶ καὶ  
 πρὸς ὑμᾶς ἤκεν Ἀριστόμαχος πρεσβευτῆς παρ' αὐτῶν  
 ὁ Ἀλωπεκῆθεν οὐτοσί, δεῖ ἄλλα τ' ἐδημηγόρει παρ' ὑμῖν  
 ἐπαινῶν καὶ διεξιῶν τὸν τε Κερσοβλέπτην καὶ τὸν Χα-  
 30 5ῤῥίδημον, ὡς φιλανθρώπως ἔχουσι πρὸς ὑμᾶς, καὶ  
 μόνον ἀνθρώπων ἂν ἐφη Χαριδῆμον Ἀμφίπολιν κομί-  
 σασθαι τῇ πόλει δύνασθαι, καὶ παρῆνει στρατηγὸν  
 χειροτονῆσαι. (14) Ἡτοίμαστο δ' αὐτοῖς τοῦτο τὸ προ-  
 5 βούλευμα καὶ προδιώκητο, ἵνα, εἰ πεισθίητ' ἐκ τῶν  
 ὑποσχέσεων καὶ τῶν ἐλπίδων, δεῖ ὑπέτεινε ὁ Ἀριστό-  
 μαχος, εὐθύς ἐπικυρώσειεν ὁ δῆμος καὶ μηδὲν ἐμποδῶν  
 εἶη. (15) Καίτοι πῶς ἂν τεχνικώτερον ἢ κακουργότε-  
 10 ρον συμπαρεσκεύασαν ἀνθρώποι, ὅπως οἱ μὲν ἐκπεσοῦν-  
 ται τῶν βασιλέων, εἷς δ', ὃν αὐτοὶ βούλονται, πᾶσαν  
 ὑπ' αὐτὸν ποιήσεται τὴν ἀρχήν, ἢ τοὺς μὲν τοῖν δυοῖν  
 βοηθήσαντας ἂν εἰς φόβον καὶ συκοφαντίας εὐλάβειαν  
 καθιστάντες, ἢν εἰκὸς προσδοκᾶν ἐκείνους ἐφ' αὐτοὺς  
 15 ἔλθειν ἂν διὰ τοῦ ψήφισματος τουτουῖ, τῷ δ' ἐνὶ πράτ-  
 τοντι τὴν ἀρχήν καὶ πάντα τάναντία τοῖς ἡμῖν συμφέ-  
 ρουσι κατασκευάζοντι τσσαύτην ἐξουσίαν διδόντες τοῦ  
 ταῦτ' ἀδεῶς πράττειν; (16) Οὐ τοίνυν μόνον ἐκ τούτων  
 20 ὀηλόν ἐστ' ὅτι τούτων ἐνεκ' ἐβῆθη τὸ προβούλευμα,  
 ἂν λέγω, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ψήφισματος αὐτοῦ μαρτυρία  
 τίς ἐστιν εὐμεγέθης. ἂν γὰρ ἀποκτείνῃ τις Χαριδῆμον  
 γράψας, καὶ παραδᾶς τὸ τί πράττοντ' εἰπεῖν, πότερ'  
 25 ἡμῖν συμφέροντα, ἢ οὐ, γέγραφεν εὐθύς ἀγώγιμον ἐκ  
 τῶν συμμάχων εἶναι. (17) Οὐκοῦν τῶν μὲν ἐχθρῶν,  
 ὁμοίως ἡμῖν τε κἀκείνων, οὐδέποτε εἰς τοὺς ἡμετέρους  
 ἤξει συμμάχους οὐδέεις, οὐτ' ἀποκτείνας ἐκείνον οὔτε  
 μή. ὥστ' οὐ κατὰ τούτων γέγραφε ταύτην τὴν τιμωρίαν.  
 30 28 τῶν δ' ἡμετέρων μὲν φίλων ἐκείνου δ', ὅταν ἐγχειρῆ  
 πράττειν ἐναντίον ἡμῖν, ἐχθρῶν, τούτων ἂν ἐστιν ὁ τοῦτο  
 τὸ ψήφισμα φοβηθεὶς καὶ φυλαξάμενος μὴ δι' ἀνάγκην  
 5 ἡμῖν εἰς ἐχθρὰν ἐλθεῖν. Ἔστι τοίνυν οὗτος Ἀθηνόδα-  
 ρος, Σίμων, Βιάνωρ, οἱ Θράκης βασιλεῖς, ἄλλος ἕστις  
 ἂν εἰς εὐεργεσίας μέρος καταθέσθαι βούλοιο τὸ πράτ-  
 τειν ὑπεραντ' ἐκείνον ἐγχειροῦνθ' ἡμῖν ἐπισχεῖν.  
 18. Ὡν μὲν τοίνυν ἐνεκ' ἐβῆθη τὸ προβούλευμα,  
 10 ἵνα κυρώσειεν ὁ δῆμος ἑξαπατηθεὶς, καὶ δι' αὐτὴν γρα-  
 φὴν ἐποιησάμεθ' ἡμεῖς ταυτηνί, βουλόμενοι κωλύσαι,  
 ταῦτ' ἐστίν, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. δίκαιον δ' ἐστίν ἴσως  
 ἐμὲ, ὑπεσχημένον τρὶ ἐπιδείξειν, ἐν μὲν, ὡς παρὰ  
 15 τοὺς νόμους τὸ ψήφισμ' εἴρηται, δεύτερον δὲ, ὡς ἀσύμ-  
 φορόν ἐστι τῇ πόλει, τρίτον δὲ, ὡς ἀνάξιος ἐστὶ τυ-  
 χεῖν τούτων ὅ γ' ἐγγραπται, πάντων αἴρεσιν ὑμῖν δοῦναι

et Bianorem a vobis civitate donatos et alioqui vestri stu-  
 diosos, et genere civem vestrum Athenodorum ne in animum  
 quidem id inducturum esse neque id crimen subiturum, ut  
 decreto adversatus videretur, quod sine ulla dubitatione illis  
 impingeretur, si quid Charidemo accidisset. hac ratione  
 alteris auxilio destitutus, et ipsis impunitate data, se facile  
 posse illos ejicere et regnum obtinere. (13) Et hanc illorum  
 fuisse mentem et haec consilia illos concinnasse, ipsa facta cla-  
 mant. nam simul et bellum il moverunt et ad vos ab iis  
 legatus venit Aristomachus iste Alopecensis, qui quum alia  
 apud vos in concione dicebat in honorifica praedicatione et  
 proluxa Cersobleptis et Charidemi, quanta eorum erga vos  
 benivolentia esset, tum solum hominum affirmabat Charid-  
 demum vobis Amphipolim recuperare posse, utque eum  
 imperatorem crearetis hortabatur. (14) Paratum autem  
 iis jam ante hoc praevium senatusconsultum et ante dispo-  
 situm erat, ut, si acquiesceretis pollicitationibus et spei,  
 quam praetendebat Aristomachus, statim populus decre-  
 tum comprobaret et nihil impediret. (15) At quamnam  
 callidiorum aut astutiorum rationem isti homines inire pos-  
 sent, ut regum alii pellerentur, unus, qui iis placebat,  
 omne occuparet regnum, quam his, qui duobus reliquis  
 opitulati alioqui essent, metum atque timorem calumniae  
 injiciendo, quam consentaneum erat expectare illos in se  
 redundaturam per id decretum, et illi qui uni regnum tra-  
 dere studebat et omnia vestris rationibus contraria molieba-  
 tur, tantam licentiam dando impune et secure illa facienda?  
 (16) Neque vero hinc solum constat, propter haec, quae  
 dico, senatusconsultum praevium istud esse factum, sed  
 etiam ex ipso decreto amplum quoddam testimonium  
 suppetit. quum enim scripsisset « Si quis Charidemum  
 occiderit » nec adjecisset, quid agentem, utrum vobis uti-  
 lia, an contra; subjunxit statim, et ditione sociorum posse  
 abripi. (17) Itaque hostium nostrorum aequae atque illius  
 nullus unquam ad nostros veniet socius, sive occiderit  
 sive non occiderit. non igitur in hostes eam poenam con-  
 stituit. At nostrorum amicorum, illius (si reipublica  
 nostrae adversari conetur) inimicorum, horum est quis,  
 qui hoc decretum possit pertimescere et cavere, ne nobis-  
 cum inimicitias suscipere cogatur. Est autem hic Atheno-  
 dorus, Simon, Bianor, Thraciae reges, et quicumque alius  
 de nobis bene merendi studiosus illum nobis adversari  
 molientem compereret.

18. Quibus igitur de causis perscriptum sit senatuscon-  
 sultum praevium, ut id a populo conprobaretur decepto,  
 et quapropter nos causam hanc susceperimus ad conatus  
 illorum prohibendos, haec sunt, Athenienses. Aequum  
 autem fortasse est, me, pollicitum tria ostensurum: unum,  
 decretum contra leges esse dictum, alterum, id non esse e  
 republica, tertium, indignum eum esse, cui ea perscripta  
 sunt, omnium optionem dare vobis auditoris, quid primo,



τοῖς ἀκουσομένοις, τί πρῶτον ἢ τί δεύτερον ἢ τί τελευ-  
 20 ταιῶν βουλομένοις ἀκούειν ἡμῖν ἐστίν. (19) Ὅτι δὴ βούλε-  
 σθε, ὁρᾶτε, ἵνα τοῦτο λέγω πρῶτον ἡμῖν. περὶ τοῦ  
 παρανόμου βούλεσθε πρῶτον; τοῦτο τοίνυν ἐροῦμεν. Ἄ  
 δὴ δέομαι τε καὶ ἀξιώ παρα πάντων ἡμῶν τυχεῖν, δι-  
 25 καία, ὡς γ' ἑμαυτὸν πείθω: μηδεὶς ἡμῶν, ὡ ἄνδρες  
 Ἀθηναῖοι, τῶ διεψεύσθαι τοῦ Χαριδήμου καὶ νομίζειν  
 εὐεργέτην εἶναι φιλονεικῶν δυσχερέστερον τοὺς περὶ  
 τῶν νόμων λόγους ἀκούσθαι μου, μηδ' ἀποστερήσῃ διὰ  
 οὗτο μηθ' ἑαυτὸν τοῦ θέσθαι τὴν ψῆφον εὐορκον μήτ'  
 ἐμὲ τοῦ διδάξαι περὶ πάντων ἡμᾶς ὡς βούλομαι, ἀλλὰ  
 627 ποιησάσθω τὴν ἀκρόασιν ὡδί (καὶ σκοπεῖσθε, ὡς δι-  
 καί' ἐρῶ): (20) Ὅταν μὲν λέγω περὶ τῶν νόμων ἀρε-  
 λῶν ἔστω τὸ ψήφισμα' εἰρηται καὶ ποίω τινί, σκοπεῖσθω  
 5 πότερον παρὰ τοὺς νόμους ἢ κατ' αὐτοὺς εἰρηται, καὶ  
 μηδὲν ἄλλο. ὅταν δ' ἐλέγχω τὰ πεπραγμένα καὶ διεξιῶ  
 τὸν τρόπον ἐν πεφανάσις' ὑπ' αὐτοῦ τὰς πράξεις σκο-  
 πεῖσθω, πότερον γενοῦναις ἢ ψευδείς ἐρῶ. (21) ὅταν δ'  
 10 ἐξετάζω περὶ τοῦ συμφέροντος ἢ μὴ τῇ πόλει ταῦτα ψηφί-  
 σασθαι πάντα τᾶλλ' ἀφίς τοὺς λογισμοὺς δράτω τοὺς  
 περὶ τούτων, πότερ' ὀρθῶς ἔχοντας ποιῶμαι, ἢ οὐ. ἐὰν  
 γὰρ τοῦτον ἔχοντας τὸν τρόπον ἀρῶσθαι μου αὐτοί τ'  
 ἀρίστα, ἀ προσήκει, συνήσετε, χωρὶς ἕκαστα σκοποῦν-  
 15 τες καὶ οὐχ ἅμα πάνθ' ἄθρο' ἐξετάζοντας, καλῶ βῆστα,  
 ἀ βούλομαι, δυνήσομαι διδάξαι. ἔσονται δὲ βραχεῖς  
 περὶ πάντων οἱ λόγοι.

22. Λαβὲ δὴ τοὺς νόμους αὐτοὺς καὶ λέγε, ἵν' ἐξ αὐ-  
 τῶν ἐπιδεικνύω τούτων τὸ παράνομον.

20 ΝΟΜΟΣ ΕΚ ΤΩΝ ΦΟΝΙΚΩΝ ΝΟΜΩΝ ΤΩΝ ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ  
 ΠΑΓΟΥ.

Δικάζειν δὲ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόνου καὶ  
 τραύματος ἐκ προνοίας καὶ πυρκαϊᾶς καὶ φαρ-  
 μακίων, ἐὰν τις ἀποκτείνῃ δούς.

23. Ἐπίσχε. Ἠκούσατε μὲν τοῦ τε νόμου καὶ τοῦ  
 ψηφίσματος, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὡς δ' ἂν μοι δοκεῖτε  
 25 τοὺς περὶ τοῦ παρανόμου λόγους αὐτοὺς βῆστα μαθεῖν,  
 τοῦθ' ἡμῖν φράσω, εἰ σκέψασθ' ἐν τίνι τάξει ποτ' ἐστὶν  
 ὑπὲρ οὗ τὸ ψήφισμα' εἰρηται, πότερα ξένος ἢ μέτοι-  
 κος ἢ πολίτης ἐστίν. εἰ μὲν δὴ μέτοικος φήσομεν·  
 628 οὐκ ἐροῦμεν ἀληθῆ. εἰ δ' αὖ ξένον· οὐχὶ δίκαια ποιή-  
 σομεν. τὴν γὰρ τοῦ δήμου δωρεάν, ἐν ἣ πολίτης γέ-  
 γονε, κυρίαν αὐτῶν δικαίον ἐστὶν εἶναι. ὡς ὑπὲρ πολί-  
 του τοίνυν, ὡς εἶκαε, ποιητέον τοὺς λόγους. (24) Θεά-  
 5 σασθε δὴ πρὸς Διὸς ὡς ἀπλῶς καὶ δικαίως χρήσομαι  
 τῷ λόγῳ, δε εἰς μὲν ταύτην τίθεμαι τὴν τάξιν αὐτὸν  
 ἐν ἣ πλείστος ἂν τυγχάνοι τιμῆς, ἀ δ' οὐδ' ἡμῖν τοῖς  
 γένει πολιταῖς ἐστίν, οὐδ' ἕκαστῳ δεῖν οἴομαι γενέσθαι  
 10 παρὰ τοὺς νόμους. τίν' οὖν ἐστὶ ταῦτα; ἀ νυνὶ γέγρα-  
 φεν οὕτως. γέγραπται γὰρ ἐν μὲν τῷ νόμῳ « τὴν  
 βουλήν δικάζειν φόνου καὶ τραύματος ἐκ προνοίας καὶ  
 πυρκαϊᾶς καὶ φαρμάκων, ἐὰν τις ἀποκτείνῃ δούς. »  
 (25) Καὶ προειπὼν ὁ θεὸς τὸν νόμον « ἐὰν ἀποκτείνῃ »  
 κρίσιν πεποίηκεν ἡμῶς, οὐ πρότερον τί γρη πάσχειν

quid secundo, quid postremo loco audire praecipietis. (19)  
 Proinde videte, quidnam velitis, ut id primum vobis dicam.  
 De violatis legibus vultis primum? hoc igitur dicemus.  
 Quae jam oro et postulo a vobis omnibus, ea (ut mihi quidem  
 persuadeo) aequa sunt: nemo vestrum, Athenienses, propterea  
 quod de Charidemo erravit et de republica eum bene meritum  
 putat, quadam animi pertinacia inductus, mea de legibus  
 verba iniquioribus auribus accipiat, neve propter id vel se  
 ipsam defraudet, quominus pro jurisjurandi religione sententiam  
 ferat, vel me impediatur in iis omnibus explicandis, quae vos  
 edocere volo, sed hoc modo auscultet (et considerate quam aequa dicam): (20)  
 Si legum meminero; omissa cogitatione propter quem aul  
 qualem decretum sit dictum, id solum, neque aliud quicquam,  
 consideret, contra ne leges an secundum eas sit dictum.  
 Quum vero res ab eo gestas excussero, atque recensuero,  
 quo pacto sitis ab eo decepti; consideret, utrum res factas an  
 e mentibus dicam. (21) Ubi autem disquisivero, utrum e  
 republica sit vel contra rempublicam, haec decernere; omisis  
 ceteris omnibus, rationes de his allatas inspiciat, utrum illae  
 recte sese habeant, an secus. Nam si me his animis audietis;  
 et ipsi optime, quae decet, intelligetis, singulis seorsum  
 consideratis et non simul omnia confertim intuentes, et ego  
 quae volo facillime potero docere. Paucis autem absolventur  
 omnia.

22. Cape jam leges ipsas, et recita, ut per eas ostendantur  
 istos legum nullam rationem habere.

LEX EX CAPITALIBUS LEGIBUS AREOPAGI.

Senatus autem Areopagiticus de caede et vulnere consulto  
 facto et incendio et venenis, quibus datis aliquis hominem  
 occiderit, iudicet.

23. Desine. Audistis legem et decretum, Athenienses, quemadmodum  
 autem mihi videamini rationes ipsas de violatis legibus  
 facillime cognituri, hoc vobis dicam, si consideretis, cujus  
 tandem ordinis sit is, pro quo decretum dictum est, utrum  
 peregrinus, an inquilinus, an civis sit. quem si dicemus  
 inquilinum; mentiemur. si peregrinum, injuriam faciemus.  
 populi enim beneficium, quo civitate est donatus, ratum illi  
 manere jure debet. reliquitur, ut de cive, esse de eo loquendum.  
 (24) Obsecro autem, ut spectetis quam simplici et justa  
 ratione utar, qui in hunc ordinem eum colloceam, in quo  
 maximum honorem consequatur. quae vero nobis genere civibus  
 negata sunt, neque illi opinor contra leges esse concedenda.  
 Quae sunt igitur ea? quae iste modo rogavit. Nam lege quidem  
 cavetur, « ut senatus iudicet de caede et vulnere consulto  
 facto et incendio et venenis, quibus datis aliquis hominem  
 occiderit. » (25) Is, qui legem tulit, praemissa hac formula  
 « quibus occiderit » tamen causae dictionem dedit, non prius, quid

τὸν δεδρακότ' εἶρηκε, καλῶς, ὡς ἄνδρας Ἀθηναῖοι, τοῦθ' ὑπὲρ εὐσεβείας ὅλης τῆς πόλεως προιδών. πῶς; οὐκ ἔνεστιν ἅπαντας ἡμᾶς εἰδέναι τίς ποτ' ἐστὶν ὁ ἀνδροφόνος. τὸ μὲν δὴ τὰ τοιαῦτ' ἄνευ κρίσεως πι-  
 20 στεύειν, ἂν τις ἔπαιτιάσθαι, δεινὸν ἡγήετο, δαῖν δ' ὑπελάμβανεν, ἐπειδὴ περ ἡμεῖς τιμωρήσομεν τῶν πεπονητότι, πεισθῆναι καὶ μαθεῖν ὑμᾶς διδασκομένους ὡς δέδρακεν. τῆνικαῦτα γὰρ εὐσεβὲς ἤδη κολάζειν εἰ-  
 25 δόσιον εἶναι, πρότερον δ' οὐ. (26) Καὶ ἐτι πρὸς τούτῳ διελογίζετο, ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτ' ὀνόματα, ὅσον « ἐάν τις ἀποκτείνῃ, ἐάν τις ἱεροσυλήσῃ, ἐάν τις προδῶ, » καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, πρὸ μὲν τοῦ τὴν κρίσιν γενέσθαι, αἰτιῶν ὀνόματ' ἐστὶν, ἐπειδὴν δὲ κριθεὶς τις ἐξελεγχθῆ, τῆνικαῦτ' ἀδικήματα γίνεταί. Οὐ δὲ δεῖν ὅτε  
 629 τῷ τῆς αἰτίας ὀνόματι τιμωρίαν προσγράψαι ἄλλὰ κρίσιν. καὶ διὰ ταῦτα « ἐάν τις ἀποκτείνῃ τινά, τὴν βουλήν δικάζειν » ἔγραψε, καὶ οὐχ ἄπερ, ἂν ἀλῶ, εἴ-  
 5 ναι. (27) Ὁ μὲν δὴ τὸν νόμον τιθεὶς οὕτως, ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων πῶς; « ἐάν τις ἀποκτείνῃ » φησί « Χαριδῆμον. » τὴν μὲν δὲ προσηγορίαν τοῦ πάθους τὴν αὐτὴν ἐποίησατο, « ἐάν τις ἀποκτείνῃ » γράψας, ἥνπερ ὁ τὸν νόμον τιθεὶς. μετὰ ταῦτα δ' οὐκέτι ταῦτά, ἀλλ'  
 10 ἀνελὼν τὸ δίκην ὑπέχειν ἀγώγιμον εὐθύς ἐποίησε, καὶ παραβάς τὸ διωρισμένον ἐκ τοῦ νόμου δικαστήριον ἄκριτον τοῖς ἔπαιτιασαμένοις παρέδωκεν ὅτι ἂν βούλωνται χρῆσθαι, τὸν οὐδ' εἰ πεποιήκῃ πω φανερόν. (28) Καὶ λαβοῦσιν ἐκεῖνοις ἐξέσται στρεβλοῦν, αἰκίσασθαι, χρή-  
 15 ματα πράξασθαι. καίτοι πάντα ταῦτ' ἀπείρηκεν ἄντι-  
 κρος καὶ σαφῶς ὁ κάτωθεν νόμος μηδὲ τοὺς ἐαλωκότας καὶ δεδογμένους ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ποιεῖν. Λέγει δ' αὐτοῖς αὐτὸν τὸν νόμον τὸν μετὰ ταῦτα.

## ΝΟΜΟΣ.

20 Τοὺς δ' ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἀποκτείνειν ἐν τῇ ἡμέδαπῃ, καὶ ἀπάγειν, ὡς ἐν τῷ ἄξονι ἀγορεύει, λυμαινεσθαι δὲ μή, μηδὲ ἀποιῶν, ἢ διπλοῦν ὀφείλειν, ὅσον ἂν καταβλάψῃ. εἰσφέρειν δὲ τοὺς ἄρχοντας, ὧν ἕκαστοι δικασταί  
 25 εἰσι, τῷ βουλομένῳ. τὴν δ' ἡλιαίαν διαγιγνώσκειν.

29. Ἦκούσατε μὲν τοῦ νόμου, σέψασθε δὲ, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ θεωρήσατε, ὡς καλῶς καὶ σφόδρ' εὐσεβῶς ἔθηκεν ὁ τιθεὶς τὸν νόμον. Τοὺς ἀνδροφόνους φησὶν. πρῶτον μὲν δὴ τοῦτον ἀνδροφόνον λέγει, τὸν  
 630 ἐαλωκότ' ἦδη τῇ ψήφῳ. οὐ γὰρ ἐστ' οὐδεὶς ὑπὸ ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ, πρὶν ἂν ἐξελεγχθῆς ἀλῶ. ποῦ τοῦτο δηλοῖ; ἐν τε τῷ προτέρῳ νόμῳ καὶ τούτῳ. (30) Ἐν μὲν γὰρ ἐκείνῳ γράψας « ἐάν τις ἀποκτείνῃ » τὴν βου-  
 5 λὴν δικάζειν εἶπεν, ἐν δὲ τούτῳ τὸν ἀνδροφόνον προσειπών, ἃ χρὴ πάσχειν, εἶρηκεν. οὐ μὲν γὰρ ἦν αἰτία τὸ πρῆγμα, τὴν κρίσιν εἶρηκεν, οὐδ' ὁ ἄλοος ἔνοχος τῷ προσρήματι τούτῳ καθίστηκε, τὴν τιμωρίαν ἔγραψεν. περὶ μὲν δὲ τῶν ἐαλωκότων ἂν λέγοι. λέγει δὲ

maleficum pati conveniat, declaravit, præclare, Athenienses, in hoc pietati totius urbis prospexit. quomodo? nemo nostrum omnium scire potest, quis sit qui cædem fecerit. atqui talia sine iudicio credere, si quis aliquem criminatus fuerit, esse iniquum putavit, oportere igitur censuit, si læso factas injurias persecuturi simus, fidem fieri vobis, et vos edoctos cognoscere sontem eum esse. tum demum enim, quum res percognita fuerit, jus et fas esse pœnas sumi, prius non licere. (26) Præterea reputabat omnia talia nomina ut « si quis occiderit, si quis sacrilegum fecerit, si quis prodiderit, » et ejus generis omnia, priusquam iudicium exerceatur, criminum esse appellationes, postquam iudicio sis convictus, tum fieri scelera. Non igitur censuit criminis nomini supplicium adscribendum, sed iudicium. propterea « si quis occiderit, senatus iudicet » scripsit, non, quæ fiant, si quis convictus sit. (27) Ac legislator quidem sic, at decreti auctor quomodo? « Si quis occiderit » inquit « Charidemum. » nomen facinoris idem posuit, quum scripserit « si quis occiderit », quod panit legislator. » In sequentibus vero non eadem, sed sub-  
 lala clausula de iudicio subeundo, statim licere abripi scripsit, et negligens iudicium per legem definitum, reum criminatoribus indicta causa pro libidine tractandum permisit, quamquam nondum utrum fecerit, manifestum. (28) Licebit iis illum comprehensum torquere, cruciari, pecuniam exigere. atqui hæc omnia vetuit aperte et evidenter lex de inferiore parte recitanda, talia ne in convictos quidem et declaratos homicidas licere. Recita iis ipsam sequentem legem.

## LEX.

Homicidas liceat et occidere in nostra terra, et abducere, ut in axone promulgat; cruciari autem non liceat, nec redemptionis pretium extorquere, alioqui duplum damnum luendum. Actionem vero magistratus, quorum iudices quique sunt (sive qui iudicibus quibusque præsumt), inferunto in iudicio cuivis. Cognitionis sit autem penes Helixam.

29. Legem audivistis, jam contemplaminor, Athenienses, et considerate, quam præclare ac valde religiose constituerit legislator. « Homicidas » inquit. primum igitur homicidam eum dicit, qui iudicium sententia jam sit damnatus. neque enim hac appellatione quisquam continetur, priusquam convictus damnetur. id ubi significat? in priore lege et in hac. (30) Nam in illa scripsit « si quis occiderit » senatus iudicet, in hac homicidam nominans, quæ pati oporteat, dixit. Ubi enim res crimen adhuc erat, iudicium nominavit, ubi vero damnatus huic appellationi obnoxius erat, pœnam scripsit. de damnatis igitur dixerit.

10 τί; ἐξείναι ἀποκτείνειν καὶ ἀπάγειν. (31) Ἄρ' ὡς αὐτόν, ἢ ὡς ἂν βούληται τις; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. ἀλλὰ πῶς; ὡς ἐν τῷ ἄξονι εἴρηται, φησίν. τοῦτο δ' ἐστὶ τί; ὁ πάντες ἐπίστασθ' ὑμεῖς. οἱ θεσμοθέται τοὺς ἐπὶ φόνῳ φεύγοντας κύριοι θανάτῳ ζημιῶσαι εἰσι, καὶ τὸν  
 15 ἐκ τῆς ἐκκλησίας πέρυσι πάντες ἑωρᾶθ' ὑπ' ἐκείνων ἀπαχθέντα. ὡς τούτους οὖν ἀπάγειν λέγει. (32) Διαφέρει δὲ τί τοῦτο τοῦ ὡς αὐτὸν ἀγειν; ὅτι ὁ μὲν ἀπάγων, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὡς τοὺς θεσμοθέτας τοὺς νόμους κυρίους ποιεῖ τοῦ δεδρακότος, ὁ δ' ὡς αὐτὸν ἀγων  
 20 ἑαυτὸν. ἔστι δ' ἐκείνως μὲν, ὡς ὁ νόμος τάττει, δοῦναι δίκην, οὕτω δέ, ὡς ὁ λαβῶν βούλεται. πλείστον δὲ δήπου διαφέρει τὸν νόμον κύριον τῆν τιμωρίας ἢ τὸν ἐχθρὸν γίνεσθαι. (33) Λυμαίνεσθαι δέ, φησί, μὴ, μὴ δὲ  
 25 ἀποιναῖν. ταῦτα δ' ἐστὶ τί; τὸ μὲν δὴ μὴ λυμαίνεσθαι γνώριμον οἷδ' ὅτι πᾶσι μὴ μαστιγοῦν, μὴ δεῖν, μὴ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν λέγει, τὸ δὲ μὴδ' ἀποιναῖν μὴ χρήματα πράττεσθαι. τὰ γὰρ ἀποινα χρήματ' ὠνόμαζον οἱ παλαιοί. (34) Ὁ μὲν δὴ νόμος οὕτω τὸν ἀνδροφόνον  
 631 καὶ τὸν ἐαλωκότεν ἤδη διώρισεν ὡς κολαστέον καὶ οἷ τὴν τοῦ πεπονθότος εἰπὼν πατρίδα, καὶ περὶ τοῦ μηδέν' ἄλλον τρόπον ἢ τοῦτον μηδ' ἄλλοθι πλὴν ἐνταῦθ' ἀντικρυς εἴρηκεν. ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων πολλοῦ γε  
 5 δεῖ διώρισεν, ὅς γε πάντα τούτους τάναντι' εἴρηκεν. γράψας γὰρ « ἐάν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον, ἀγώγιμος ἔστω, » φησί, πανταχόθεν. (35) Τί λέγεις; τῶν νόμων οὐδὲ τοὺς ἐαλωκότες διδόντων ἀπάγειν πλὴν ἐν τῇ ἡμεδαπῇ, σὺ γράφεις ἄνευ κρίσεως τιν' ἀγώγιμον  
 10 ἐκ τῆς συμμαχίδος πάσης καὶ, οὐδ' ἐν τῇ ἡμεδαπῇ ἀγειν κελουόντων τῶν νόμων, σὺ δίδως ἀγειν. καὶ μὴν ἐν γε τῷ ποιεῖν ἀγώγιμον πάνθ', ὅσ' ἀπέειρηκεν ὁ νόμος,  
 15 δέδωκας, χρήματα πράξασθαι, ζῶντα λυμαίνεσθαι, κακοῦν, ἔχοντ' αὐτὸν ἀποκτινύναι. (36) Πῶς οὖν ἂν τις μάλλον ἐλεγχθεῖ παράνομ' εἰρηκῶς ἢ πῶς δεινότερ' ἂν γράφων, ἢ τοῦτον τὸν τρόπον; ὅς δυοῖν ὑποκειμένων ὀνομάτων, κατὰ μὲν τῶν ἐν αἰτία, « ἐάν τις  
 20 ἀποκτείνῃ, » κατὰ δὲ τῶν ἐαλωκόντων, « ἐάν τις ἀνδροφόνος ἦ, » ἐν μὲν τῇ προσηγορίᾳ τὸ τοῦ τὴν αἰτίαν ἔχοντος ἐλαβες ὄνομα, τὴν δὲ τιμωρίαν ἣν οὐδὲ κατὰ τῶν ἐξεληλεγμένων διδάσιν οἱ νόμοι, ταύτην κατὰ τῶν ἀκρίτων ἔγραψας, καὶ τὸ μέσον τούτων ἐξεῖλες.  
 26 Μέσον γὰρ ἐστὶν αἰτίας καὶ ἐλέγχου κρίσις, ἣν οὐδαμῶς γέγραπεν οὗτος ἐν τῷ ψηφίσματι.  
 37. Λέγε τοὺς ἐφεξῆς νόμους.

## ΝΟΜΟΣ.

Ἐάν τις τὸν ἀνδροφόνον κτείνῃ ἢ αἰτίος ἢ φόνου, ἀπεχόμενον ἀγορᾶς ἐφορίας καὶ ἄθλων  
 632 καὶ ἱερῶν Ἀμφικτυονικῶν, ὥσπερ τὸν Ἀθηναῖον κτείναντα, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι, διαγιγνώσκειν δὲ τοὺς ἐφέτας.

Τουτονὶ δεῖ μαθεῖν ὑμεῖς, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν νόμον τί ποτ' ἠβούλεθ' ὁ θεός. ἔψεσθε γὰρ ὡς ἅπαντ' εὖ-

Quid vero dicit? licere et occidere et abducere. (31) Num ad sese, aut quomodo alicui libitum fuerit? minime id quidem. sed quomodo? Ut in axone, inquit, dictum est. Illud vero quid est? Id quod vos omnes scitis. Thesmothetæ eos, qui propter cædem exules sunt, jus habent morte puniendi, annoque superiore vidistis omnes e concione illum ab iis abductum. Ad hos igitur abducere dicit. (32) Hoc vero quid ab illo differt, si quis ad se abduceret? quod qui abducit, Athenienses, ad Thesmothetas, legum potestati facinorosum subjicit, qui ad se ducit, suæ. Illo modo pœnas dare licet, ut lex sancit, hoc, ut illi, qui cepit, libitum est. plurimum autem profecto interest, utrum irrogandæ pœnæ jus penes legem sit, an penes inimicum. (33) Cruciare, inquit, ne liceat, nec redemptionis pretium extorquere. Hæc quid est? non cruciare, quod verbum scilicet omnibus notum est, dicit non flagellare, non vincire, nihil facere ejus generis, sed nec redemptionis pretium extorquere intelligit omnino pecuniam non exigere. redemptionem enim veteres dicebant pecuniam. (34) Ac lex quidem ita, homicida isque jam damnatus quomodo puniendus sit et ubi, definiuit. cæsi patria nominata, etiam non alio modo quam hoc, neque alibi quam hic, aperte dixit. At decreti auctor, multum certe abest, ut quicquam definierit, quum omnia his contraria dixerit. scribens enim « Si quis occiderit Charidemum, abduci eum liceat » dicit, undecunque. (35) Quid ais? quum leges ne damnatos quidem abducere permittant nisi in nostra terra; tu scribis, sine judicio abduci posse aliquem ex omni ditone sociorum, eumque tu agendum permittis, quum neque in nostra jubeant leges agendum. Præterea dum abducendi potestatem facis; omnia, quæ lex vetuit, dedisti, exigere pecuniam, cruciare viventem, affligere, detentum interficere. (36) Et qui evidentius dixisse contraria legibus quisquam convinceretur aut iniquiora scribere, quam in hunc modum? qui, « quum duo nomina proposita sint, contra reos criminis « si quis occiderit, » et contra damnatos « si quis homicida fuerit; » in appellatione, ejus, qui criminis reus est, nomen usurpasti, supplicium vero, quod ne in convictos quidem permittunt leges, id tu in eos, de quibus judicium factum non est, scripsisti, et horum medium exemisti. interjectum est enim inter crimen et probationem judicium, quod nusquam fite scripsit in decreto.

37. Recita sequentes leges.

## LEX.

Si quis autem homicidam ceciderit, aut cædis ei causa fuerit, qui homicida abstinerit foro collimitio et ludis et sacris Amphictyonicis, perinde ac si Atheniensem occidisset, eodem crimine teneatur, Ephetæ autem cognoscant.

Discendum vobis est, Athenienses, quid hujusce legis auctor sibi voluerit. Videbitis enim eum verecunde omnia

λαβῶς διώρισε καὶ νομίμως. (38) « Ἐάν τις ἀποκτείνῃ τὸν ἀνδροφόνον, φησὶν, ἢ αἰτίας ἢ φόνου, ἀπεχόμενον ἀγορᾶς ἐφορίας καὶ ἀθλων καὶ ἱερῶν Ἀμφικτυονικῶν, ὡς περ τὸν Ἀθηναῖον κτείναντα, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι, διαγιγνώσκειν δὲ τοὺς ἐφέτας. » Γί' δὲ ταῦτ' ἐστίν; ἐκεῖνος ᾤετο τὸν πεφευγόντ' ἐπ' αἰτία φόνου καὶ ἐαλωκότα, ἐάνπερ ἀπαξ ἐκφύγη καὶ σωθῆ, εἴργειν μὲν τῆς τοῦ παθόντος πατρίδος δίκαιον εἶναι, κτείνειν δ' οὐχ ὄσιον ἀπανταχοῦ. τί σκοπῶν; ὅτι καὶ τοὺς δεῦρο πεφευγόντας, ἐὰν ἡμεῖς τοὺς ἐτέρως ἀποκτινύωμεν, ἀποκτενοῦσιν ἕτεροι. (39) Εἰ δὲ τοῦτ' ἔσται· ἡ μόνη λοιπὴ τοῖς ἀτυχοῦσιν ἅπασι σωτηρία διαφραρήσεται. ἔστι δ' αὕτη τίς; ἐκ τῆς τῶν πεπονθότων μεταστάνα, εἰς τὴν τῶν μηδὲν ἡδικημένων ἀδελῶς μετοικεῖν. Ἴνα δὲ μὴ τοῦτ' ἢ μὴδ' ἀπέραντοι τῶν ἀτυχημάτων αἱ τιμωραὶ γίνωνται, ἔγραψεν « ἐάν τις τὸν ἀνδροφόνον κτείνῃ, ἀπεχόμενον, φησὶν, ἀγορᾶς ἐφορίας. » τί τοῦτο λέγων; τῶν ὄρων τῆς χώρας. ἐνταῦθα γάρ, ὡς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, τάρχαϊα συνήεσαν οἱ πρόσχωροι παρά θ' ἡμῶν καὶ τῶν ἀστυγειτόνων, θέν ὠνόμακον ἀγορᾶν ἐφορίαν. (40) Καὶ πάλιν « ἱερῶν Ἀμφικτυονικῶν ». τί δὴ ποτε καὶ τούτων ἀπέκλεισε τὸν ἀνδροφόνον; ὅσων τῶ παθόντι ζῶντι με- 633 τῆν, τούτων εἴργει τὸν δεδρακότα, πρῶτον μὲν τῆς πατρίδος καὶ τῶν ἐν ταύτῃ πάντων καὶ ὄσιων καὶ ἱερῶν, τὴν ἐφορίαν ἀγορᾶν ὄρον προσγράψας, ἧς εἴργεσθαι φησιν, εἴτα τῶν ἱερῶν τῶν ἐν Ἀμφικτυοῦσιν. καὶ γὰρ τούτων, εἰ περ ἦν Ἑλλήνων παθῶν, μετῆν αὐτῶν. καὶ ἀθλων. διὰ τί; ὅτι κοινοὶ πᾶσιν εἰσιν οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἀγῶνες, κατὰ δὲ τὴν πάντων μετουσίαν μετῆν καὶ τούτων τῶ πεπονθότι, καὶ τούτων οὖν ἀπεχέσθω. (41) Τούτων μὲν δὲ τὸν εἰργασμένον εἴργει. ἐάν δ' ἔξω τούτων κτείνῃ τις αὐτὸν ἀλλοθὶ που· τὴν αὐτὴν ὑπὲρ αὐτοῦ δίκην δέδωκεν ἦν περ, ἂν τὸν Ἀθηναῖον κτείνῃ. τὸν γὰρ φυγάδα τὸ τῆς πόλεως οὐ προσεῖπεν ὄνομα, ἧς οὐκ ἔστι μετουσία αὐτῶ, ἀλλὰ τὸ τοῦ πράγματος, ᾧ κατέστησεν ἀδύ- 10 τὸν ἐκεῖνος ἔνοχον. καὶ διὰ ταῦτ' ἂν τις ἀποκτείνῃ, φησί, τὸν ἀνδροφόνον. ἐπειπὼν ὦν εἰργόμενον, ἐπὶ τῶ τὴν τιμωρίαν νομίμως ἐπιθεῖναι τὸ τῆς πόλεως ὄνομα ὠνόμασε, τοῖς αὐτοῖς ἐνεχέσθω καθάπερ ἂν τὸν Ἀθηναῖον ἀποκτείνῃ, γράψας ἀνομοίως, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶ τοῦτὶ τὸ ψήφισμα εἰρηκότι. (42) Καίτοι πῶς οὐχὶ δεῖνόν εἰ, ὅς ὁ νόμος δέδωκεν, ἐὰν ὦν εἴπον εἰργωνται, μετ' ἀσφαλείας ζῆν φυγοῦσι, τούτους ἐκδότους τις εἶναι γράφει, καὶ ἀφαιρεῖται τὸ τῆς συγγνώμης 25 ὡφέλιμον, ὃ τοῖς ἀτυχοῦσιν ὑπάρχειν εἰκὸς παρὰ τῶν ἔξω τῶν ἐγκλημάτων ὄντων, ὅτω ποτὲ τῶν πάντων ἀπόκειται, ἀθλον ὄν, μὴ προδήλου τῆς ἐπιούσης τύχης οὐσης ἐκάστω; Καὶ νυνὶ τὸν ἀποκτείναντα Χαρίδημον, ζῆτως ἂν ἄρα τοῦτο γένηται, ἐὰν ἀνταποκτείνωσι τινες 634 λαβόντες ἐκδοτον πεφευγόντα καὶ τῶν νομίμων εἰργόμενον, ἔνοχοι μὲν αὐτοὶ ταῖς φονικαῖς δίκαις ἔσονται, ἔνοχος δὲ σύ. (43) καὶ γὰρ « ἐάν τις αἰτίας ἢ » γέγραπται, ἔση δ' αἰτίας τὴν διὰ τοῦ ψήφισματος ἐξουσίαν 5 δεδωκώς. Οὐκοῦν εἰ μὲν ἔασομεν ὑμᾶς τούτων συμ-

et legitime distinxisse. (38) « Si quis, inquit, homicidam occiderit, aut caedis ei causa fuerit, qui homicida abstinerit foro collimitio et ludis et sacris Amphictyonicis, perinde ac si Atheniensem occidisset, eodem crimine teneatur, Ephetae autem cognoscant. » Quid jam haec sunt? Ille censuit, caedis reum factum et convictum, si semel effugerit atque evaserit, merito quidem ex interfecti patriae eum exterminari, occidi ubicunque esse nefas. Quid spectavit? quod, si nos eos, qui alio se receperint, occideremus, alii perempturi essent eos, qui huc confugerint. (39) Quod si fiet; una reliqua calamitosis omnibus salus tollitur. Ea quae est? quod qui eorum, quos laeserit, patria cesserit, in aliorum ditionem, quibus nullam fecerit injuriam, habitatum tuto commigrat. Id igitur ne accideret, neque infinita calamitatum supplicia existerent, scripsit « Si quis homicidam occiderit, qui abstinerit foro collimitio. » quid hoc sibi vult? finibus regionis. ibi enim (ut mihi videtur) antiquis temporibus conveniebant finitimi et a nobis et a vicinis, unde appellavit forum collimitium. (40) Et rursus « sacris Amphictyonicis. » quamobrem et ab his exclusit homicidam? quarumcunque rerum occisus in vita particeps fuerat, illis caedis auctorem prohibet, primum patria et omnibus, quae in ea sunt, et publicis et sacris, collimitium forum pro termino designans, quo prohibendum eum dicit, deinde sacris Amphictyonicis. nam et horum (si quidem Graecus esset occisus) particeps fuerat. et ludis. quamobrem? quia communes sunt omnibus qui celebrantur in Graecia ludi. a quibus quia nemo excluditur, illorum quoque particeps fuerat occisus ille. etiam his igitur absteineat (41) Itaque his homicidam prohibet. Si vero extra haec occiderit eum aliquis alicubi, idem in eum supplicium constituit, quod, si Atheniensem occidisset. Nam exulem nomine civitatis non appellavit, cujus expers est, sed nomine facinoris, quo ille semetipsum obligavit. propterea « si quis occiderit » inquit « homicidam ». ubi adjecit quibus rebus sit interdictum, ut supplicium ratione legitima infligatur, civitatis nomen posuit his verbis « Perinde ac si Atheniensem occidisset, » dissimili modo, Athenienses, quam huius decreti auctor. (42) An vero non crudele est, si quis hos, quibus lex concessit (modo dictis locis abstineant) in exilio secure vivere, expositos esse scribit, et veniae clementiam tollit, quam calamitosis praestari par est ab his, qui extra crimina sunt, quum, cui tandem omnium illa in tanta rerum futurarum obscuritate reservetur, incertum sit? Nunc igitur interfectorem Charidemi (revera si forte id fiat), si qui vicissim occiderint, nacti expositum, exulem et interdictis lege locis abstinentem, ipsi capitalibus judiciis obnoxii erunt, obnoxii tu. (43) Etenim « Si quis in causa fuerit » scriptum est. eris autem in causa, potestate per decretum data. Proinde ubi acciderint illa, si vos permitt-

βάντων· οὐ καθαρῶς οὖσιν δημοῦ διατρίβομεν. εἰ δ' ἐπέξιμεν· οἷς ἐγνώκαμεν αὐτοὺς τάναντία πράττειν ἀναγκασθησόμεθα. Ἄρα γε μικρὸν ἢ τὸ τυχόν ἐστιν, 10 ὑπὲρ οὗ δεῖ λύσαι τὸ ψήφισμα ἡμᾶς;  
44. Λέγει δὲ τὸν μετὰ ταῦτα νόμον.

## ΝΟΜΟΣ.

Ἐάν τις τινα τῶν ἀνδροφόνων τῶν ἐξεληλυθόντων, ὧν τὰ χρήματα ἐπίτιμα, πέρα ὄρου ἐλαύνῃ ἢ φέρῃ ἢ ἄγῃ· τὰ ἴσα ὀφείλει ὅσα περ, ἂν 15 ἐν τῇ ἡμεδαπῇ δράσῃ.

Ἄλλος οὗτος, ὧς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νόμος ἀνθρωπίνους καὶ καλῶς κείμενος, ὃν παραβὰς οὗτος δημοίως φανήσεται. (45) « Ἐάν τις τινα τῶν ἀνδροφόνων, φησί, τῶν ἐξεληλυθόντων, ὧν τὰ χρήματα ἐπίτιμα ». τῶν ἐπ' 20 ἀκουσίῳ φόνῳ λέγει μεθεστηκότων. τῷ τοῦτο δῆλον; τῷ τ' ἐξεληλυθόντων εἰπεῖν ἀλλὰ μὴ φευγόντων, καὶ τῷ διορίζειν ὧν τὰ χρήματα ἐπίτιμα. τῶν γὰρ ἐκ προνοίας δαδῆμενται τὰ ὄντα. περὶ μὲν δὲ τῶν ἀκουσίῳ ἂν λέγοι. (46) Λέγει δὲ τί; « ἐάν πέρα ὄρου, φησίν, 25 ἐλαύνῃ ἢ φέρῃ ἢ ἄγῃ ». τοῦτο δ' ἐστὶ τί, τὸ πέρα ὄρου; ἔστι πᾶσιν ὄρος τοῖς ἀνδροφόνους τῆς τοῦ παθόντος 635 εἰργεσθαι πατρίδος. ἐκ μὲν δὲ ταύτης δίδωσιν ἐλαύνειν καὶ ἄγειν, πέρα δ', οὐκ ἔξ τούτων οὐδέτερον ποιεῖν. ἐάν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιῇ· τὴν αὐτὴν ἔδωκεν ὑπὲρ αὐτοῦ δίκην ἤνπερ ἂν, εἰ μένοντ' ἡδίκει οἴκοι, γράψας 5 ταῦτ' ὀφείλειν ἄπερ, ἂν οἴκοι δράσῃ. (47) Εἰ δὲ τις ἔροισι Ἀριστοκράτην τουτονί (καὶ μὴ νομίσητ' εὐηθες τὸ ἐρώτημα), πρῶτον μὲν εἰ οἶδεν εἰ τις ἀποκτενεῖ Χαρίδημον ἢ καὶ ἄλλως πως τελευτήσῃ· οὐκ ἂν οἶμαι φαίη θήσομεν τοίνυν ἀποκτείνειν. Πάλιν οἶσθ', ἐκῶν ἢ ἄκων, 10 καὶ ξένος ἢ πολίτης ὁ τοῦτο ποιήσων ἔσται; οὐκ ἔνεστ' εἰπεῖν ὡς οἶσθα. (48) Οὐκοῦν ταῦτα γε δήπου προσήκει προγράψαι, « ἐάν τις ἀποκτείνῃ » γράφοντα, ἄκων ἢ ἐκῶν, ἀδίκως ἢ δικαίως, ξένος ἢ πολίτης, ἐν ὅτῳ ποτὲ 15 τοῦργον ἐπράχθη, τούτῳ τὰς τῶν νόμων ἐπήργε δίκαια, μὴ μὰ Δί' αὐτὸ τὸ τῆς αἰτίας ὄνομα εἰπόντα, ἀνάγκη ἔστω προγράψαι. Τίνα γὰρ σὺ λειοπίτας ὄρον τῷ γράμματι τούτῳ, τοῦ νόμου σαφῶς οὕτως λέγοντος μὴ πέρα ὄρων ἐλαύνειν, ὅς πανταχόθεν δίδως 20 ἄγειν; (49) Ὁ νόμος δ' οὐκ ἐλαύνειν τῶν ὄρων πέρα, ἀλλ' οὐδ' ἄγειν ἔξ. ἐκ δὲ τοῦ σοῦ ψηφίσματος ὁ βουλόμενος ἄξει τὸν ἄκοντ' ἀπεκτονότα, ἔκδοτον λαβῶν, εἰς τὴν τοῦ παθόντος βίαν πατρίδα. Ἄρ' οὐ πάντα συγχεῖς τάνθρώπινα, καὶ ἀφαιρῇ τὴν πρόφασιν μεθ' ἧς ἢ 25 καλόν ἐστιν ἕκαστον τῶν ἔργων ἢ αἰσχρόν; (50) Ὅρατε γὰρ ὡς ἐπὶ πάντων, οὐκ ἐπὶ τῶν φονικῶν μόνον, οὕτω τοῦτ' ἔχει: « ἂν τις τύπτῃ τινά, φησίν, ἀρχῶν χειρῶν ἀδίκων, » ὡς, εἴγ' ἡμίνατο, οὐκ ἀδικεῖ. « ἂν τις κακῶς ἀγορεύῃ, » « τὰ ψευδῆ » προσέθηκεν, ὡς, εἴγε τάληθῃ, ἀγορεύῃ. « ἂν τις ἀποκτείνῃ ἐκ προνοίας, » ὡς εἴγ' ἄκων, οὐ ταῦτόν. « ἂν τις καταβλάψῃ τινά ἐκῶν ἀδίκως ». πανταχοῦ τὴν πρόφασιν βεβαιούσαν τὴν πρᾶξιν εὐρήσομεν. ἀλλ' οὐ σοί, ἀλλ' ἀπλῶς, « ἂν τις ἀπο-

serimus; pollutorum consuetudine utemur. sin perseque-mur; iis, quæ decrevimus, ipsi adversari cogemur. Nunquid igitur parva aut levis causa est, propter quam vos decretum hoc abrogare oportet?

44. Age, recita sequentem legem.

## LEX.

Si quis aliquem homicidam, qui excessit, cujus pecunia non est publicata, ultra terminum agitarit vel spoliaverit quocunque modo; eadem debet, quæ si in ditone nostra hæc commisisset.

Alia hæc, Athenienses, lex est humana et præclara, quam istum pariter neglexisse apparebit. (45) « Si quis, inquit, aliquem homicidam, qui excessit, cujus pecunia non est publicata. » de his loquitur, qui ob cædem fortuitam cesserunt. unde id perspicitur? quod « qui excessit » dixit, non « exulans, » et quod distinguit, « cujus pecunia non est publicata. » nam qui consulto cædem fecerunt, illorum opes publicantur. de fortuitis igitur cædibus dixerit. (46) Quid autem dicit? « Si ultra terminum, inquit, agitarit vel spoliaverit quocunque modo. » Id vero quid est, ultra terminum? Terminus est homicidis omnibus, interfecti patria prohiberi. ex ea igitur concedit pellere et spoliare, ultra vero, neutrum horum concedit. Sin quis aliquem secus fecerit; eadem poena sanxit, qua, si manentem læsisset domi, quum scriperit, eadem eum debere, quæ, si domi hæc commisisset. (47) Si quis igitur Aristocratem istum interrogaret (ne vero ineptam interrogationem esse putate), primum sciatne, fore ut aliquis Charidemum interficiat, an alio quopiam modo sit obiturus; haud opinor se scire dicet. Ponamus autem cædem. rursum, noatine volens an invitus eam quis sit facturus, hospes an civis? scire te, dicere nullo modo potes. (48) Proinde, siquidem scribis « Si quis occiderit » adscribere debebas, invitus aut volens, jure aut injuria, hospes aut civis; ut quisquis tandem facinus commisisset, illi jura constituta legibus parata essent, non autem declarato solo nomine culpæ, « comprehendi liceat » adscribere. Nam quem tu terminum reliquisti scripto isto, quum lex tam manifeste dicat, non ultra terminos exagitandum, quum undecunque rapiendi facultatem concedas? (49) At lex non sinit exagitare ultra terminos, sed ne rapere quidem. e tuo autem decreto quicunque eum, qui cædem invitus fecerit, ejectum nactus, per vim rapiet in patriam interfecti. An non igitur confundis jura humana omnia, et eam causam tollis, cum qua quæque facta vel honesta vel turpia sunt? (50) Videtis enim in omnibus, non in capitalibus tantum legibus, ita esse scriptum: « Si quis, inquit, pulsarit quempiam, non lacessitus injuria », quia, si se defenderit, non peccat. « Si quis convicia dixerit », « falso » adjecit, quia, si vere, licuerit. « Si quis occiderit, consulto, » quia, si invitus, aliud est. « Si quis damnum alicui dederit volens per injuriam ». ubique rem causa confirmari inveniemus. Tibi vero aliter, simpliciter enim, « si quis

5 κτείνη Χαρίδημον, ἀγέσθω », κἄν ἄκων, κἄν δικαίως, κἄν ἀμυνόμενος, κἄν ἐφ' οἷς διδάσασιν οἱ νόμοι, κἄν ἔπωσθῶν.

51. Λέγε τὸν μετὰ ταῦτα νόμον.

NOMOS.

10 Φόνου δὲ δίκας μὴ εἶναι μηδαμοῦ κατὰ τῶν τοὺς φεύγοντας ἐνδεικνύτων : ἐάν τις κατὴ ὅποι μὴ ἔξεστιν.

Ἄλλοι δὲ, ὅσους ἐκ τῶν φονικῶν νόμων παρεγραψάμεν. δεῖ δὲ, ἃ λέγει, σκέψασθαι. « Κατὰ τῶν ἐνδεικνύτων, φησί, τοὺς κατιόντας ἀνδροφόνους 15 ὅποι μὴ ἔξεστι, δίκας φόνου μὴ εἶναι. » ἐνταυθὶ δύο δηλοῖ δίκαια, ἃ παρ' ἀμφοτέρ' οὗτος εἶρηκε τὸ ψήφισμα, ὅτι τ' ἐνδεικνύται δίδωσι τὸν ἀνδροφόνον καὶ οὐκ αὐτὸν ἀγώγιμον οἷχεσθαι λαβόντα, καὶ ὅτι, ἐάν κατὴ τις ὅποι μὴ ἔξεστι, καὶ αὐτὸ τοῦτο δίδωσιν, οὐχ 20 ὅποι βρούλεται τις. (52) Οὐκ ἔξεστι δὲ ποῖ; ἐξ ἧς ἂν φεύγῃ τις πόλεως. ποῦ καὶ σφόδρα σαφῶς τοῦτο δηλοῖ; « ἐάν τις κατὴ » φησὶν. τοῦτο δ' οὐκ ἔστ' ἐπενεργεῖν ἄλλη πόλει πλὴν ἣν ἂν φεύγῃ τις. ὅθεν γὰρ μὴδ' ἐξέ- 25 πεσέ τις τὴν ἀρχήν, οὐκ ἐνὶ δήπου καταλθεῖν εἰς ταύτην. ὁ μὲν τοίνυν νόμος ἐνδείξειν δέδωκε, καὶ ταύτην, « ἂν κατὴ ὅποι μὴ ἔξεστιν », ὁ δ' « ἀγώγιμος ἔστω » γέγραφε κἀντεῦθεν, ὅποι φεύγειν οὐδεὶς κωλύει νόμος.

53. Λέγε ἄλλον νόμον.

NOMOS.

637 Ἐάν τις ἀποκτείνῃ ἐν ἄθλοις ἄκων, ἢ ἐν ὀδῶ καθελῶν ἢ ἐν πολέμῳ ἀγνόησας, ἢ ἐπὶ δάμαρτι ἢ ἐπὶ μητρὶ ἢ ἐπὶ ἀδελφῇ ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, 5 ἢ ἐπὶ παλλακῇ ἢ ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχη τούτων ἕνεκα μὴ φεύγειν κτείναντα.

Πολλῶν, ὧς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νόμων ὄντων, παρ' οὓς εἴρηται τὸ ψήφισμα, παρ' οὐδένα μᾶλλον ἢ παρὰ τοῦτον τὸν ἀνεγνωσμένον νῦν εἴρηται. διδόντος γάρ τοῦ νόμου σαφῶς οὕτως καὶ λέγοντος ἐφ' οἷς ἐξείναι 10 κτεῖναι, οὗτος ἅπαντα παρεῖδε ταῦτα, καὶ γέγραφεν οὐδὲν ὑπειπὼν, ὅπως ἂν τις ἀποκτείνῃ, τὴν τιμωρίαν. (54) Καίτοι σκέψασθε, ὡς δόσιως καὶ καλῶς ἕκαστα διεῖλεν ὁ ταῦτ' ἐξ ἀρχῆς διελών. « Ἐάν τις ἐν ἄθλοις ἀποκτείνῃ τινά, » τοῦτον ὥρισεν οὐκ ἀδικεῖν. διὰ τί; οὐ 15 τὸ συμβᾶν ἐσκέψατο, ἀλλὰ τὴν τοῦ δεδρακότος διάνοιαν. ἔστι δὲ αὕτη τίς; ζῶντα νικῆσαι καὶ οὐκ ἀποκτεῖναι. εἰ δ' ἐκεῖνος ἀσθενέστερος ἦν τὸν ὑπὲρ τῆς νίκης ἐνεργεῖν πόνον, ἑαυτῷ τοῦ πάθους αἴτιον ἡγήσατο, διὸ τιμωρίαν οὐκ ἔδωκεν ὑπὲρ αὐτοῦ. (55) 20 πάλιν « ἂν ἐν πολέμῳ » φησὶν « ἀγνόησας », καὶ τοῦτον εἶναι καθαρὸν. καλῶς, εἰ γὰρ ἐγὼ τίνα τῶν ἐναντιῶν οἰηθείς εἶναι διέφθερα· οὐ δίκην ὑπέχειν ἀλλὰ συγγνώμης τυχεῖν δίκαιός εἰμι. « ἢ ἐπὶ δάμαρτι » φησὶν « ἢ ἐπὶ μητρὶ ἢ ἐπὶ ἀδελφῇ ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, ἢ ἐπὶ πα- 25 λακῇ ἢ ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχη », καὶ τὸν ἐπὶ τού-

Charidemum occiderit, rapiatur, sive invitus, sive jure, sive se defendens, sive ob ea quæ lege conceduntur, sive quocunque modo.

51. Recita sequentem legem.

LEX.

Cædis actiones ne sunt usquam in eos qui exules indicant : si quis eorum redierit quo non licet.

Lex hæc Draconis est, Athenienses, sed etiam reliquæ, quas e capitalibus adscripsi. Consideranda sunt autem ea, quæ dicit. « In eos, qui exules eo, quo non licet, redeunt indicant, actiones cædis ne sunt. » Hic duo jura significat, contra quæ utraque iste decretum fecit. nam eam indicare homicidam permittit, et non sinit eum deprehensum abripi, tum, si quis redierit quo non licet, etiam illud ipsum permittit, non si quis redierit, quocunque voluerit. (52) Quo vero non licet? e qua quis exularit urbe. præterea ubi hoc valde perspicue ostendit? « Si quis redierit » inquit. hoc vero non ad aliam urbem accommodari potest quam ad eam, qua quis exularit. nam e qua quis prorsus non ejectus est, in eam utique restitui non potest. Lex igitur indicandi jus dedit, idque, « si redierit quo non licet », at iste « arripit liceat » inquit, etiam inde, quo exulare lex nulla prohibet.

53. Recita aliam legem.

LEX.

Si quis occiderit in ludis invitus, aut in insidiis pugnave interfecerit non cognoscens, aut deprehensum apud uxorem aut apud matrem aut apud sororem aut apud filiam, aut apud concubinam quam propter ingenuos liberos suscipiendos habeat; ob hæc ne reus agitor cædis.

Quum multæ leges sint, Athenienses, contra quas decretum istud dictum est; nulli tamen magis adversatur, quam huic modo recitata. quoniam enim lex ita palam ea concedit et dicit, ob quæ liceat occidere; iste illa neglexit omnia, et scripsit, nullaque facta exceptione pœnam scripsit, quocunque modo cædes fiat. (54) Atqui considerate, quam sancte et præclare singula distinxerit is, qui primum hæc distinxit. « Si quis in ludis aliquem occiderit, » hunc insontem esse definiit. quamobrem? non eventum consideravit, sed agendi animum. is vero qui fuit? ut viventem superaret, non ut occideret. quod si ille infirmior fuit ad ferendum eum quem victoria requirit laborem; sibi ipsum ejus mali causam extitisse censuit. quapropter ejus necem ulcisci noluit. (55) Rursus « Si in bello » inquit « non cognoscens », et hunc esse purum. præclare. si enim ego hostem esse ratus, quempiam occidero; non dare pœnas, sed veniam impetrare debeo. « aut si deprehensum apud uxorem » inquit « aut apud matrem aut apud sororem aut apud filiam, aut apud concubinam quam propter ingenuos liberos suscipiendos habeat; » etiam eum.

25 των τινι κτείναντ' ἀθῶων ποιεῖ, πάντων γ' ὀρθότατα, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτον ἀφαιεῖ. (56) Τί δὴ ποτε; ὅτι ὑπὲρ ὧν τοῖς πολεμίοις μαχόμεθα, ἵνα μὴ πάσχωσιν  
638 ὑβριστικὸν μηδ' ἀσελγὲς μηδὲν, ὑπὲρ τούτων καὶ τοὺς φίλους, ἐὰν παρὰ τὸν νόμον εἰς αὐτοὺς ὑβρίζωσι καὶ διαφθειρώσιν, ἔδωκεν ἀποκτείνειν. ἐπειδὴ γὰρ οὐ γένος ἐστὶ φίλων καὶ πολεμίων, ἀλλὰ τὰ πραττόμεν' ἐξεργάζεται τούτων ἑκάτερον· τοὺς ἐχθρὰ ποιοῦντας ἐν ἐχθροῦ μέρει κολάζειν ἀπέδωκεν ὁ νόμος. Οὐκ οὖν δεῖνόν, εἰ τοσοῦτων ὄντων ἐφ' οἷς τοὺς ἄλλους ἐξεστίν † ἀποκτινύναι, μόνον ἀνθρώπων ἐκείνων μηδ' ἐπὶ τούτοις ἐξέσται ἀποκτείνειν. (57) Φέρε, ἂν δέ τι  
10 συμβῆ τοιοῦτον ὅσον ἴσως ἤδη τῷ καὶ ἄλλῳ, ἀπαλλαγῆ μὲν ἐκ Θράκης, ἰλλῶν δ' εἰς πόλιν οἰκῆ που, τῆς μὲν ἐξουσίας μηκέτι κύριος ὧν δι' ἧς πολλὰ ποιεῖ τῶν ἀπειρημένων ὑπὸ τῶν νόμων, τοῖς δ' ἔθεισι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις ταῦτ' ἐπιχειρῶν πράττειν· ἄλλο τι ἢ σιγῶντα  
15 δεήσει Χαρίδημον ἐὰν αὐτὸν ὑβρίξειν; οὐ γὰρ ἀποκτείνει γ' ἀσφαλές, οὐδὲ τιμωρίαν λαβεῖν ἦν δίδωσιν ὁ νόμος, διὰ τὸ ψήφισμα τοῦτ'. (58) Καὶ μὴν εἰ τις ἐκεῖν' ὑπολαμβάνει « ποῦ δὲ γένοιτ' ἂν ταῦτα; » τί κωλύει καμὲ λέγειν « τίς δ' ἂν ἀποκτείνει Χαρίδημον; » ἀλλὰ  
20 μὴ τοῦτο σκοποῦμεν, ἀλλ' ἐπειδήπερ ἐστὶ τὸ φεῦγον ψήφισμα οὐκ ἐπ' ἤδη γεγενημένων τινι πράγματι, ἀλλ' ἐπὶ τοιοῦτῳ, ὃ μηδ' εἰ γενήσεται μηδεὶς οἶδε, τὸ μὲν τοῦ μέλλοντος ἔσσεσθαι κοινὸν ἀμφοῖν ὑπαρχέτω, πρὸς δὲ τοῦθ' ὑποθέντες ἀνθρωπίνως τὰς ἐλπίδας οὕτω σκοποῦμεν, ὡς τάχ' ἂν, εἰ τύχοι, καὶ τούτων κακίων συμβάντων. (59) Λύσασαι μὲν τοῖνυν τὸ ψήφισμα, ἂν ἄρα συμβῆ τι παθεῖν ἐκείνῳ, εἰσὶν αἱ κατὰ τοὺς νόμους ὑπὲρ αὐτοῦ τιμωρίαι, ἐῷσι δέ, ἂν ἄρ' ἐκείνος ζῶν ἀδικῆ τινά, ἀνήρηται τοῖς ὑβριζομένοις ἢ μετὰ τῶν  
639 νόμων δίκη. Ὡστε πανταχῆ καὶ ἐναντίον ἐστὶ τοῖς νόμοις τὸ ψήφισμα καὶ λύσαι συμφέροι.

60. Λέγε τὸν μετὰ ταῦτα νόμον.

#### NOMOS.

5 Καὶ ἐὰν φέροντα ἢ ἄγοντα βία ἀδίκως εὐθύς ἀμυνομένης κτείνῃ· νηποίνει τεθνάναι.

Ἄλλα ταῦτα, ἐφ' οἷς ἐξεστὶ κτείνειν. « ἐὰν ἄγοντα ἢ φέροντα βία ἀδίκως εὐθύς ἀμυνομένης κτείνῃ νηποίνει τεθνάναι » κελεύει θεάσασθε πρὸς Διὸς ὡς εὖ : τῶν  
10 μὲν ὑπειπῶν, ἐφ' οἷς ἐξεστὶν κτείνειν, προσγράψαι τὸ « εὐθύς » ἀφεῖλε τὸν τοῦ βουλευέσασθαι τι κακὸν χρόνον. τῶ δ' « ἀμυνομένης » γράψαι δηλοῖ τῶ πάσχοντι διδούς τὴν ἐξουσίαν, οὐκ ἄλλῳ τινί. Ὁ μὲν δὲ νόμος διὰ  
15 ταῦτ' εὐθύς ἀμυνομένης δέδωκεν ἀποκτινύναι, ὃ δ' οὐδὲν εἰρηκεν ἀλλ' ἀπλῶς « ἐὰν τις ἀποκτείνῃ, » κἀν ὡς οἱ νόμοι δίδόασιν. (61) Ἄλλὰ νῆ Δία συκοφαντοῦμεν τὸ πρᾶγμα. τίνα γὰρ οἶσαι ἢ ἀξέει βία ἀδίκως Χαρίδημος; Πάντας ἀνθρώπους, ἵστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι πάντες οἱ στρατεύμ' ἔχοντες, ὧν ἂν οἴωνται κρείττους  
20 ἔσσεσθαι, ἄγουσι καὶ φέρουσι χρήματ' αἰτοῦντες. εἴτ'

qui apud harum aliquam deprehensum occiderit, indemnem facit, omnium quidem justissime, Athenienses, hunc dimittens. (56) Quamobrem tandem? quia, pro quibus cum hostibus dimicamus, ad eos ab omni contumelia et petulantia vindicandos, pro iisdem etiam amicos, si quam contumeliam aut corruptionem iis fecerint, occidere concessit. quum enim non genus aliquod sit amicorum et hostium, sed e factis horum utrumque censeatur; eos qui hostilia faciunt, pro hoste ulcisci lex liberum fecit. Nonne igitur indignum, tot rebus exceptis, ob quas alios occidere licet, solum illum ex omnibus hominibus ne ob hæc quidem occidi licere? (57) Age vero, si tale quid evenerit, quale jam fortasse etiam alii cuiquam, ut Thracia relicta, huc profectus in urbe alicubi habitet, non amplius ea quidem potestate præditus, qua fretus multa committit vetita legibus, sed pro sua consuetudine ac cupiditatibus ea facilitare instituens; nonne oportebit nos Charidemi contumeliam tacitos pati? neque enim tutum est illum occidere, aut eas de illo penas sumere, quas lex concedit, ob decretum istud. (58) Atqui si quis ita objicit « ubi autem ista fierent? » quid me quoque dicere vetat « quis autem occideret Charidemum? » Verum non hoc consideremus, sed quoniam decretum, quod accusatur, ob rem nondum factam scriptum est, sed ob talem, quæ utrum aliquando futura sit, nemo quisquam novit, illa de futuris disputatio communis utriusque relinquatur, et nos (quæ rerum humanarum conditio est) expectationem nostram ad ea sic dirigamus, et statuamus, fortasse, casu aliquo, tam hæc quam illa usu evenire posse. (59) Quod si decretum tolletis; si quid illi forte acciderit, sunt legibus ad necem ejus vindicandam pœnæ sanctæ. sin confirmabit; passis injuriam, si quos ille vivens violarit, præsidia legum eripientur. Itaque decretum hoc omni modo legibus contrarium est et præstat quod abrogatur.

60. Recita sequentem legem.

#### LEX.

Et si quem spoliantem vel grassantem per vim et injuriam statim suæ causa defensionis occiderit; impune occisum esse.

Alia hæc, propter quæ occidere licet. « Si quem spoliantem vel grassantem per vim et injuriam statim suæ causa defensionis occiderit; impune occisum esse » jubet. Videle quaeso quam bene: quod præfatus quum esset, ob quæ occidere liceret, adscripsit « statim », sustulit mali aliquid consulendi tempus. et quia scripsit « suæ causa defensionis », significat se læso dare potestatem, non alii cuiquam. Lex igitur hæc hisce de causis statim ulciscenti occidendi licentiam dedit, at iste nihil dixit, sed simpliciter « si quis occiderit, » etiam si fecerit ut leges permittunt. (61) At per Jovem nos rem per calumnias exaggeramus. in quem enim grassabitur vi, injuste, Charidemus? In omnes homines. nostis enim scilicet hoc, ab omnibus, qui habent exercitum, eos quibuscunque putant esse fortiores, solere exa-

οὐ δεινόν, ὡ γῆ καὶ θεοί, καὶ φανερώς παράνομον, οὐ μόνον παρὰ τὸν γεγραμμένον νόμον ἀλλὰ καὶ παρὰ τὸν κοινὸν ἀπάντων ἀνθρώπων, τὸν ἀγοντα ἢ φέροντα  
 25 βία ταῖμα ἐν πολεμίου μοίρῃ μὴ ἐξεῖναι μοι ἀμύνεσθαι, εἴγε μηδὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἐξέσται Χαρίδημον ἀποκτείνειν, ἀλλ' ἐὰν ἀδικῶν ἀγῆ καὶ φέρῃ βία τὰ τινας ληϊζόμενος, ἀγωγίμος ὁ κτείνας ἔσται, τοῦ νόμου διδόντος, ἐὰν ἐπὶ τούτοις, ἀθῶιον εἶναι;  
 62. Λέγε τὸν μετὰ ταῦτα νόμον.

## ΝΟΜΟΣ.

640 Ὅς ἂν ἀρχων ἢ ιδιώτης αἴτιος ἢ τὸν θεσμόν συγχυθῆναι τὸνδε, ἢ μεταποιήσῃ, αὐτὸν ἀτιμον εἶναι καὶ παῖδας [ἀτίμους] καὶ τὰ ἐκείνου.

5 ἤκούσατε μὲν τοῦ νόμου λέγοντος ἀντιφρυς, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, « ὅς ἂν ἀρχων ἢ ιδιώτης αἴτιος ἢ τὸν θεσμόν συγχυθῆναι τὸνδε, ἢ μεταποιήσῃ, αὐτὸς ἀτιμος ἔστω καὶ οἱ παῖδες καὶ τὰ ἐκείνου. » Ἄρ' οὖν μικρὰν ἢ φαύλην πρόνοιαν ἔχειν ὑμῖν ὁ θεὸς τὸν νόμον δοκεῖ,  
 10 ὅπως κύριος ἔσται καὶ μήτε συγχυθῆσεται μήτ' αὐτὸς μεταποιήσεται; ἀλλ' Ἀριστοκράτης οὕτωσι μικρὰ φροντίσας αὐτοῦ μεταποιεῖ καὶ συγχεῖ. τί γὰρ ἄλλ' ἐστὶ τὸ μεταποιεῖν ἢ ὅταν ἐξω τῶν τεταγμένων δικαστηρίων καὶ ὄρων, ὧν εἰργεσθαι δεῖ, διδῶ τις τὰς τιμωρίας, καὶ τὸ λόγου τυχεῖν ἀναιρῶν ἐκδότους ποιῆ; τί δ' ἄλλο τὸ συγχεῖν ἢ θταν ἐξῆς οὕτωσι πάντα ἀναντία τῶν ἐν τοῖς νόμοις τις γεγραμμένων γράφῃ;

63. Οὐ τοίνυν τούτους μόνον τοὺς νόμους, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλους πολλοὺς οὐδὲ οὐ παραγεγραμμένα διὰ τὸ πλῆθος. ἀλλ' ἐν κεφαλαίῳ λέγω: ὅποσοι νόμοι περὶ τῶν φονικῶν δικαστηρίων εἰσὶ, καλεῖσθαι λέγοντες, ἢ μαρτυρεῖν, ἢ διόμνησθαι τοὺς ἀγωνιζομένους, ἢ ἀλλ' ὅτιοῦν προστάττοντες, πάντας ὑπερβέβηκε τούτους καὶ πᾶσιν ἐναντίον εἰρηκε τὸ ψήφισμα τουτί. οὐ γὰρ οὐ κλησις, [οὐ κρίσις,] οὐ μαρτυρία συνειδότης, οὐ διωμοσία, ἀλλ' ἀπ' αἰτίας εὐθὺς ἢ τιμωρία γεγραπται, καὶ αὕτη, ἣν ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι, τί ἂν ἄλλο τις εἴποι; καίτοι ταῦτα πάντ' ἐπὶ  
 641 πέντε δικαστηρίοις γίγνεται προστεταγμένα τοῖς νόμοις. (64) Νῆ Δία, ἴσως εἴποι τις ἄν, ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐδενός ἐστ' ἄξια, οὐδὲ δικαίως εὐρημένα, ἀ δ' ἔγραψεν οὗτος, δίκαια καὶ καλά. Ἀλλὰ τούναντίον τούτου μὲν τοῦ ψηφίσματος οὐκ οἶδ' εἴ τι δεινότερον γέγονε πώποτε ἐν ὑμῖν, τούτων δὲ τῶν πάντων, ὅπως ἐστὶ δικαστήρι' ἐν ἀνθρώποις, οὐδὲν οὔτε σεμνότερον οὔτε δικαιότερον φανήσεται. Βούλομαι δ' εἰπεῖν διὰ βραχείων, ἀ καὶ ζῆλόν τινα καὶ τιμὴν φέρεται τῇ πόλει βῆθέντα, καὶ ἡδίους ἔσεσθ' ἀκούσαντες. ἀρξομαι δ'  
 10 ἐντεῦθεν, ὅταν μάλιστα μαθήσεσθε, ἐπὶ τὴν δωρεὰν ἐπανεληθῶν ἢ τῷ Χαρίδημῳ δέδοται.

65. Ἡμεῖς, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Χαρίδημον ἐποιήσαμεθα πολίτην, καὶ διὰ τῆς δωρεᾶς ταύτης μετεδώκαμεν αὐτῷ καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων καὶ νομίμων καὶ πάν

gitari, ut pecuniam pendant. An non igitur, o dii immortales, indignum est et legibus manifeste contrarium, non solum scriptas, sed et communi omnium hominum, qui meas res vi hostili more deprædatur, eum non licere mihi ulcisci, siquidem ne hoc quidem modo licebit Charidemum occidere, sed si per injuriam vi auferat et abducat res alterius deprædans, qui eum occiderit, abducendus erit. lege largiente, si propter hæc id fiat, impunitatem?

62. Recita sequentem legem.

## LEX.

Quicumque magistratus aut privatus auctor fuerit hujus Thesmi perfringendi, vel mutaverit, ignominia notetur tum ipse tum liberi tum res ejus publicandæ.

Audistis, Athenienses, legem plane dicentem: « quicumque magistratus aut privatus auctor fuerit hujus Thesmi perfringendi, vel mutaverit, ignominia notatur tum ipse tum liberi tum res ejus publicandæ. » Num igitur parum aut leviter cavisse videtur legislator, ut lex hæc rata esset, utque nec perfringeretur nec iterum mutaretur? At Aristocrates iste parum ea curata mutat et perfringit. nam quid aliud est mutare quam quum extra ordinaria judicia et limites, quibus homicidam prohiberi oportet, supplicia concedit aliquis, et causæ dictione adempta expellit? quid porro aliud est perfringere, quam si quis sic deinceps omnibus, quæ legibus continentur, contraria scribit?

63. Non solum igitur has leges, Athenienses, violavit, sed alias quoque multas, quas propter multitudinem non adscripsimus. sed in summa sic dico: quæcunque leges ad rerum capitalium judicia pertinent, ac vel citari, vel testem esse, vel adversarios dejerare, vel quidvis aliud præstare jubent, eas omnes violavit et contra eas omnes hoc decretum dixit. nam ubi non citatio, non testimonium conscii, non juramentum, sed statim a crimine pœna perscripta est, eaque velita legibus, quid aliud quispiam dicat? atqui hæc omnia in quinque judiciis fiunt, mandata legibus. (64) Sane per Jovem, dixerit forsitan aliquis, at hæc nullius pretii sunt, neque recte excogitata, sed quæ iste scripsit, justa et præclara sunt. Imo contra an decreto isto apud vos unquam quicquam sit factum indignius, haud scio, his vero judiciis inter omnia, quæ in terris sunt, nullum neque gravius neque justius reperietur. Breviter autem ea dicam, quorum commemoratio nostræ civitati laudis aliquid et honoris parit, et quibus auditis vos oblectabimini. inde ducto exordio, unde vos maxime rem intelligetis, revertar ad id, quod Charidemo datum est, præmium.

65. Nos Athenienses, Charidemum civem fecimus, at que per id beneficium eum in societatem recepimus sacrorum, sanctorum, legum, rerum denique omnium quibus



των ὄσων παρ αὐτοῖς μέτεστιν ἡμῖν. Πολλὰ μὲν δὴ παρ' ἡμῖν ἐστὶ τοιαῦτα, οἳ οὐχ ἐτέρωθι, ἐν δ' οὖν ἰδιώ-  
 τῶν πάντων καὶ σεμνότετον, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δι-  
 20 καστήριον, ὑπὲρ οὗ τοσαῦτ' ἐστὶν εἰπεῖν καλὰ παραδε-  
 δομένα καὶ μυθώδη, καὶ ὧν αὐτοὶ μάρτυρές ἐσμεν, ὅσα  
 περὶ οὐδενὸς ἄλλου δικαστηρίου· ὧν ὡς περὶ δείγματος  
 ἕνεκ' ἀξίον ἐστὶν ἐν ἡ δὴ ἀκοῦσαι. (66) Τοῦτο μὲν  
 τοῖνον τὰ παλαιά, ὡς ἡμῖν ἀκούειν παραδέδοται, ἐν  
 μόνῳ τούτῳ τῷ δικαστηρίῳ δίκας φόνου θεοὶ καὶ  
 25 βούναι καὶ λαβεῖν ἤξιωσαν καὶ δικασταὶ γενέσθαι δι-  
 νεχθεῖσιν ἀλλήλοισι, ὡς λόγος, λαβεῖν μὲν Ποσειδῶν  
 ὑπὲρ Ἀλιφρόθιου τοῦ υἱοῦ παρὰ Ἄρεως, δικάσαι  
 δ' Εὐμενίσι καὶ Ὀρίστῃ οἱ δώδεκα θεοί. Καὶ τὰ  
 μὲν δὴ παλαιὰ ταῦτα, τὰ δ' ὕστερον : τοῦτο μόνον  
 τὸ δικαστήριον οὐχὶ τύραννος, οὐκ ὀλιγαρχία, οὐ δη-  
 642 μοκρατία τὰς φονικὰς δίκας ἀφαιλέσθαι τετόλμηκεν,  
 ἀλλὰ πάντες ἀσθενέστερον ἂν τὸ δίκαιον εὑρεῖν ἤγουν-  
 5 ται περὶ τούτων αὐτοὶ τοῦ παρὰ τούτοις εὐρημέτου δι-  
 καστοῦ. πρὸς δὲ τούτοις τοιοῦτοις οὖσιν, ἐνταυθοῖ μόν-  
 ον οὐδεὶς πάποτε, οὔτε φεύγων ἄλους οὔτε διώκων  
 ἤτηθεις, ἐξήλεγξεν ὡς ἀδίκως ἐδικάσθη τὰ κριθέντα.  
 (67) Ταύτην τοῖνον τὴν φυλακὴν καὶ τὰς ἐν ταύτῃ  
 νομίμους τιμωρίας παραβάς ὁ γράφων τὸ ψήφισμα τοῖ  
 10 ζῶντι μὲν ἐξουσίαν γέγραφε τῷ Χαριδῆμῳ ποιεῖν ὅ τι  
 ἂν βούληται, παθόντος δὲ τι τοῖς οἰκείοις συκοφαντίαν  
 δέδωκεν. σάψασθε γὰρ οὕτωςι : ἵστε δήπου τοῦθ'  
 ἅπαντες, ὅτι ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, οὗ δίδωσιν ὁ νόμος καὶ  
 κελύει τοῦ φόνου δικάζεσθαι, πρῶτον μὲν διομεῖται  
 15 κατ' ἐξουσίας αὐτοῦ καὶ γένους καὶ οἰκίας ὅ τιν' αἰτιώ-  
 μενος εἰργάσθαι τι τοιοῦτον, (68) εἴτ' οὐδὲ τὸν τυ-  
 χόντα τιν' ὄρκον τοῦτον ποιήσει, ἀλλ' ὅν οὐδεὶς  
 ἄμυσιν ὑπὲρ οὐδενὸς ἄλλου, στὰς ἐπὶ τῶν τομίλων κά-  
 πρου καὶ κριοῦ καὶ τάρου, καὶ τούτων ἐσφαγμέ-  
 20 νων ὅψ' ὧν δεῖ καὶ ἐν αἷς ἡμέραις καθήκει, ὥστε καὶ  
 ἐκ τοῦ χρόνου καὶ ἐκ τῶν μεταχειριζομένων ἅπαν, ὅσον  
 ἐσθ' ὄσιον, παρῆχθαι. Καὶ μετὰ ταῦτα, ὁ τὸν τοιοῦτον  
 ὄρκον ὁμομακῶς οὕτω πεπίστευται, ἀλλ' ἐὰν ἐξαλεγχθῆ  
 μὴ λέγων ἀληθῆ, τὴν ἐπιορκίαν ἀπενεγκάμενος τοῖς  
 25 ἑαυτοῦ παισὶ καὶ τῷ γένει πλεον οὐδ' ὀτιοῦν ἔξει.  
 (69) Ἐὰν δὲ δόξῃ τὰ δίκαι' ἐγκαλεῖν καὶ ἔλθῃ τὸν δε-  
 δρακάτα τοῦ φόνου· οὐδ' οὕτω κύριος γίνεσθαι τοῦ ἀλό-  
 ντος, ἀλλ' ἐκείνου μὲν οἱ νόμοι κύριοι κολάσαι καὶ οἷς  
 προστέτακται ταῦτα, τῷ δ' ἐπιδείν διδόντα δίκην ἔξε-  
 643 σθαι, ἢν ἔταξεν ὁ νόμος, τὸν ἀλόντα, πέρα δ' οὐδὲν  
 τούτου. Καὶ τῷ μὲν διώκοντι ὑπάρχει ταῦτα, τῷ δὲ  
 φεύγοντι τὰ μὲν τῆς διωμοσίας ταῦτα, τὸν πρότερον δ'  
 6 ἔξεστιν εἰπόντα λόγον μεταστῆναι, καὶ οὐθ' ὁ διώκων  
 οὐθ' οἱ δικάζοντες οὐτ' ἄλλος ἀνθρώπων οὐδεὶς κύριος  
 κολῶσαι. (70) Τί δή ποτ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ' οὕτως  
 ἔχει; ὅτι οἱ ταῦτ' ἐξ ἀρχῆς τὰ νόμιμα διαθέντες, ὅτι-  
 10 νές ποτ' ἦσαν, εἴθ' ἤρωες εἴτε θεοί, οὐκ ἐπέθεντο τοῖς  
 ἀτυχημασιν, ἀλλ' ἀνθρωπίνως ἐπακούφισαν, εἰς ὅσον  
 εἴγε καλῶς, τὰς συμφορὰς. Ταῦτα μέντοι πάνθ'  
 οὕτω καλῶς καὶ νομίμως ἔχονθ' ὁ γράφων τὸ ψήφισμα

ipsi fruimur. Sunt autem apud nos ejus generis multa,  
 quæ nusquam alibi, unum vero maxime proprium et inter  
 cetera gravissimum, Areopagi judicium, de quo vobis tol  
 præclara suppetunt tum tradita fabulosaque tum nostris  
 testimoniis confirmata, quot de nullo alio judicio. ex quibus  
 unum atque alterum veluti ad specimen exhibendum  
 audire fuerit operæ pretium. (66) Partim igitur sunt anti-  
 qua, ut ea nobis tradita sunt. in hoc solo judicio dii jus  
 de cæde dare et accipere voluerunt, et judices sibi esse in-  
 ter sese, ut ferunt, dissentientibus, Neptunus a Marte acci-  
 pere ob Halirrhothium filium, et Furis ac Oresti jus dicere  
 duodecim dii. Ac vetera quidem hæc sunt, sed postera  
 hæc : solum hoc judicium non tyrannus, non paucorum  
 dominatus, non populi auctoritas capitalibus causis dijudi-  
 candis spoliare sustinuit, sed omnes sese ipsos de hisce  
 controversiis infirmius jus, quam ab his inventum sit, ex-  
 cogitatos credunt. Quæ quum ita sint, hoc etiam ac-  
 cedit, quod hinc nemo unquam, vel reus damnatus vel ac-  
 cusator superatus, ostendit sententiam perperam esse la-  
 tam. (67) Hoc igitur præsidium civitatis et in eo legitimas ul-  
 tiones neglexit istius decreti scriptor et Charidemo vivent  
 licentiam dedit faciendi quicquid ejus libido tulerit, sin  
 quid ei accidisset, necessaris ejus calumniarum ansas sup-  
 peditavit. Sic enim considerate : scitis hoc nimirum  
 omnes, in Areopago, ubi lex de cæde agi concedit et jubet  
 primum in exitium sui ipsius et gentis et familiæ suæ ju-  
 ratum esse eum qui aliquem talis facinoris criminatur,  
 (68) deinde non vulgare aliquod hoc jusjurandum eum  
 daturum, sed quale nemo in ulla re alia jurat, insistentem  
 consecratis carnibus apri et arietis et tauri, iisque mactatis  
 tum a quibus oportet tum illis diebus quibus convenit,  
 ut et a tempore et ab hominibus tractantibus omne jus  
 fasque præstetur. Tum quamquam se tali juramento obli-  
 gavit, nondum tamen habetur illi fides, sed si mendacii  
 convictus fuerit, perjurii exitium mercedem auferens, suis  
 liberis et genti nihil quidquam lucrabitur. (69) Sin jure ac-  
 cusasse videatur et reum cædis perpetratæ convicerit, ne sic  
 quidem damnatum in sua potestate habet, sed infligendi sup-  
 plicii auctoritas penes leges est et eos quibus hoc est man-  
 datum, interesse autem spectaculo supplicii, quod damna-  
 tum ex lege sequitur, licet illi, nec præter id quicquam  
 amplius. Et hæc sunt quæ ad accusatorem pertinent,  
 reus autem juramentum eodem modo præstat, licet autem  
 ei ratione priore loco dicta solum vertere, id quod neque  
 accusator neque judices neque alius hominum quisquam  
 prohibere potest. (70) Quamobrem tandem, Athenienses,  
 hæc sic administrantur? Quia qui hæc instituta primi sic  
 ordinarunt, quicumque tandem fuerunt, sive heroes sive  
 dii, non involarunt in casus infaustos, sed humaniter,  
 quoad ejus honeste fieri potuit, sablevarunt calamitates.  
 Atqui hæc omnia tam præclare et sancte constituta istius

τοῦτ' παραβεβηκώς φαίνεται. ἐν γὰρ οὐδ' οἷον ἐν  
15 τοῦτων ἐν τῷ ψήφισμασι τῷ τούτου. Καὶ πρῶτον  
μὲν παρ' ἑνὸς τούτου τοῦ δικαστηρίου καὶ [παρὰ]  
τοὺς γεγραμμένους νόμους † καὶ ἄγραφα νόμιμα τὸ  
ψήφισμα εἴρηται.

71. Δεύτερον δ' ἕτερον δικαστήριον τὸ τῶν ἀκου-  
20 σίων φόνων φανήσεται συγγένων, τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ,  
καὶ τοὺς παρὰ τούτῳ νόμους παραβαίνων. καὶ γὰρ  
ἐνταῦθ' ὑπόκειται πρῶτον μὲν διωμοσία, δεύτερον δὲ  
λόγος, τρίτον δὲ γνώσις τοῦ δικαστηρίου, ὧν οὐδὲν  
25 ἔστιν ἐν τῷ τούτου ψήφισματι. ἂν δ' ἄλλῳ καὶ δοκῇ  
τοῦργον εἰργάσθαι· οὐθ' ὁ διώκων τοῦ δεδρακότος κύ-  
ριος οὐτ' ἄλλος οὐδεὶς πλὴν ὁ νόμος. (72) Τί οὖν ὁ  
νόμος κελεύει; « τὸν ἀλόνητα ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ ἐν τισιν  
εἰρημένοις χρόνοις ἀπελθεῖν τακτὴν ὁδὸν καὶ φεύγειν,  
644 ἔξω ἂν αἰδέσθαι τινα τῶν ἐν γένει τοῦ πεπονθότος. »  
τηνικαῦτα δ' ἤκειν δέδωκεν ἔστιν ὅν τρόπον, οὐχ ὅν  
ἂν τύχη, ἀλλὰ καὶ θῆσαι καὶ καθαρθῆναι καὶ ἄλλ'  
5 ἅττα διείρηκεν ἢ χρῆ ποιῆσαι, ὁρθῶς, ὡς ἄνδρες Ἀθη-  
ναῖοι, πάντα ταῦτα λέγων ὁ νόμος. (73) Καὶ γὰρ τὸ  
τῶν ἀκουσίων ἐλάττω τὴν τιμωρίαν ἢ τῶν ἐκουσίων  
τάξει δίκαιον, καὶ τὸ παρασχόντ' ἀσφάλειαν ἀπελθεῖν  
οὕτω προστάττειν φεύγειν ὁρθῶς ἔστιν ἔχον, καὶ τὸ  
10 τὸν κατιόνθ' ὄσιοῦν καὶ καθαίρεσθαι νομίμοις τισί,  
καὶ τὸ τοὺς νόμους κυρίους ἀπάντων εἶναι, καὶ πάντα  
ταῦτ' ἔχει καλῶς. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα δικαίως οὕτω  
διορισθένθ' ὑπὸ τῶν ἐξ ἀρχῆς νομοθετησάντων παρέδωκε  
γράφων τὸ ψήφισμα οὕτως. Ταῦτα μὲν δὴ δύο τηλι-  
15 καῦτα καὶ τοιαῦτα δικαστήρια καὶ νόμιμα ἐκ παντὸς τοῦ  
χρόνου παραδεδομέν' οὕτως ἀναιδῶς ὑπερπεπήδηκεν.

74. Τρίτον δ' ἕτερον πρὸς τοῦτοις δικαστήριον, ὁ  
πάντων ἀγνώτατα τούτων ἔχει καὶ φρικωδέστατα, ἂν  
τις ὁμολογῇ μὲν κτεῖναι, ἐνόμῳ δὲ φῆ δεδρακέναι.  
20 τοῦτο δ' ἔστι τὸ ἐπὶ Δελφίνῳ. δοκοῦσι γὰρ μοι, ὡς  
ἄνδρες δικασταί, ζητῆσαι τοῦτο πρῶτον ἀπάντων οἱ  
περὶ τούτων ἐν ἀρχῇ τὰ δίκαια ὁρίσαντες, πότερ' οὐδένα  
χρῆ φόνον ὄσιον εἶναι νομίζειν ἢ τινὰ γ' ἔσθ' ὄσιον νο-  
μιστέον, λογιζόμενοι δ' ὅτι μητέρ' Ὀρέστης ἀπεκτονὸς  
25 ὁμολογῶν θεῶν δικαστῶν τυχὼν ἀποφυγάνει, νομίσει  
δίκαιόν τιν' εἶναι φόνον. οὐ γὰρ ἂν τὰ γε μὴ δίκαια  
θεοῦ ψήφισασθαι. ὡς δὲ τοῦτο ἐνόμισαν, γράφουσιν  
ἤδη καὶ διορίζουσι σαφῶς ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτινύναι.  
645 (75) Ἄλλ' οὐχ' οὗτος οὐδὲν ἀφείλεν, ἀλλ' ἀπλῶς,  
« ἐάν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον, » κἂν δικαίως, κἂν ὡς  
οἱ νόμοι διδόασιν, ἔκδοτον ποιῇ. καίτοι πᾶσιν εἰσι  
πράγμασι καὶ λόγοις δύο προσθήκαι, ἡ τοῦ δικαίου καὶ  
5 ἀδίκου. ἃς ἅμα μὲν ταῦτο πρᾶγμα οὐδὲν ἂν δύναίτο  
σχεῖν οὐδὲ λόγος οὐδεὶς (πῶς γὰρ ἂν δίκαια ἅμα ταῦτα  
καὶ μὴ γένοιτο;) τὴν ἑτέραν δ' ἕκαστον ἔχον δοκιμάζε-  
ται, κἂν μὲν τὴν ἀδικὸν φανῇ, πονηρὸν κρίνεται, ἂν  
δὲ τὴν δικαίαν, χρηστὸν καὶ καλόν. Σὺ τοίνυν οὐδε-  
10 τέραν προσέθηκας τούτων, « ἂν τις ἀποκτείνῃ » γράζων.  
ἀλλ' ἀόριστον εἰπὼν αὐτὴν τὴν αἰτίαν, καὶ μετὰ ταῦτ'

† Scrib. τὰ γεγραμμένα (deleto νόμους)

decreti scriptorem violasse constat. nam ne una quidem  
vel minima talium conditionum in decreto istius continetur.  
Ac primum contra unius hujus judicii tum scripta  
tum non scripta instituta decretum hoc dictum est.

71. Deinde judicium alterum de caedibus fortuitis pro-  
nuntiare solitum, ad Palladium inquam, et leges ibi re-  
ceptas eum transgredi apparet. nam ibi quoque usitatum  
est primo juramentum, deinde oratio, tum cognitio judi-  
cium, quorum in istius decreto nihil est. sin quis damnatur  
et commississe facinus videtur; neque accusator neque  
quisquam alius in facinorosum potestatem habet nisi lex.  
(72) Quid igitur lex jubet? « Fortuitæ caedis damnatum certo  
quodam tempore in certa via abire et exulare, dum aliquem  
e perempti genere placarit. » tum vero redire concessit  
certo quodam ritu, et non fortuito, sed et rem divinam  
facere et expiari et alia quaedam facienda clare jussit,  
recte, Athenienses, hæc omnia dicens lex. (73) Nam et non  
voluntariorum facinorum minorem poenam, quam voluntariorum,  
sancire justum est, et concessa discedendi impunitate,  
ita demum exilium jubere recte est provisum; et ab exilio  
redeuntem piaculare sacrificium facere et purgari certis ritibus,  
et omnem auctoritatem penes leges esse, postremo omnia hæc  
præclare constituta sunt. Quæ iste universa tanta æquitate a  
primis legislatoribus descripta decreto isto scribendo neglexit.  
Hæc igitur duo tanta et talia judicia atque instituta ab omni  
tempore recepta tam impudenter transiit.

74. Præter hæc tertium aliud est judicium omnium horum  
augustissimum maximique terroris, si quis occidisse fateatur,  
id tamen secundum leges se fecisse dicat. est autem hoc ad  
Delphinium. Nam mihi videntur, iudices, hi, qui primum  
hisce de rebus jura sancere, præ omnibus hoc spectasse,  
utrum nullam caedem esse licitam, an aliquam caedem  
facere fas esse sit existimandum, considerantes autem  
Orestem interfecta matre, quum id confiteretur, per deos  
iudices absolutum esse, statuisse caedem aliquam esse justam.  
neque enim deos injuste quicquam pronunciasse. quia vero  
sic senserunt; jam scribunt et aperte definiunt quibus de  
causis occidere liceat. (75) At iste nihil quicquam excepit,  
sed simpliciter, « si quis occiderit Charidemum, » sive jure,  
sive ut leges permittunt, ejicit. Atqui omnes actiones et  
verba duas habent appendices, juris et injuriæ, quas simul  
eadem actio nulla potest habere neque ullum verbum.  
nam qui simul eadem et justa et injusta fiant? sed quum  
alterutram quodlibet habeat, exploratur, et si injustam  
habere appareat; improbum judicatur. sin justam; bonum  
et honestum. Tu vero neutram harum apposuisti, quum  
scriberes « si quis occiderit. » sed crimine ipso sine finitione  
nominalo et postea statim addito abducendum esse,

εὐθὺς προσγράψας ἀγώγιμον εἶναι, τρίτον τοῦτ' δικαστήριον καὶ τὰ τούτου νόμιμα παραβητικῶς φαίνει.

76. Τέταρτον τοίνυν ἄλλο πρὸς τούτοις, τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ. τοῦτο δ' ἐστίν, ἐὰν λίθος ἢ ξύλον ἢ σίδηρος ἢ τι τοιοῦτον ἐμπεσὼν πατάξῃ, καὶ τὸν μὲν βαλόντ' ἀγνοῇ τις, αὐτὸ δ' εἶδῃ καὶ ἔχῃ τὸ τὸν φόνον εἰργασμένον, τούτοις ἐνταῦθα λαγχάνεται. Εἰ τοίνυν τῶν ἀψύχων καὶ μὴ μετεχόντων τοῦ φρονεῖν οὐδὲν ἐσθ' ὄσιον, τοιαύτην ἔχον αἰτίαν, ἔἴην ἀκριτον· ἢ που τὸν γ' ἀδικούντα μὲν οὐδὲν, ἐὰν τύχῃ, θήσω δ' ἀδικούντα, ἀλλ' ἀνθρώπων γ' ὄντα καὶ μετεληφῶτα τῇ τύχῃ τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως, ἀνόσιον καὶ δεινὸν ἀνευ λόγου καὶ ψήφου ποιεῖν ἐκδοτὸν ἐπ' αἰτία τοιαύτη.

77. Ἐτι τοίνυν πέμπτον δικαστήριον ἄλλο θεάσασθ' οἷον ὑπερβέβηκε, τὸ ἐν Φρεαττοῖ. ἐνταῦθα γὰρ, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κελεύει δίκας ὑπέχειν ὁ νόμος, ἐὰν τις ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ πεφηνῶς, μήπω τῶν ἐκβαλλόντων αὐτὸν ἡδεσμένον, αἰτίαν ἔχῃ ἐτέρου φόνου ἐκουσίου. καὶ οὐχ, ὅτι δεῦρ' οὐχ οἷόν τ' εἶθιεν αὐτῷ, παρῆιδεν αὐτὸν ὁ ταῦθ' ἕκαστα τάξας, οὐδ', ὅτι καὶ πρότερόν τι τοιοῦτον ἐποίησε, καὶ δὴ τὴν ἁμοίαν ἐποίησατο πιστὴν αἰτίαν κατ' αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸ τ' εὐσεβὲς εὔρεν ὅπως ἔσται, κακείνων οὐκ ἀπειστέρησε λόγου καὶ κρίσεως. (78) Τί οὖν ἐποίησεν; ἤγαγε τοὺς δικάσσοντας ὅτι προσελθεῖν οἷόν τ' ἐκείνω, τῆς χώρας ἀποδείξας τόπον τιν' ἐν Φρεαττοῖ καλούμενον, ἐπὶ θαλάττῃ. Εἶθ' ὁ μὲν ἐν πλοίῳ προσπλεύσας λέγει, τῆς γῆς οὐχ ἀπτόμενος, οἱ δ' ἀκροῶνται καὶ δικάζουσιν ἐν τῇ γῇ. καὶ μὲν ἄλλω· τὴν ἐπὶ τοῖς ἐκουσίοις φόνοις δίκην ἔδωκε δικαίως. ἐὰν δ' ἀποφύγῃ ταύτης μὲν ἀθῶος ἀφίεται, τὴν δ' ἐπὶ τῷ πρότερον φόνῳ φυγὴν ὑπέχει. (79) Τίνος οὖν ποδ' ἕνεκα ταῦθ' οὕτω διεσπούδασαι; ἴσον ἤγειτ' ἀσέδημ' ὁ ταῦτα διαίρων τὸν τ' ἀδικούντ' ἔἴην καὶ τὸν ἀναίτιον ἐκδιδόναι πρὸ δίκης. Καίτοι, εἰ περὶ τῶν ἀνδροφόνων τῶν ἡδὴ κεκριμένων τσσαύτη σπουδῇ, ὅπως λόγου καὶ κρίσεως καὶ πάντων ὅπως ἐστὶ δίκαια τεύζονται περὶ τῶν ἕστερον αἰτιῶν ἢ που περὶ γε τοῦ μήθ' ἐλαωκότος μήτ' ἐγνωσμένου, πότερον δέδρακεν ἢ οὐ καὶ πότερ' ἄκων ἢ ἐκών, πάνδεινον γράφειν ὡς ἐκδοτέον τοῖς ἐγκαλοῦσιν.

80. Ἐτι τοίνυν ἐστὶν ἕκτη τιμωρία πρὸς ἀπάσαις ταύταις, ἣν ἁμοίως παραβὰς γέγραφε τὸ ψήφισμ' οὗτοσί: εἰ πάντα ταῦτά τις ἠγνόηκεν, ἢ καὶ παρεληλύθασιν οἱ χρόνοι, ἐν οἷς ἔδει τούτων ἕκαστα ποιεῖν, ἢ 647δ' ἄλλο τι οὐχὶ βούλεται τούτους τοὺς τρόπους ἐπεξίεναι, τὸν ἀνδροφόνον δ' ὄρῃ περιόντ' ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ κατὰ τὴν ἀγοράν ἀπάγειν ἔξεστιν εἰς τὸ δεσμοκτήριον, οὐκ οἶκαδε, οὐδ' ὅποι βούλεται, ὥσπερ σὺ δέδωκας. 8 καὶ ἀνταῦθ' ἀπαχθεῖς, οὐδ' ὅτιον, πρὶν ἂν κριθῇ, πείσεται, ἀλλ' ἐὰν μὲν ἄλλω, θανάτῳ ζημιωθήσεται, ἐὰν δὲ μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων ὁ ἀπαγαγὼν, χιλίας προσφλήσει. (81) Ἄλλ' οὐχ οὗτος ἔγραψε 10 ταῦτα, ἀλλὰ τὸν μὲν, ἀθῶον αἰτιάσασθαι, τὸν δὲ, ἀκριτον παραχρῆμ' ἐκδιδέσθαι. ἐὰν δὲ τις ἀνθρώπων

tertium hoc iudicium et hujus instituta te violasse constat.

76. Jam præter hæc quartum aliud, ad Prytaneum. id vero est, si lapis aut lignum aut ferrum aut tale quippiam delapsum percusserit, atque aliquis ignoret, a quo ea res conjecta sit, ipsam vero norit et habeat qua cædes facta est, his rebus in hoc loco iudicium datur. Quod si res inanimatas rationisque prorsus expertes hoc crimine reas nefas habetur non adducere in iudicium; multo certe magis eum, qui nihil fortasse deliquerit, sed ponam deliquisse, at hominem tamen et dedm voluntate communis nostræ naturæ participem, nefas et indignum fuerit sine defensione et iudicio talis criminis gratia ejicere.

77. Jam porro quale aliud quintum iudicium violarit, spectate, Phreatteum. in quo, Athenienses, causam dicere lege jubetur, si quis ob cædem fortuitam in exilium profectus, nondum conciliatis vindictibus, alterius cædis voluntariæ accusatus sit. Non ideo, quia illi huc venire non licet, eum neglexit is qui hæc singula ordinavit, nec propterea, quod prius etiam tale quid commiserit, proli-nus simile crimen contra eum satis esse probatum censuit, sed eam rationem invenit, qua et pietati consuleret, et illum nec defensione nec iudicio privaret. (78) Quid igitur fecit? iudicatos adduxit, quo illi accedere fas erat, designato quodam regionis nostræ loco, qui Phreattens appellatur, ad mare. post illæ nave accedens causam dicit terra non contacta, illi in terra auscultant et iudicant. si convincitur; pœnas luit cædi voluntariæ constitutas merito. sin absolvitur; indemnus ejus criminis abit, et exilium ob priorem cædem sustinet. (79) Qua igitur gratia tanto studio tractata sunt hæc omnia? paris impietatis accuratos harum legum scriptore esse censuit vel sontem abire sinere vel insontem ejicere ante iudicium factum. Atqui si tantum stadium adhibetur de homicidis, de quibus jam est iudicatum, ut de criminibus post objectis se purgare, venire in iudicium et omnem æquitatem consequi possint; iniquissimum profecto fuerit de non convicto, re non explorata, utrum fecerit necne, utrum invitus an volens fecerit, scribere, dedendum eum esse accusatoribus.

80. Sexta porro ulciscendi ratio restat præter has omnes, qua itidem præterita decretum scripsit iste: si quis hæc ignoravit omnia, aut etiam tempora, quibus hæc singula facienda fuissent, præteriere, aut si alia quapiam de causa his modis suum jus persequi non vult, et homicidam in templis et per forum obambulantem videt; abducere illum licet in carcerem, non domum, neque quo libitum est, id quod tu concessisti. eoque abductus, ante latam sententiam nihil omnino patietur, sed convictus morte punietur, et si accusator quintam sententiarum partem non tulerit, mille drachmas insuper solvet. (81) At non hæc iste scripsit, sed alterum insontem criminandum, alterum indemnatum statim dedendum esse. Quod si quis hominum aut etiam

ἢ καὶ ὅλη πόλις τοσούτοις νομίμοις ἀναιρουμένοις ὅσοις ἐγὼ διεξελήλυθα, καὶ τοσούτοις δικαστηρίοις καταλυομένοις ὅσοις εἶρηκα, ἃ θεοὶ κατέδειξαν καὶ μετὰ 15 ταῦτ' ἄνθρωποι χροῦνται πάντα τὸν χρόνον, βοηθήσῃ, καὶ τὸν ὑβριζόμενον καὶ παρανομούμενον ἀφελῆται· ἔκαστον δὲ ἔγραψεν εἶναι, καὶ οὐδὲ τούτῳ λόγον οὐδὲ κρίσιν πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ τοῦτον εὐθύς ἀνευ κρίσεως κολάζει. Πῶς ἂν ἡ δεινότερον γένοιτο, ἢ παρανομώ- 20 τερον τοῦτου ψήφισμα;

82. Ἄρα τις ἤμῃν ἐτι λοιπός ἐστι νόμος; δεῖξον. οὐ- τοσί. λέγε τοῦτον.

## ΝΟΜΟΣ.

Ἐάν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ· ὑπὲρ τοῦτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν 25 ἡ δίκας τοῦ φόνου ὑπόσχωσιν ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδώσιν. τῆν δὲ ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή.

Πολλῶν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καλῶς ἐχόντων νόμων οὐκ οἶδ' εἰ τινοσ ἤττον οὕτος ἔχει καλῶς καὶ δικαίως ὁ 648 νόμος. σκέψασθε γὰρ ὅς νομίμως καὶ σφόδρ' ἀνθρωπίνως κείναι. (83) « Ἐάν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ » φησίν. πρῶτον μὲν δὴ τοῦτο προσγράψας τὸ βιαιῶς σύμβολον πεποίηκεν, ᾧ γινώσκομεν ὅτι, ἂν ἀδίκως, 5 λέγει. ὑπὲρ τοῦτου φησὶ τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἡ δίκας τοῦ φόνου ὑπόσχωσιν ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδώσιν. σκοπεῖσθε, ὡς καλῶς. πρότερον μὲν ὑποσχεῖν δίκας ἀξιοῖ, μετὰ ταῦτα δὲ, ἂν τοῦτο μὴ βούλωνται, προσέταξεν ἐκδοῦναι. ἐάν δὲ 10 μηδέτερον τούτων ἐθέλωσι· τάνδροληψίῳ φησιν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή. (84) Παρὰ τοίνυν ὅλον τοῦτον τὸν νόμον εἶρηται τὸ ψήφισμα. πρῶτον μὲν γὰρ, « ἐάν τις ἀποκτείνῃ » γράφω, οὐ προσέγραψεν ἀδίκως 15 οὐδὲ βιαιῶς οὐδ' ὄλωσ οὐδέν. εἶτα πρὸ τοῦ δίκην ἀξιώσαι λαβεῖν εὐθύς ἔγραψεν ἀγώγιμον εἶναι. πρὸς δὲ τοῦτοις ὁ μὲν νόμος, ἂν μήτε δίκας ὑπόσχωσι παρ' οἷς ἂν τὸ πάθος γένηται, μήτε τοὺς δεδρακότας ἐκδώσι, κελεύει κατὰ τούτων εἶναι μέχρι τριῶν τάνδροληψίον, (85) 20 ὁ δὲ τούτους μὲν ἀθῶους παρήκε καὶ οὐδὲ λόγον πεποιήται περὶ αὐτῶν οὐδένα, τοὺς δὲ τὸν ἤδη πεφευγότα (θῆσω γὰρ οὕτω) κατὰ τὸν κοινὸν ἀπάντων ἀνθρώπων νόμον, ὃς κείναι τὸν φεύγοντα δέγεσθαι, ὑποδεξαμέ- 25 νοις ἑκαστόνδους εἶναι γράφει, ἐάν μὴ τὸν ἰκέτην ἐκδο- τον διδώσιν. Οὐκοῦν καὶ τῷ μὴ προσθεῖναι πῶς, « ἐάν ἀποκτείνῃ », καὶ τῷ μηδεμίαν κρίσιν εἰπεῖν, καὶ τῷ μὴ δίκας αἰτεῖν, καὶ τῷ πανταχόθεν διδόναι λαβεῖν, καὶ τῷ τοὺς ὑποδεξαμένους ἀλλὰ μὴ παρ' οἷς ἂν τὸ 649 πάθος γένηται κολάζειν, καὶ πᾶσιν οὕτως φανερώς καὶ παρὰ τοῦτον εἶρηκε τὸν νόμον.

86. Λέγε δὴ τὸν ἐφεξῆς.

## ΝΟΜΟΣ.

5 Μηδὲ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ ἐξεῖναι θεῖναι, ἐάν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίους.

toa civilis tot instituta a me enumeratis, ne destruantur, et tot judiciis a me recensitis, ne dissolvantur, quæ et ostensa divinitus et ab omni ævo ab hominibus usurpata sunt, opituletur, et enim, qui per injuriam et contra leges violeetur, eripiat; fœderibus exclusum esse scripsit, et huic insuper neque defensionis neque judicii copiam fecit, sed et hunc statim sine judicio punit. Quodnam decretum isto crudelius aut iniquius excogitari possit?

82. Estne adhuc nobis aliqua lex reliqua? ostende. Hæcce est. Recita hanc.

## LEX.

Si quis violenta morte occubuerit; in ejus ultionem cognatis corpora pignerare liceat, donec aut cædis jus præbuerint aut homicidas tradiderint. capiendis autem corporum pignoribus ad tertium usque progredi, ultra, nefas.

Quum leges, Athenienses, præclaræ multæ sint; haud scio an ulla huic vel præstantia vel æquitate sit præferenda. considerate enim, quam legibus convenienter et quanta humanitate sit condita. (83) « Si quis » inquit « violenta morte occubuerit ». Primum igitur quia adscripsit « per vim, » significat intelligendum esse, si per injuriam sit occisus. propterea cognatis pignora dicit capere licere, donec aut cædis jus præbuerint aut homicidas tradiderint. Considerate quam bene. prius jus præbendum esse vult, tum autem, si nolint, tradendos eos instituit. sin horum utrumque detrectent; pignora licere capi usque ad tres, non ultra. (84) Contra totam igitur legem hanc decretum dictum est. primum enim « si quis occiderit » scribendo non adscripsit injuste aut violenter, nihil omnino. deinde priusquam jus exigi jussisset, statim scripsit « licere abduci ». Præterea lex, si nec jus præbuerint hi apud quos facta cædes est, nec santes tradiderint, contra hos pignora capere ad tres concedit, (85) at iste hos crimine liberavit et nullam prorsus eorum fecit mentionem, sed eos, qui jam exulantem (ponam enim hoc) secundum omnium hominum communem legem, quæ rata est, ut exul recipiatur, receperint, societate fœderum excludit, ni supplicem dederint. Proinde tum quia non apposuit quo modo, sed « si quis occiderit » dixit, tum quia judicium non nominat, tum quia jus peti non jubet, tum quia dat undique comprehendendi facultatem, tum quia eos, qui receperint, non eos, apud quos facta cædes fuerit, punit, et ut in summa dicam rebus omnibus tam aperte hanc quoque legem violavit.

86. Age sequentem recita.

## LEX.

Neque fas esto legem de viro ferre, nisi eandem de omnibus Atheniensibus.

Ἔστι μὲν οὐκ ἐτί τῶν φονικῶν ἔδε ὁ νῦν ἀνεγνωσμέ-  
 νος νόμος, ὃ ἄνδρες δικασταί, οὐδ' ὅτι οὖν δ' ἤττον ἔχει  
 καλῶς, εἴπερ καὶ ἄλλος τις. ὥσπερ γὰρ τῆς ἄλλης  
 10 πολιτείας ἴσον μέτεστιν ἑκάστῳ, οὕτως ᾤετο δεῖν καὶ  
 τῶν νόμων ἴσον μετέχειν πάντας ὁ θεὸς αὐτόν, καὶ διὰ  
 ταῦτ' ἔγραψε « μηδὲ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ ἐξεῖναι θεῖναι,  
 ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐφ' ἅπασιν Ἀθηναίους ». Ὅποτε  
 τοῖνον τὰ ψηφίσματα δεῖν κατὰ τοὺς νόμους ὁμολογεῖται  
 15 γράφειν· ἡ γράφων ἰδίᾳ τι Χαριδῆμῳ τοιοῦτον, ὃ μὴ  
 πᾶσι καὶ ἡμῖν ἔσται, σαφῶς καὶ παρὰ τοῦτον ἂν εἰρη-  
 κῶς εἴη τὸν νόμον. οὐ γὰρ δήπου, ὃ μὴδὲ νομοθετεῖν  
 ἔξεστι, ταῦτ' ἐν ψηφίσματι γράψας τις ἔννομ' ἂν εἰρη-  
 κῶς εἴη.

87. Λέγε τὸν μετὰ ταῦτα νόμον. ἢ οὗτοι πάντες  
 εἰσίν;

20

## ΝΟΜΟΣ.

Ψήφισμα δὲ μηδὲν, μήτε βουλῆς μήτε δήμου,  
 νόμου κυριώτερον εἶναι.

Κατάθου. Πάνυ μικρὸν ὑπεληφά μοι τὸν λόγον,  
 ὃ ἄνδρες δικασταί, καὶ βράδιον εἶναι περὶ τοῦ παρὰ τοῦ-  
 25 τὸν εἰρησθαι τὸν νόμον τοῦ ψήφισμα. ὅς γὰρ ὑπαρχόν-  
 των τοσοῦτων νόμων πάντας ὑπερβάς τούτους γέγραφέ  
 τι καὶ κατέλειπεν ἴδιον πρᾶγμα ψηφίσματι, τοῦτον τί  
 τις ἄλλο ποιεῖν φήσει πλὴν ψήφισμα νόμου κυριώτερον  
 ἀξιοῦν εἶναι;

650 88. Βούλομαι τοῖνον ἡμῖν καὶ ἐν ἡ δύο ψηφίσματα  
 δεῖξαι τῶν γεγραμμένων τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐεργεταῖς  
 τῆς πόλεως, ἐν' εἰδῆτε, ὅτι βράδιον ἔστι γράφειν τὰ  
 δίκαια, ὅταν αὐτοῦ τίς ἐνεκα τούτου γράφῃ, τοῦ τιμῆ-  
 σαί τινα καὶ μεταδοῦναι τῶν ἡμῖν ὑπαρχόντων, καὶ  
 5 μὴ διὰ τοῦ ταῦτα δοκεῖν ποιεῖν βούληται κακουργεῖν  
 καὶ παρακρούεσθαι. Λέγε τὰ ψηφίσματα ταυτί. ἀλλ'  
 ἵνα μὴ μακρὸν ἀκούειν ἡμῖν ἦ, ἐξ ἑκάστου τῶν ψηφι-  
 σμάτων αὐτὸ τοῦτ' ἐξελεχταί, περὶ οὗ τούτου κατη-  
 10 γορῶ. λέγε.

## ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ.

90. Ὅραθ' ὅτι πάντες, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν αὐ-  
 τὸν τρόπον γεγράφασι, « ἔστω, φησίν, ὑπὲρ αὐτοῦ ἡ  
 αὐτῆ τιμωρία, καθάπερ ἂν τὸν Ἀθηναῖον ἀποκτείνῃ »,   
 15 κυρίως μὲν εἰσὶντες τοὺς περὶ τούτων ὑπαρχόντας ἡμῖν  
 νόμους, σεμνοὺς δ' ἀποφαίνοντες, οἳ γ' ἐν δωρεᾷς ἐποιή-  
 σαντο τάξει τὸ τούτων μεταδοῦναι. ἀλλ' οὐκ Ἀριστο-  
 κράτης, ἀλλὰ προπηλακίζει μὲν καθ' ὅσον δύναται  
 20 τούτους (ὡς γοῦν οὐδενὸς ἀξίων ἰδιόν τι γράφειν ἐπεχει-  
 ρησε), μικρὰν δ' ἀποφαίνει κάκεινην τὴν δωρεάν, ἣ τὴν  
 πολιτείαν δεδώκατε τῷ Χαριδῆμῳ. ὅς γὰρ, ὡς ἀγαπών-  
 των τοῦθ' ἡμῶν καὶ προσοφελόντων χάριν αὐτῷ, γέ-  
 25 γραψε καὶ πρὸς φυλάττειν ἡμᾶς ἐκεῖνον, ὅπως ἀδεῶς ὃ τι  
 ἂν βούληται ποιῆ, πῶς οὐ τοῦθ' ὃ λέγω διαπράττεται;

90. Οὐκ ἀγνοῶ τοῖνον, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι, ὡς  
 μὲν οὐ παρὰ τοὺς νόμους φανερώς γέγραψε τὸ ψήφισμα,  
 Ἀριστοκράτης οὐχ ἔξει δεῖξαι, ὃ δὲ δεινότατον πάν-  
 651 των ἔστι, τὸ μηδεμίαν κρίσιν ἐν παντὶ ποιῆσαι τῷ

Hæc lex modo recitata, iudices, non jam est e capitali-  
 bus, sed prorsus, si qua alia, præclara. nam ut reliquæ ci-  
 vilitatis quisque particeps est, ita legum quoque omnibus  
 æquam partem esse tribuendam censuit legislator; propter-  
 eaque scripsit « nefas esto legem de viro ferre, nisi eandem  
 de omnibus Atheniensibus. » Quando igitur in confesso  
 est decreta secundum omnes leges roganda esse; qui Cha-  
 ridemo tale quid privatim rogavit, quod non omnibus vobis  
 quoque ex æquo tribui poterat, is perspicuo hanc quoque le-  
 gem violaverit. neque enim profecto, quas nec legibus  
 sanciri fas est, ea decreto inscribens quis legitima dixerit.

87. Recita sequentem legem. an istæ omnes recitatæ  
 sunt?

## LEX.

Decretum nullum, vel senatus vel populi, potius  
 habeatur lege.

Depone. Brevi omnino et facili oratione mihi opus esse  
 puto, iudices, ut ostendam hanc legem isto decreto esse  
 violatam. Nam qui, legibus vis omnibus, quarum tanta  
 multitudo est, violatis, rogavit aliquid et inclusit rem pri-  
 vatam decreto, eum quid aliud facere statuendum est,  
 quam postulare ut decretum lege potius habeatur.

88. Ostendam autem vobis et unum atque alterum decre-  
 tum ex iis, quibus viri de republica vere bene meriti sunt  
 ornati, ut intelligatis, facile esse æqua rogare, quum ob  
 illud ipsum aliquis rogat, ut honor alicui habeatur utque in  
 nostrarum opum societatem recipiatur, et non per speciem  
 talium honorum aliquid improbi conari et decipere studet.  
 Lege decreta hæc. sed ne prolixitas auscultationis molesta  
 vobis sit, e singulis decretorum id ipsum est electum, de  
 quo istum accuso. Lege.

## DECRETA.

89. Videtis, Athenienses, omnes eodem scripsisse modo,  
 « eadem, inquit, afficiatur pœna, qua, si Atheniensem occi-  
 disset. » valere illi receptas leges vestras sinunt, easdem-  
 que magni faciunt, quum honorificum esse existiment  
 earum participem fieri. Aliter Aristocrates, qui has, quan-  
 tum potest, contemnit (quasi hæ nullius pretii sint, pri-  
 vati aliquid rogare instituit) atque illud quoque munus,  
 quo civitate Charidemum donastis, extenuat. nam qui,  
 quasi vos hoc sitis contenti et majorem gratiam insuper de-  
 beat, illud quoque insuper rogavit, ut illum custodiat, ut  
 illi quicquid libet, impune liceat, nonne id molitur quod  
 ego dico?

90. Neque vero ignoro. Athenienses, decretum hoc legi-  
 bus non palam esse contrarium, haudquaquam ostensurum  
 esse Aristocratem, sed quod est omnium indignissimum,  
 quod in toto decreto nulla iudicii in tali crimine potesta-

ψηφίσματι τοιαύτης αἰτίας, τοῦθ' ὑφαιρείσθαι πειρά-  
σεται. ἐγὼ δὲ περὶ αὐτοῦ τούτου πολλὰ μὲν λέγειν  
8 οὐκ οἴομαι δεῖν, ἐκ δὲ τοῦ ψηφίσματος αὐτοῦ δεῖξω  
σαφῶς οὐδ' αὐτὸν τοῦτον ἡγούμενον εἶναι κρίσιν οὐδε-  
μίαν τῶ τῆν αἰτίαν ἔχοντι. (91) Γέγραφε γὰρ « ἐάν  
τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον, ἀγώγιμος ἔστω, ἐάν δέ τις  
ἀφελῆται ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης, ἔκσπονδος ἔστω, » οὐκ  
10 ἐάν μὴ παράσχῃ εἰς κρίσιν τὸν ἀφαιρεθέντα, ἀλλ'  
ὄλως εὐθύς. Καίτοι, εἴγ' ἐδίδου κρίσιν ἢ μὴ ἀφρηί-  
το, τότε ἂν προσέγραψε κατὰ τῶν ἀφελομένων τὴν τι-  
μωρίαν, ὅπότ' εἰς τὴν κρίσιν μὴ παρέσχον θν ἐξεί-  
λοντο.

92. Οἴομαι τοίνυν αὐτὸν κακείνον εἶρειν τὸν λόγον,  
15 καὶ σφοδρὰ ταύτῃ ζητήσιν ἐξαπατᾶν ὑμᾶς, ὡς « ἀκυ-  
ρόν ἐστι τὸ ψήφισμα, προθύλευμα γὰρ ἔστιν, ὁ νόμος  
δ' ἐπέτεια κελεύει τὰ τῆς βουλῆς εἶναι ψηφίσματα,  
ὥστε, κὰν αὐτοῦ νῦν ἀποψηφίσθητε, ἢ γε πόλις φλαῦρον  
ὠδὲν πείσεται κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦτο. » (92) Ἐγὼ δὲ  
20 πρὸς ταῦτ' οἴομαι δεῖν ὑμᾶς ἐκεῖν' ὑπολαμβάνειν, ὅτι  
τοῦτο τὸ ψήφισμα ὅπως ἔγραψεν οὐχ ἴν' ὄντος ἀκύρου  
μηδὲν ἀγῆδες ὑμῖν συμβῆ (τὴν ἀρχὴν γὰρ ἐξῆν αὐτῶ μὴ  
γράφειν, εἴγε τὸ βελτιστον τῇ πόλει σκοπεῖν ἢ βούλετο),  
25 ἀλλ' ἴν' ἐξαπατηθέντων ὑμῶν διαπράξαιτό τινες τάναν-  
τία τοῖς ὑμῖν συμφέρουσιν. Οἱ δὲ γραψάμενοι καὶ  
χρόνους ἐμπούσαντες καὶ δι' οὗς ἀκυρόν ἐστιν, ἡμεῖς  
ἐσμέν. ἀποπον δὴ γένοιτ' ἄν, εἰ, ὧν ἡμῖν χάριν εἰκὸς  
ὑπάρχειν, ταῦτα τούτοις εἰς σωτηρίαν ὑπάρξειεν. (94)  
32 Ἔτι τοίνυν οὐδ' ἀπλοῦν τοῦθ' ὁύτως ἔστιν, ὡς τις οἴε-  
ται. εἰ μὲν γὰρ μηδεὶς ἄλλος ἦν ὅστις ἡμελλεν ὁμοίως  
τούτῳ τῶν συμφερόντων ὑμῖν ὀλιγωρήσας γράφειν ἴσως  
ἂν ἦν τοῦτο. νῦν δ' ὄντων οὐκ ὀλίγων οὐχὶ καλῶς ἔχει  
5 μὴ λῦσαι τὸ ψήφισμα ὑμῖν. τίς γὰρ οὐ γράψει γε θαρ-  
βῶν πάλιν, ἢνίκα ἂν ἦ τοῦτ' ἀποπεφυγός; τίς δ' οὐκ  
ἐπιψηφίει; τίς δὲ γράφεται; Οὐ τοίνυν τοῦτο σκεπτέον,  
εἰ τοῦτ' ἐστὶν ἀκυρον τοῖς χρόνοις, ἀλλ' ἐκεῖνο, ὅτι  
τῇ περὶ τούτου ψήφῳ, νῦν ἐάν ἀποψηφίσθητε, τοῖς  
10 ἀδικεῖν βουλησομένοις αὐθις ὑμᾶς ἀδειαν δώσετε.

95. Οὐ τοίνυν οὐδ' ἐκεῖνό με, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,  
λεληθεν, ὅτι ἀπλῆν μὲν οὐδὲ δικαίαν οὐδ' ἡντινοῦν ἀπο-  
λογίαν Ἀριστοκράτης ἐξειλέγειν, παραγωγὰς δὲ τοιαύτας  
15 τινὰς εἶρει, ὡς ἄρα πολλὰ τοιαῦτα ἤδη γέγονε ψηφίσμα-  
τα πολλοῖς. Ἔστι δ' οὐδὲν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο  
σημεῖον τοῦ τοῦτον ἔνομο' εἰρηκέναι. πολλαὶ γὰρ προ-  
φάσεις εἰσι δι' ἃς κολλάκις ὑμεῖς ἐξηπάτησθε. οἶον, εἴ τι  
τῶν ἐαλωκότων ψηφισμάτων παρ' ὑμῖν μὴ ἐγράφη κύριον  
ἂν δῆπουθεν ἦν. καὶ μὴν παρὰ τοὺς νόμους γ' ἂν εἴρη-  
το. (96) Καὶ εἰ τι γε γραφέν, ἢ καθυφέντων τῶν κα-  
τηγόρων ἢ μὴ δυνηθέντων μηδὲν διδάξει, ἀπέφυγε·  
καὶ τοῦτ' οὐδὲν κωλύει παράνομον εἶναι. οὐκ ἄρ'  
25 εὐροκοῦσιν οἱ δικάσαντες αὐτό; ναί. πῶς; ἐγὼ διδάξω.  
Γνώμη τῇ δικαιοτάτῃ δικάσειν ὁμωμόκασιν, ἢ δὲ τῆς  
γνώμης ὀδῆα, ἀφ' ὧν ἂν ἀκούσωσι, παρίσταται. ὅτε  
τοίνυν κατὰ ταύτην ἔθεντο τὴν ψήφον· εὐσεβοῦσιν. (97)  
Πᾶς γὰρ ὁ μήτε δι' ἔχθραν μήτε δι' εὐνοίαν μήτε δι'

tem dedit, hoc suffurari conabitur. de quo ipso ego multa  
mihi verba esse facienda non puto, quum ex ipsius decreto  
evidenter possim ostendere, ne ipsum quidem istam exi-  
stimare ullam hujus criminis reo dari judicii potestatem.  
(91) Scripsit enim « Si quis occiderit Charidemum, eum  
abduci liceat, quem si quis eripuerit, sive civitas sive  
privatus, foederibus excludatur », non si ereptum judicio  
non stiterit, sed omnino statim. Atqui si judicium daret,  
aut potius non tolleret, tum poenam in assertores adscri-  
pisset, quum, quem eripuissent, judicio non stitissent.

92. Arbitror praeterea eum illud quoque dicturum, et  
hac parte obnixè daturum operam, ut fucum vobis faciat :  
« irritum esse decretum, quod senatusconsultum praevium  
sit, legem autem jubere, senatusconsulta valere annum,  
itaque, tametsi nunc ipsum absolutis, nihil tamen incom-  
modi ex decreto hoc peressuram rempublicam. » (93) Ego  
vero vobis contra hoc illud opponendum esse censeo, hoc  
decretum ab isto esse scriptum non ut eo irritum manente nihil  
vos incommodi sentiretis (licuisset enim ei omnino nihil  
scribere, si spectare voluisset, quid esset e republica),  
sed ut vobis deceptis quidam ea, quae cum vestris utilita-  
tibus pugnant, perficerent. Qui autem accusarint et rem  
distulerint et effecerint ne ratum esset, hi nos sumus.  
Absurdum igitur esset, quarum rerum gratia nobis debetur,  
eas istis saluti esse. (94) Praeterea neque ita simplex  
hoc est, ut aliquis existimat. Nam si nemo esset alius,  
istius exemplo, neglecto commodo vestro scripturus; for-  
tasse posset ferri hoc. nunc, quia tales non pauci sunt,  
non decet vos decretum istud non solvere. quis enim non  
seculo animo denuo rogabit certe, si hoc fuerit absolutum?  
quis non in suffragia mittet? quis accusabit? Non igitur hoc  
spectari debet, temporibusne hoc sit irritum, sed illud,  
vos, si vestra sententia decretum hoc nunc absolvetis,  
his, qui denno nocere vobis volent, impunitatem daturus.

95. Neque illud me latet, Athenienses, Aristocratem  
simplicem et veram et qualemcunque defensionem non ha-  
bere, sed tales quasdam ludificationes quaesiturum : « decreta  
hujus generis multa jam et multis esse facta ». Id vero,  
Athenienses, nullo argumento est istum consentanea dixisse  
legibus. multae sunt enim causae propter quas vos saepe si-  
tis decepti. veluti, si quod e damnatis decretis apud vos non  
fuisset accusatum; ratum utique fuisset, et tamen contra  
leges dictum esset. (96) Etiam si quod accusatum et vel  
praevicariis accusatoribus vel facultate destitutis causae  
explicandae est absolutum; etiam hoc legibus esse contra-  
rium, nihil prohibet. non igitur, qui de eo sententiam  
dixere, jusjurandum servarunt? imo. quomodo? id ego  
docebo. Se animo religiosissimo pronuntiaturos jurarunt,  
sed animi opinio ex his, quae audierint, exoritur. eam in  
judicando quum sequuntur; jusjurandum servant. (97)  
Quisquis enim neque odio neque benivolentia neque alia

653 ἄλλην ἀδικον πρόφασιν μηδεμίαν, παρ' ἃ γινώσκει, θέμενος τὴν ψῆφον εὐσεβεῖ. εἰ γὰρ ἠγνόησέ τι διδασκόμενος τοῦ μὴ συνείναι δικὴν οὐκ ὀφείλει δοῦναι. ἀλλ' εἰ τις εἰδὼς ἐκεῖνο προδέδωκεν, ἢ ἔξαπατᾷ· οὗτος  
 5 ἔστ' ἐνοχος τῇ ἀρχῇ. διόπερ καταρτᾶται καθ' ἐκάστην ἐκκλησίαν ὁ κῆρυξ οὐκ εἰ τις ἐξηπατήθησαν, ἀλλ' εἰ τις ἔξαπατᾷ λέγων ἢ βουλὴν ἢ δῆμον ἢ τὴν ἡλιαίαν.  
 (98) Μὴ δὴ τοῦθ' ὑμῖν ἔατε λέγειν, ὡς γέγονεν, ἀλλ' ὡς ἔστι δίκαιον γίνεσθαι, μηδ' ὡς ἕτεροι δικάσαντες ἐκύρωσαν ἐκεῖνα, ἀλλ' ὑμᾶς αὐτοὺς ἀξιοῦτε διδάσκειν ὡς  
 10 δικαιότερ' ἡμῶν περὶ τοῦδε λέγουσιν. εἰ δὲ τοῦτο μὴ δυνήσονται· οὐκὶ καλῶς ἔχειν ὑμῖν ἠγοῦμαι τὴν ἐτέρων ἀπάτην κυριωτέραν ποιήσασθαι τῆς ὑμετέρας αὐτῶν  
 15 γνώμης. (99) Ἐτι τοίνυν ἔμοιγε δοκεῖ καὶ σφόδρ' ἀναιδέης ὁ τοιοῦτος εἶναι λόγος, ὡς γέγονε καὶ πρότερόν τισιν ἄλλοις τοιαῦτα ψηφίσματα. οὐ γὰρ, εἰ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτ' ἐμιμήσω, διὰ τοῦτ' ἀποφεύγειν σοι προσήκει, ἀλλὰ τούναντίον πολὺ  
 20 μᾶλλον ἀλλοχεῖσθαι διὰ ταῦτα. ὥσπερ γὰρ, εἰ τις ἐκείνων ἐάλω, σὺ τὰδ' οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως, ἂν σὺ νῦν ἄλλως, ἄλλος οὐ γράψει.

100. Ὡς μὲν τοίνυν οὐ παρὰ πάντας τοὺς νόμους φανερώς γέγραφε τὸ ψήφισμα Ἀριστοκράτης, οὐκ οἶμαι  
 25 λέγειν αὐτὸν ἔχειν. ἤδη δὲ τιν' εἶδον, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, γραφὴν ἀγωνιζόμενον παρανόμων τοῖς νόμοις μὲν ἀλλοκόμενον, ὡς δὲ συμπερόνδ' ὑμῖν γέγραφε λέγειν ἐπιχειροῦντα καὶ ταύτη βιαζόμενον, εὐθὺς μὲν, οἶμαι,  
 654 μᾶλλον δ' ἀναιδῆ λόγον (101) (εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὰλλα πάντα συμφέρει τειρημένα· ἢ γ' ὀμωμοκότας κατὰ τοὺς νόμους δικάσειν ὑμᾶς ἀξιοῖ κυροῦν ἢ μηδ' αὐτὸς ἔχει δικαίως δεῖξαι γεγραμμένα, ἀσύμφορ' ἂν εἶη, εἴπερ τὸ εὐορκεῖν περὶ πλείστον πᾶσιν ἔστι ποιητέον), οὐ μὴν ἀλλ' ἔχει τιν' ὄμωκ ἢ ἀναιδέϊα αὐτῆ λόγον. Τούτω τοίνυν αὐδ' οὗτος ἐνέσται πρὸς ὑμᾶς λόγος, οὗτω γὰρ σφόδρ' ἐναντίον ὃν τοῖς νόμοις τὸ ψήφισμα μᾶλλον ἀσύμφορόν ἐστιν ἢ παράνομον. (102) Βούλομαι δ' ἤδη καὶ τοῦθ'  
 10 ὑμῖν ἐπιδεικνύμαι. ἴνα δ' ὡς διὰ βραχυτάτου λόγου δῆλον ὁ βούλομαι ποιήσω, παράδειγμά τι γνώριμον πᾶσιν ὑμῖν ἔρω· Ἰσθ' ὅτι συμφέρει τῇ πόλει μῆτε Θεβαίους μῆτε Λακεδαιμονίους ἰσχύειν, ἀλλὰ τοῖς μὲν Φωκίας ἀντιπάλους τοῖς δ' ἄλλους τινὰς εἶναι. ἐκ γὰρ  
 15 τοῦ ταῦθ' οὕτως ἔχειν ὑμῖν ὑπάρχει μεγίστοις οὖσιν ἀσφαλῶς οἰκεῖν. (103) Τοῦτο τοίνυν νομίζετε ταῦτόν καὶ τοῖς Κερρώνησον οἰκοῦσι τῶν πολιτῶν συμφέρειν, μηδὲν εἶναι τῶν Θρακῶν ἰσχυρόν. ἢ γὰρ ἐκείνων πρὸς ἀλλήλους ταραχὴ καὶ ὑποψία φρουρὰ Κερρώνησου μεγίστη τῶν πασιῶν ἐστὶ καὶ βεβαιωτάτη. τὸ τοίνυν ψήφισμα τοῦτ' ἡμῖν ἠγοῦμένων τῶν Κερσοβλέπτου πραγμάτων ἀσφάλειαν διδόν, τοῖς δὲ τῶν ἐτέρων βασιλέων στρατηγοῖς φόβον καὶ δέος μὴ τιν' αἰτίαν ἔχουσι παριστᾶν, τοὺς μὲν ἀσθενεῖς τὸν δ' ἐν' ὄντα ἰσχυρόν καθίστησιν. (104) Ἴνα δὲ μὴ πάνυ θαυμάζητε, εἰ τὰ παρ' ὑμῖν ψηφίσματα τηλικαύτην ἔχει δύναμιν, γεγονὸς καὶ ὁ πάντες ἐπίστασθε πρᾶγμα ὑμᾶς ὑπομήσω· Ὅτε

injuncta causa commotus, contra sui animi sententiam non pronuntiat, religiose facit. Neque enim, qui causa exposita aliquid ignoravit, ignorantiae poenas dare debet, sed qui illud sciens prodidit aut decipit, is execrationi est obnoxius. Quapropter in singulis concionibus praeco diris devovet non deceptos, sed illos qui verbis vel senatum vel populum vel Helicam decipiunt. (98) Ne igitur ei concedatis ut dicat hoc esse factum, sed juste esse factum, nec, ab aliis ea iudiciis esse confirmata, sed vos ipsos edoceri jubete, se ea de re quam nos aequiora dicere. quod si facere non poterunt; vos non decere censeo aliorum deceptionem vestrae cognitioni anteferre. (99) Praeterea mihi quidem perquam esse impudens illa videtur oratio, etiam prius aliis talia decreta esse facta. neque enim, si quid unquam non secundum leges factum est et tu id e imitatus, propterea te absolvi decet, sed contra tanto magis damnari propterea. ut enim, si quis illorum damnatus fuisset, tu ista non rogavisses, ita, si tu nunc damnaberis, alius non rogabit.

100. Hoc decretum igitur se non manifeste contra omnes rogasse leges, ne ipsum quidem posse negare Aristocratem arbitror. sed accidit, ut quandam violataram legum reum viderim, qui quum legibus damnaretur, se utilia vobis rogasse dicere institueret et hac parte veliementer contenderet, stulta quidem prorsus, opinor, vel impudenti potius oratione (101) (si enim ea, quae censuit, etiam in ceteris omnibus utilia sunt; qua quidem parte a vobis, qui vos e praescripto legum pronuntiaturos jurastis, ea confirmari postulat, quae ne ipse quidem juste rogata esse potest ostendere, pro inutilibus habenda fuerint, si quidem jurisjurandi religio maximi omnibus facienda est), tamen habet fortasse illa impudentia nonnihil excusationis. Isti autem ne ea quidem relinquunt apud vos causa. quum enim decretum ejus summopere legibus adversetur; perniciosius etiam est, quam iniquius. (102) Jam id quoque demonstrabo vobis. ut autem id quod volo verbis quam paucissimis ostendam, notum vobis omnibus exemplum recensebo: Scitis e republica esse, quod nec Thebani nec Lacedaemonii sunt potentes, sed illis Phocenses, his alii quidam adversantur. nam tali rerum statu vos summam potentiam securi tenere potestis. (103) Hoc idem igitur civibus nostris, qui in Chersoneso consedere, prodesse potestis, neminem Thracum esse potentem. nam illorum perturbatio inter ipsos mutuaeque suspicio summa est omnium firmissimaeque Chersonesi custodia. Decretum vero istud, quo summi Cersobleptis ducis securitati consulitur et ceterorum regum praefectis metus et terror, ne in crimen aliquod veniant, incutitur, hos infirmos, unum illum potentem facit. (104) Ne vero miremini decreta vestra tantum habere ponderis, rem factam et notam vobis omnibus in memoriam.

655 Μιλτοκύθης απέστη Κότυς, συχὸν ἤδη χρόνον ὄντος τοῦ πολέμου, καὶ ἀπηλλαγμένου μὲν Ἐργοφίλου μιλ-  
 λοντος δ' Αὐτοκλέους ἐκπλεῖν στρατηγού· ἐγράφη τι  
 5 παρ' ὑμῖν ψήφισμα τοιοῦτον, δι' οὗ Μιλτοκύθης μὲν  
 ἀπῆλθε φοβηθεὶς καὶ νομισας ὑμᾶς οὐ προσέχειν αὐτῷ,  
 Κότυς δ' ἐγκρατὴς τοῦ τ' ὄρου τοῦ ἱεροῦ καὶ τῶν θησαυ-  
 ρῶν ἐγένετο. καὶ γὰρ τοὶ μετὰ ταῦτα, ὧ ἄνδρες Ἀθη-  
 ναῖοι, Αὐτοκλῆς μὲν ἐκρίνετο, ὡς ἀπολαλεκῶς Μιλτο-  
 10 κύθην, οἱ δὲ χρόνοι κατὰ τοῦ τὸ ψήφισμα εἰπόντος τῆς  
 γραφῆς ἐξεληλύθεσαν, τὰ δὲ πράγματα ἀπωλώλει τῇ  
 πόλει. (106) Εὐ τοίνυν ἴσ' ὅτι καὶ νῦν, εἰ μὴ λύσετε  
 τὸ ψήφισμα τοδί, καὶ τοῖς βασιλεῦσι θαυμαστῇ γενή-  
 σεται δι' αὐτ' ἀθυμία καὶ τοῖς στρατηγοῖς αὐτῶν. ὧλας  
 15 γὰρ ἤγρησονται παρεωρᾶσθαι μὲν αὐτοί, πρὸς Κερσο-  
 βλέπτην δ' ἀποκλινεῖν ὑμᾶς. εἰ δ' ἐκ τοῦ ταῦτα γνῶναι  
 παραχωρήσονται τῆς ἀρχῆς ἐπὶ καιροῦ τινὸς αὐτοῖς  
 ἐπιθεμένου τοῦ Κερσοβλέπτου· πάλιν δρᾶτε, τί συμ-  
 βήσεται. (106) Φέρε γὰρ πρὸς θεῶν, ἂν ἡμᾶς ἀδικῆ  
 20 Κερσοβλέπτῃς, δὲ μᾶλλον ἔλιπς ἢ μὴ δυνηθέντα ποιῆ-  
 σαι· οὐκ ἐπ' ἐκείνους ἴμεν καὶ δι' ἐκείνων ἀσθενῆ ποιεῖν  
 αὐτὸν ζητήσομεν; ἂν οὖν εἴπωσιν ἡμῖν ὅτι « ὑμεῖς, ὧ  
 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐ μόνον ἡμῖν ἀδικουμένους οὐκ ἐβοη-  
 25 θήσατε, ἀλλὰ καὶ φόβον, ἂν ὑπερ' ἡμῶν αὐτῶν ἀμυ-  
 νώμεθα, θαυμαστὸν παρεστήσατε, ψήφισμα ποιησάμε-  
 νοι, τὸν ἐναντία τοῖς ὑμῖν συμφέρουσι καὶ ἡμῖν πράτ-  
 τουτ' ἂν τις ἀποκτείνῃ, ἀγώγιμον εἶναι, οὐκ οὖν ἔστέ  
 656 δίκαιοι βοηθοὺς καλεῖν ἡμᾶς, ἐφ' οἷς καὶ περὶ ὑμᾶς αὐ-  
 τοὺς καὶ περὶ ἡμᾶς κακῶς ἐβουλεύσασθε », εἰπέ μοι, ταῦτ'  
 ἂν λέγωσιν, οὐ δικαιοτέρ' ἡμῶν ἐροῦσιν; ἔγωγ' οἴμαι.  
 107. Καὶ μὴν οὐδ' ἐκείν' ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι νῆ Δι'  
 5 εἰκότως ἐφρακίσθητε καὶ παρεκρούσθητε. Εἰ γὰρ μη-  
 δὲν εἴχετε τῶν ἄλλων λογίσασθαι, μὴδ' ἐφ' ὑμῶν αὐτῶν  
 οἰοί τ' ἦτε ταῦτα συνεῖναι· ἦν ἰδεῖν παράδειγμα Ὀλυν-  
 θίους τουτουσί. οἱ τί πεποιηκότες αὐτοῖς Φιλίππου πῶς  
 10 αὐτῷ γῶνται; ἐκείνος ἐκείνοις Ποτιδαίων οὐχὶ τρι-  
 καῦτ' ἀπέδωκεν, ἤνικ' ἀποστρεφῆν οὐκέθ' οἷός τ' ἦν,  
 ὡς περ ὑμῖν Κερσοβλέπτης Χερρόνησον, ἀλλ' πρὸς ὑμᾶς  
 πολεμῶν χρήματα πόλλ' ἀναλώσας ἐλὼν καὶ δυνηθεὶς  
 15 ἂν αὐτὸς ἔχειν, εἴπερ ἠβουλήθη, παρέδωκε, καὶ οὐδ'  
 ἐπεχείρησεν ἄλλο ποιεῖν οὐδέν. (108) Ἄλλ' ὅμως ἐκεῖ-  
 νοὶ τέως μὲν εὐρών αὐτὸν τηλικούτου ἡλίκος ὢν καὶ  
 πιστὸς ὑπῆρχε, σύμμαχοί τ' ἦσαν καὶ δι' ἐκείνον ἡμῖν  
 ἐπολέμου, ἐπειδὴ δ' εἶδον μεῖζον τῆς πρὸς αὐτοὺς πί-  
 20 στεως γιγνόμενον, τοσοῦτ' ἀπέχουσι τοῦ ψηφίσασθαι, ἂν  
 τις ἀποκτείνῃ τινὰ τῶν ἐκείνῳ συγκατασκευακώτων τῆν  
 ἀρχὴν, ἐκ τῶν ἑαυτῶν συμμάχων ἀγώγιμον εἶναι, (109)  
 ὡςθ' ὑμᾶς, οὐς ἴσασι ἀπάντων ἀνθρώπων ἤδιστ' ἂν  
 καὶ τοὺς ἐκείνου φίλους καὶ αὐτὸν τὸν Φιλίππον ἀπο-  
 25 κτείναντας, φίλους πεποιήνται, φασὶ δὲ καὶ συμμάχους  
 ποιήσεσθαι. εἴτ' Ὀλύθηιοι μὲν ἴσασι τὸ μέλλον προο-  
 ρᾶν, ὑμεῖς δὲ, ὄντες Ἀθηναῖοι, ταῦτό τοῦτ' οὐχὶ ποιή-  
 σετε; ἀλλ' αἰσχρὸν τοὺς τῷ \* περὶ πραγμάτων ἐπίστα-  
 σθαι βουλεύεσθαι δοκοῦντας προσέχειν ἤττον Ὀλυθηίων  
 657 τὸ συμφέρον εἰδότες ὀφθῆναι.

redigam : Quum Miltocythes a Cotye defecisset, bellum-  
 que diu duceretur, et Ergophilus successor datus Autocles  
 classe profecturus esset; rogatum quoddam apud vos hu-  
 jusmodi decretum fuit, quo Miltocythes perterritus abiit,  
 existimans vos a se abalienatos, Cotys autem et sacro monte  
 et thesauris est potitus. Atqui postea, Athenienses, Au-  
 tocles accusatus est, quasi Miltocythem perdidisset, tem-  
 pus autem accusandi auctorem decreti illius exierat et  
 nostræ reipublicæ res perierant. (105) Omnino igitur sci-  
 tote etiam nunc, nisi decretum hoc solveritis, et reges  
 ipsos et eorum duces mirabiliter animis trepidaturos. puta-  
 bunt enim se prorsus esse despectos et ad Cersobleptem vos  
 inclinare. qui si ob eam opinionem, a Cersoblepte per occa-  
 sionem aliquam oppugnati, regnis ceaserint; rursus ex ea  
 re quid futurum sit, videtis. (106) Age enim, per deos  
 immortales, si nos Cersobleptes læserit (id quod magis  
 timendum quam quum non potuit facere), non ad illos ibi-  
 mus illorumque opibus hujus potentiam infirmare molie-  
 mur? Ad quæ si nobis illi sic responderint : « vos, Athenie-  
 ses, nobis injuria affectis opem non modo non tulistis, sed  
 etiam in metum, si nos ipsos defendamus, ingentem coniec-  
 istis decreto facto, si quis illum et vestris et nostris commodis  
 adversantem occidisset, abduci eum licere, non igitur vos  
 decet auxilium a nobis petere ad ea in integrum restituenda,  
 quæ et in vos et in nos male consulentes amisistis », hæc,  
 inquam, si responderint, quæso vos, nonne ipsorum æquior  
 erit quam nostra oratio? ego quidem opinor.

107. Quin illud etiam dici non poterit : vos per Jovem  
 probabiliter circumventos esse et deceptos. Nam si nihil  
 aliud cogitare potuissetis neque hoc ipsi intelligere; exem-  
 plum Olynthiorum videre licuisset horum, qui quibus ac-  
 cepti modis a Philippo quam gratiam retulerunt? Is Poti-  
 dæam illis non tum restituit, quum tueri diutius non pos-  
 set, quemadmodum vobis Cersobleptes Chersonesum, sed  
 bellum vobiscum gerens magnis sumptibus factis vi expu-  
 gnatum, quum ipse, si vellet, retinere potuisset, tradidit,  
 ac ne conatus quidem esse facere quicquam aliud. (108) Illi  
 tamen quoad eum tantum esse videbant, ut magnitudini ejus  
 fides quoque haberi posset, et socii ejus erant et propter  
 illum nos oppugnabant, sed quum viderint eum ita crevis-  
 se, ut ejus potentia ipsis metuenda sit, tantum absunt a de-  
 cernendo, si quis aliquem ex illis, per quos adjuvantes ejus  
 imperium auctum est, occiderit, eum e sociorum suorum  
 ditione abduci licere, (109) ut vestram, quos sciunt occi-  
 suos præ omnibus hominibus quum amicos ejus tum ipsum  
 Philippum summa cum voluptate, amicitiam fecerint,  
 societatem quoque vestram, ut ferunt, expedituri. Quod  
 si Olynthii futura prospicere norint; vos, qui Athenienses  
 estis, idem illud non facietis? At turpe, vos, qui consilii  
 capiendi de rebus gerendis scientia præstare videamini, quid  
 expediat, minus prudenter quam Olynthios animadvertisse  
 videri.



110. Ἀκούω τοίνυν αὐτὸν καὶ τοιοῦτόν τιν' ἐρεῖν λόγον, ὅσον καὶ πρότερόν ποτ' Ἀριστομάχος παρ' ὑμῖν 5 ἔδημηγόρει, « ὡς οὐκ ἔστιν ὅπως ποτὲ Κερσοβλέπτης αἰρήσεται Χερρόνησον ἀποστεινῆν ἐπιχειρῶν ἔχθρὸς ὑμῖν εἶναι. οὐδὲ γάρ, εἰ λάβοι καὶ κατὰσχοι, λυσιτελήσειν αὐτῷ. ἐκ μὲν γ' ἐκείνης οὐκ ἔστιν ὑπὲρ τριάκοντα 10 τάλανθ' ἢ πρόσδοδος μὴ πολεμουμένης, εἰ πολεμήσεται, οὐδέν. ἐκ δὲ τῶν ἐμπορίων, ἃ τότε ἂν κλεισθῆι, πλέον ἢ τριακόσια τάλαντά ἐσθ' ἢ πρόσδοδος. » Ὡστε, εἰ βουλόμενος μικρὰ λαμβάνειν καὶ πολεμεῖν ἂν εἴοιτο, ἐξὸν τὰ πλεῖω καὶ φίλος εἶναι, θαυμάζειν φήσουσιν. (111) Ἐγὼ δ' οὐκ ἀπορῶ μὲν εἰπεῖν πολλὰ, ἃ μοι δοκεῖ μᾶλλον 15 ἂν τις ἰδὼν ἀπιστεῖν εἰκότως ἢ τούτοις πιστεύων ἐκείνων ἔαν μέγαν γίγνεσθαι. οὐ μὴν ἀλλ' ὁ μάλιστα πρόχειρον ἔχω, τοῦτ' ἐρῶ: Ἰστε δῆπου Φιλίππον, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τουτονὶ τὸν Μακεδόνα, ᾧ πολὺ δῆπου μᾶλλον 20 ἐλυσιτελεῖ τὰς ἐξ ἀπάσης Μακεδονίας προσόδους ἀδεῶς λαμβάνειν ἢ μετὰ κινδύνων τὰς ἐξ Ἀμφιπόλεως, καὶ χρῆσθαι φίλοις αἰρετώτερον ἢν αὐτῷ τοῖς πατρικοῖς ὑμῖν ἢ Θεσσαλοῖς, οἳ τὸν πατέρ' αὐτοῦ ποτ' ἐξέβαλον. (112) Ἄνευ γὰρ τούτου κἀκεῖν' ἔστιν ἰδεῖν: Ὑμεῖς μὲν, 25 ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδένα προϋδῶκατε πώποτε τῶν φίλων, Θεσσαλοὶ δέ, οὐδένα πώποθ' ὄντιν' οὐ. ἀλλ' ὁμῶς οὕτως ἐχόντων τούτων μικρὰ λαμβάνειν καὶ τοὺς ἀπίστους φίλους καὶ τὸ κινδυνεύειν ἀντὶ τοῦ μετ' ἀσφαλείας ζῆν ὄρατε προσηρημένον αὐτόν. (113) Τί δὲ ποτ' 658αῖτιον; (οὐ γὰρ ὁμῶς λόγον γε τὸ πρᾶγμα' οὕτως ἰσχυρὸν ἔχει.) Ὅτι, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυοῖν ἀγαθοῖν ὄντων πᾶσιν ἀνθρώποις, τοῦ μὲν ἡγουμένου καὶ μεγίστου πάντων, τοῦ εὐτυχῆν, τοῦ δέ, ἐλάττωτος μὲν τούτου τῶν 5 δ' ἄλλων μεγίστου, τοῦ καλῶς βουλευέσθαι, οὐχ ἅμ' ἢ κτῆσις παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις, οὐδ' ἔχει τῶν εὖ πραττόντων οὐδεὶς ὄρον ἢ τελευτὴν τῆς τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιθυμίας. δι' ὅπερ πολλοὶ πολλὰκις μεζόνων ἐπιθυμοῦντες τὰ παρόντ' ἀπώλεσαν. (114) Καὶ τί δεῖ Φιλίππον λέγειν ἢ τιν' ἄλλον; ἀλλ' ὁ πατὴρ αὐτὸς ὁ Κερσοβλέπτου Κότυς, ἤνικα μὲν στασιάσει πρὸς τινὰς, 10 πρὸς τοὺς πέμπων ἅπαντα ποιῆν ἔτοιμος ἦν, καὶ τότε ἤσθάνετο, ὡς ἄλυσιτελὲς τὸ τῇ πόλει πολεμεῖν, ἐπειδὴ δ' ὑπ' ἑαυτῶν τὴν Θρᾴκην ἔχοι, κατελάμβανε τὰς πόλεις, ἠδίκηε, μεθύων ἐπαρόνει μάλιστα μὲν εἰς ἑαυτὸν, εἴτα καὶ εἰς ἡμᾶς, τὴν γῶραν ἐποιεῖθ' ἑαυτοῦ, τὸ πρᾶγμα ἀμήχανον ἦν. τῶν γὰρ ὑπὲρ τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιχειροῦντων, οἷς οὐ χρῆ, οὐ τὰ δυσχερέσταθ' ἕκαστος εἴωθε 20 λογιέσθαι, ἀλλ' ἃ κατορθώσας διαπράττεται. (115) Ἐγὼ δὲ δεῖν ὑμᾶς οἰομαι τοῦτον τὸν τρόπον βεβουλεύεσθαι, ὅπως, ἂν μὲν ἃ χρῆ, περὶ ὑμῶν γινώσκῃ Κερσοβλέπτης, μηδὲν ὑπ' ὑμῶν ἀδικήσεται, ἐὰν δ' ἀλόγως ἀδικεῖν ἐπιχειρῆ, μὴ μείζων ἔσται τοῦ δοῦναι δίκην. 25 Ἀναγνώσομαι δ' ὑμῖν τὴν ἐπιστολὴν ἣν, ὅτ' ἀφειστήκει Μιλτοκόθης, Κότυς ἔπειψε, καὶ ἦν, ὅτε πᾶσαν ἔχων τὴν ἀργὴν πέμψας Τιμομάχῳ τὰ χωρὶ ὑμῶν ἐξείλεν.

110. Audio porro istum et tale quid dicturum esse, quod Aristomachus etiam prius aliquando ad vos concionabatur: « nunquam Cersobleptem Chersoneso vobis eripienda vestras inimicitias suscepturum. neque enim, si ceperit atque obtineat, illi id fore commodum. si quidem ejus pacatae reditus triginta talenta non excedant, sin bello infestetur, nullus omnino sit fructus. quum ex imperiis suis (quae belli tempore clauderentur) amplius trecentorum talentam reditus percipiat. » Quare, si parva sumere et hostis esse mallet, quum plura possit et amicus esse, mirari sese dictitabunt. (111) Mihi vero non deessent multa dicenda, in quae si quis intueatur, illum merito formidandum putare mihi potius videtur, quam hac cogitatione concedendum, ut ejus opes augeantur. id solum tamen, quod in promptu maxime mihi est, dicam: Nostis utique Philippum, Athenienses, Macedonem istum, cui nimirum multo magis expediebat reditus e tota Macedonia secure percipere, quam cum periculis reditus ex Amphipoli, et optabilius erat amicitiam vestram, quam a patre traditam acceperat, tueri quam Thessalorum, a quibus pater ejus aliquando regno pulsus fuerat. (112) Nam praeter hoc, illud etiam videre est: Vos nunquam, Athenienses, ullum amicum deseruistis, Thessali neminem unquam non prodiderunt. quae quanquam illa sunt, parva emolumenta et incertos amicos et pericula videtis eum vitae securitati praetulisse. (113) Quae tandem est causa? (ratio enim rei non sic in promptu est). Quum, Athenienses, in rebus humanis omnibus maximae sint duae res, altera princeps maximaque omnium, felicitas, altera, hac minor quidem, sed inter ceteras summa, consilii capiendi prudentia; non simul contingit utriusque possessio hominibus, neque quisquam felix terminum aut finem ullum habet infinitae augendarum opum cupiditatis. proinde multi saepe majorum emolumentorum desiderio praesentia perdididerunt. (114) Et quid necesse est de Philippo dicere aut alio quopiam? sed ipse Cersobleptis pater Cotys, si qua ei exorta erat seditio, missis legatis se facturum omnia erat paratus, et tum sentiebat, quam suis rationibus esset incommodum, nostrae civitati bellum facere, quum autem Thraciam sub imperio tenebat, urbes has occupabat, injurias iis faciebat, ebrius debarclabatur maxime in semetipsum, deinde in nos quoque, regionem hanc sibi subiciebat, res erat inexplicabilis. Nam si qui propter explendas cupiditates ea suscipiunt, quae non oportet; non difficillima cogitare solent, sed prosperi successus emolumenta. (115) Ego jam vobis ea deliberanda censeo, quibus Cersoblepti, si ea sentit quae eum decet, nulla fiat per vos injuria, sin temere vos lacessere conetur, non sit major, quamut eum ulcisci possitis. Legam autem vobis epistolam, quam Cotys post Miltocrythis defectionem huc misit, et quam Timomacho missam, quum toto imperio potitus vestra oppida expugnasset.

659

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

116. Τοῦτο, ὧ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ παράδειγμα ἑωρακότες, ἂν ἐμοὶ μὴ πεισθῆτε, κἀκεῖν' εἰδότες, ὅτι Φίλιππος, ὅτε μὲν Ἀμφίπολιν ἐπολιόρκει, ἴν' ὑμῖν παραδῶ, πολιορκεῖν ἔφη, ἐπειδὴ δ' ἔλαβε, καὶ Ποτιδαιαν προσαφείλετο, ἐκείνην τὴν πίστιν βουλήσεσθ' ἔχειν, ἣν πέρ φασι πρὸς Λακεδαιμονίους ποτ' εἰπεῖν Φιλοκράτην τὸν Ἐριάλτου. (117) Καὶ γὰρ ἐκείνων φασιν, ἐξαπατώντων τι τῶν Λακεδαιμονίων καὶ προτεινόντων πίστιν, ἦντινα βούλεται λαμβάνειν, εἰπεῖν ὅτι πίστιν ἂν οἰεται γενέσθαι μόνην, εἰ δεῖξειαν, ὅπως, ἂν ἀδικεῖν βούλωνται, μὴ δυνήσονται, ἐπεὶ, ὅτι γ' αἰ βουλήσονται, εὖ εἰδέναι. ἕως ἂν οὖν δύνωνται, πίστιν οὐκ εἶναι. Ταύτην, ἂν ἐμοὶ χρῆσθε συμβούλω, φυλάξετε τὴν πίστιν πρὸς τοῦτον τὸν Θραῖκα, καὶ μὴ βουλήσεσθ' εἰδέναι τί' ἂν, εἰ πάσης ἀρξείη Θράκης, πρὸς ὑμᾶς σχοίη γνώμη.

118. Ὅτι τοίνυν ὁμοῦ οὐδ' ὑγιαίνοντων ἐστὶν ἀνθρώπων τοιαῦτα γράφειν ψήφισματα καὶ διδόναι τισὶ τοιαύτας δωρεάς, καὶ τοῦτ' ἐκ πολλῶν βράδιον γνῶναι: Ἰστε γὰρ δήπου πάντες, ὧ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ' ὁμοίως ἐμοί, ὅτι τὸν Κότυν ποτ' ἐκείνων ἐποίησασθε πολίτην δῆλον ὡς κατ' ἐκείνων τὸν χρόνον εὖνουν ἡγούμενοι καὶ φίλον. καὶ μὴν καὶ χρυσοῖς στεφάνους ἐστεφανοῦτε, οὐκ ἂν, εἴγ' ἐχθρὸν ἡγείσθε. (119) Ἄλλ' ὁμοῦ, ἐπειδὴ πονηρὸς καὶ θεοὺς ἐχθρὸς ἦν καὶ μεγάλ' ὑμᾶς ἠδίκηι, τοὺς ἀποκτείναντας ἐκείνων, Πύθωνα καὶ Ἡρακλείδην τοὺς Αἰνίου, πολίτας ἐποίησασθ' ὡς εὐεργέτας καὶ χρυσοῖς στεφάνους ἐστεφανώσατε. εἰ δὴ ποτε, ὅθ' ὑμῖν οἰκειῶς ἔχειν ὁ Κότυς ἐδόκει, ἐγράψε τις « ἐάν τις ἀποκτείνῃ Κότυν, 660 ἐκδοτὸν αὐτὸν εἶναι »· πότερον ἐξέδοτ' ἂν τὸν Πύθωνα καὶ τὸν ἀδελφόν, ἢ παρὰ τὸ ψήφισμα τοῦτο πολίτας ἐποίησθε καὶ ὡς εὐεργέτας ἐτιμᾶτε; (120) Τί δ' Ἀλέξανδρον ἐκείνων τὸν Θεσσαλόν; ἦνίχ' εἶχε μὲν αἰγμάλωτον δῆσας Πηλοπίδαν, ἐχθρὸς δ' ὡς οὐδεὶς ἦν Θεβαίοις, ὑμῖν δ' οἰκείως δέκειθ' οὕτως, ὥστε παρ' ὑμῶν στρατηγὸν αἰτεῖν, ἐβοηθεῖτε δ' αὐτῷ καὶ πάντ' ἦν Ἀλέξανδρος, πρὸς Διὸς εἰ τις ἐγράψεν « ἂν τις ἀποκτείνῃ 10 Ἀλέξανδρον, ἀγώνιμον εἶναι »· ἄρ' ἂν ὦν μετὰ ταῦθ' ὕβρισε καὶ προῦπηλάκισεν ἀσφαλὲς ἦν τῷ παρ' αὐτοῦ δίκην πειρᾶσθαι λαβεῖν; (121) Τί δὲ τᾶλλα λέγοι τις ἄν; ἀλλ' ὁ μάλιστα δοκῶν νῦν ἡμῖν ἐχθρὸς εἶναι, Φίλιππος οὐτοσί, εἰ τόθ' ὅτι Ἀργαῖον κατὰγοντας λαβῶν τῶν ἡμετέρων τινὰς πολιτῶν ἀφῆκε μὲν αὐτοὺς, ἀπέδωκε 15 δὲ πάντα, ὅσ' ἀπώλεσαν, αὐτοῖς, πέμψας δὲ γράμματ' ἐπηγγέλλεσθ' ἔτοιμος εἶναι συμμαχίαν ποιῆσθαι καὶ τὴν πατρικὴν φιλίαν ἀνανεοῦσθαι, εἰ τότ' ἡξίωσε τυχεῖν τούτων καὶ τις ἐγράψε τῶν ἀφειθέντων ὑπ' αὐτοῦ 20 « ἐάν τις ἀποκτείνῃ Φίλιππον, ἀγώνιμον εἶναι »· καλῆν γ' ἕβριν ἤμεν ἂν ὑβρισμένοι. (122) Ἄρα γ' ὁρᾶτε καὶ καταμανθάνετε, ὧ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, ἐφ' ἐκάστου τούτων ἡλικίην ἂν ὠφληκότες ἦτε παράνοιαν, εἰ τι τοιοῦτον ἐτυγχάνετ' ἐψηφισμένοι; ἔστι γὰρ οὐχ ὑγιαίνοντων

EPISTOLÆ.

116. Hoc, Athenienses, quum videritis exemplum, si verbis meis non flectamini, et quum illud sciatis, Philippum, dum Amphipolim obsidebat, ideo se eam oppugnare dixisse, ut vobis traderet, quum cepisset, etiam Potidæam eripuisse; hanc fidem habere voletis, quam Philocrates Ephialtis filius olim Lacedæmonii dixisse fertur. (117) Quem aiunt fraudem in re quapiam nectentibus Lacedæmoniiis et se quamvis illi fidem daturos ostendentibus dixisse non alia fide data se posse acquiescere, quam si probarent se, etiamsi vellent, nocere non posse. sibi enim hoc quidem non esse dubium, quin semper vellent. quoad igitur posset, fidem illis habendam non esse. Hanc fidem, si meis utimini conailiis, adversus Thracem istum servabitis, neque experiri voletis, quo animo, omni Thracia potitus, erga vos futurus sit.

118. Jam omnino nec sanorum hominum esse talia decreta rogare, et quibusdam talia dare præmia, id quoque de multis rebus facile intelligitur: Scitis enim omnes æque mecum, Athenienses, vos Cotym quondam illum fecisse civem, hand dubie bene velle vobis illo tempore atque amicum esse existimantes. quin et aureis eum coronis coronastis, non coronaturi, si hostem putassetis. (119) Veruntamen, quum sceleratus et diis inimicus esset et vos magnis injuriis afficeret, interfectores ejus Pythonem et Heraclidem Enios, ut bene meritos, civitate donatos, aureis coronis coronastis. Jam si, quaeso, quando familiaris vobis Cotys esse videbatur, aliquis rogasset « Si quis Cotym occiderit, dedi eum licere »; utrum Pythonem cum fratre dedissetis, an contra decretum illud civitate donatos, ut bene meritos ornassetis? (120) Quid vero de Alexandro illo Thessalo? quum Pelopidam captum in vinculis haberet, et Thebanorum hostis esset acerrimus, vobis vero ita familiaris, ut et ducem a vobis peteret et vos illum juvaretis, omnia denique esset Alexander, per Jovem si quis rogasset « Si quis occiderit Alexandrum, eum abduci liceat »; num tutum fuisset alicui couari postea injurias ejus et contumelias ulcisci? (121) Quorsum vero cetera quis recenscat? Saltem qui noster inimicus infensissimus habetur, Philippus iste, si tum, quum vestrorum civium quosdam Argæum restituentes deprehensos non ipsos modo dimisisset, sed et omnia quæ amiserant iis reddidisset, et missis insuper ad vos literis se paratum esse ostendisset ad societatem vobiscum faciendam et paternam amicitiam renovandam, si tum hæc sibi tribuenda postulasset et aliquis ex his, qui ab eo dimissi fuerant, rogasset « Si quis occiderit Philippum, eum abduci liceat »; nonne præclaram in contumeliam incidissemus? (122) Nunquid videtis et intelligitis, Athenienses, ex his singulis: si tale quippiam decrevissetis, quantam dementia debereis? Non enim hominum sanæ mentis esse puto vel, quando aliquem amicum esse putarint, sic illi

25 οἶμαι, ἀνθρώπων οὐθ' ὅταν τιν' ὑπελήφωσι φίλον, οὕτω πιστεύειν ὄκτε, ἂν ἀδικεῖν ἐπιχειρῇ, τὸ ἀμύνασθαι σπῶν αὐτῶν ἀφαλέσθαι, οὐθ', ὅταν ἐχθρόν τιν' ἤγῳνται, οὕτως αὐ μισεῖν ὄκτε, ἂν παυσάμενος βούληται φίλος εἶναι, τὸ ποιεῖν ἐξείναι ταῦτα κωλύσαι. ἀλλ' ἄχρι τούτου καὶ φιλεῖν, οἶμαι, χρῆ καὶ μισεῖν, μηδετέρου 661 τὸν καιρὸν ὑπερβάλλοντας.

123. Οὐ τοίνυν ἔγωγ' οὐδ' ἐκεῖν' ἰδεῖν δύναμαι, ὡς οὐχὶ πάντες ἀνθρώποι τούτων ἀξιώσονται τυχεῖν, ὅσοις πέρ ἐστι καὶ ἡτισσῶν εὐεργεσίας πρόφασις πρὸς ὑμᾶς, εἰ Χαριδήμω δώσετε, ὅσον, εἰ βούλεσθε, Σίμων, Βιά- 5 νωρ, Ἀθηνόδωρος, ἄλλοι μυριοί. Εἰ μὲν τοίνυν πᾶσι ψηφισμένα ταῦτά λήσομεν, ὡς ἔοικε, μισθοφόρων ἔργον ἀνθρώπων ποιῶντες, τὴν ἐκάστου σωτηρίαν τούτων δορυφοροῦντες. εἰ δὲ τῷ μὲν τοῖς δ' οὐ δικαίως ἐγκαλέσουσιν οἱ μὴ τυχόντες. (124) Φέρε, ἂν δὲ δὴ 10 καὶ Μενέστρατος ἡμᾶς ὁ Ἐρετριεὺς ἀξιοῖ ταῦτά καὶ αὐτῷ ψηφισάσθαι, ἢ Φαύλλος ὁ Φωκεὺς ἢ τις ἄλλος δυνάστης (πολλοὶς δὲ δῆπου διὰ καιρούς τινας πολλακίς φίλοι γιγνόμεθα)· πότερον ψηφισμένα πᾶσιν ἢ οὐ; 15 ψηφισμένα νῆ Δία. Καὶ τί φήσομεν, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καλόν, εἰ τῶν Ἑλλήνων ἐπ' ἐλευθερίᾳ προστάναι φάσκοντες τοὺς ἰδίᾳ δυνάμεις ἐπὶ τοῖς πλήθεσι κεκτημένους δορυφοροῦντες φανόμεθα; Ἐγὼ μὲν οὐχ ὀρῶ. (128) εἰ γάρ ἐστὶ τῷ δοτέον τι τοιοῦτον, ὡς ἔγωγ' 20 οὐ φημι· πρῶτον μὲν τῷ μηδὲν ἡδικοῦσθαι πώποτε, δεῦτερον δὲ μηδ' ἂν ἀδικεῖν βούληται δυνησομένῳ, ἐπειθ' ὡς ἀληθῶς ὅστις ἅπασιν ἀνθρώποις ἔσται φανερὸς ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν ταῦθ' εὐρισκόμενος καὶ οὐκ ἐπὶ τῷ 25 ποιεῖν μετ' ἀδείας ἐτέρους κακῶς, τούτῳ δοτέον. Ὅτι μὲν τοίνυν ὁ Χαριδήμω οὔτε τῶν ἀναμαρτητῶν ἐστὶ πρὸς ὑμᾶς οὔτε τῶν, ἵνα μὴ τι πάθῃ, ταῦθ' εὐρισκομένων, ἔασω, ἀλλ' ὡς οὐδὲ πιστὸς εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, ἀκούσατέ μου, καὶ σκοπεῖτε, ἂν ὑμῖν ὀρθῶς ἐξετάξωιν δοκῶ.

126. Ἐγὼ νομίζω, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅσοι μὲν τῶν ἡμετέρων ἔθων καὶ νόμων ἐπιθυμηταὶ γενόμενοι πο- 662 λῖται ἐσπούδασαν γενέσθαι, ἅμα τ' αὐτοὺς ἂν τυγχάνειν τούτων καὶ παρ' ἡμῖν οἰκεῖν καὶ μετέχειν ὧν ἐπεθύμησαν. ὅσοις δὲ τούτων μὲν μηδενὸς μῆτ' ἐπιθυμία μῆτε ζῆλος εἰσέρχεται, τὴν πλεονεξίαν δ' 5 ἀγαπῶσιν, ἣν διὰ τοῦ δοκεῖν ἐφ' ὑμῶν τιμᾶσθαι καρποῦνται, τούτους δ' οἴομαι, μᾶλλον δ' οἶδα σαφῶς, ὅταν ποτὲ μείζονος πλεονεξίας ἐτέρωθεν ἐλπίδα ἴδωσιν, οὐδ' ὅτι οὖν ὑμῶν φροντίσαντας ἐκείνην θεραπεύσειν. 10 (127) Οἶον, ἴν' εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς πρὸς ὁ ταῦτ' ἐγὼ βλέπων λέγω, Πύθων οὐτοσί, ὅτε μὲν Κότυν εὐθύς ἀπεκτονῶς οὐκ ἀσφαλῆς ἤγειτ' ἀπελευθεῖν οἶποι τύχοι, ἢ λθεν ὡς ὑμᾶς καὶ πολιτείαν ἤτησε καὶ πάντων ἐποιήσατο πρῶτους ὑμᾶς, ἐπειδὴ δ' οἴεται τὰ Φιλίππου πράγματα συμ- 15 φέρειν αὐτῷ μᾶλλον, οὐδ' ὅτι οὖν ὑμῶν φροντίσας τάκενον φρονεῖ. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἐστιν, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παρὰ τούτοις τοῖς ἐπὶ τῇ τοῦ πλεονεκεῖν προαιρέσει ζῶσιν οὐδὲν οὔτε βέβαιον οὐθ' ὅσιον, ἀλλὰ δεῖ τούτων,

fidere, ut, etiam si ceperit esse injurius, facultate ultionis ipsi sese spolient, vel si quem pro inimico habeant, sic odisse, ut, si deposito odio in gratiam redire velit, prohibeant, quominus hæc facere liceat. sed tantisper, mea quidem sententia, tum amare tum odiasse debemus, ut harum occasionum neutram prætereamus.

123. Porro etiam illud ego perspicere nequeo, cur non omnes homines eadem sibi tribui postulaturi sint, quicunque vel parvulum quippiam in vos contulisse videbuntur, si hæc Charidemo concesseritis, ut, si vultis, Simon, Bianor, Athenodorus, permulti alii. Quod si omnibus eadem decernemus; eo tandem profecto deveniemus, ut satellitum opus facientes, horum singulorum salutem tueamur satellitum instar. sin alii tribuemus, aliis non item; non præditi merito querentur. (124) Agite, si vero jam et Menestratus Eretriensis eadem et sibi decernenda a nobis petat, aut Phayllus Phocensis aut alius quispiam princeps (jungimus autem, adducti temporibus, sæpe cum multis amicitias); utrum decernemus omnibus necne? decernemus per Jovem. Atqui, Athenienses, quid dicemus honesti, si nos, qui principatum sustinere nos ad asserendam Græcorum libertatem profitemur, eorum, qui privatam potentiam ad opprimendam multitudinem obtinent, manifeste erimus satellites? Equidem non video. (125) nam si quid tale cuiquam largiendum est, id quod ego nego; primum in eum, qui nos nulla unquam injuria affectit, deinde in aliquem, qui nec si velit poterit lædere, tum, si verum volumus, quem palam constat alter omnes hæc accipere, ne patiat,ur, non ne faciat impune alius quid mali, tali largiendum. Charidemum vero neque eorum esse, qui nihil in vos deliquerint, neque hæc accipere, ne quid mali patiat,ur, prætereo, sed nec fidem ei habendam esse in posterum, ex me audite, ac considerate, recte an investigandæ rei viam insistere videar.

126. Ego sic existimo, Athenienses, qui vestrorum institutorum et legum desiderio civitatem adipisci studere, eos, si voti compotes fiunt, simul apud vos habitaturos et rerum desideratarum participes fore. qui vero neutrum horum vel desiderant vel admiran,ur, sed emolumentum spectant, quo propter vestri honoris opinionem fruuntur; eos vero arbitror, vel satis scio potius, si quando majoris alicujus emolumentum prospexerint aliunde eventuri, vobis prorsus neglectis illam secuturos. (127) Ut (quo et vos intelligatis, qua gratia hæc ego dicam) Python hic, quum statim post cædem Cotytis non quovis abire sibi tutum esse putaret, ad vos venit et civitatem petit et vos primos omnium fecit, quum vero censeat Philippi opes magis e re sua esse, nulla vestrum habita ratione cum illo facit. Non est enim, non est, Athenienses, apud istos, quorum omnia studia ad avaritiam referuntur, quicquam vel firmi vel sancti, sed oportet, ut quis-

20 δε τις εὖ φρονεῖ, φυλαττόμενον περιεῖναι, μὴ προπιστεύσαντα κατηγορεῖν. (128) Εἰ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, (τοῦναντίον ἢ τάληθές ὑπάρχει) θείημεν τὸν Χαρίδημον αὐτὸν καὶ γεγενησθαι περὶ ἡμᾶς σπουδαῖον καὶ εἶναι καὶ ἔσεσθαι, καὶ μηδέποτε ἄλλην γνώμην ἢ ταύτην  
 25 σχήσειν· οὐδὲν μᾶλλον ἔχει καλῶς ταῦτ' αὐτῷ ψηφισασθαι. εἰ μὲν γὰρ ἐπ' ἄλλο τι ταύτην τὴν ἀδειαν ἐλάβηκε, τὴν ἐκ τοῦ ψηφίσματος, ἢ τὰ Κερσοβλέπτου πράγματα· ἦττον ἂν ἦν δεινόν. νῦν δ', ὑπὲρ οὗ καταχρήσεται τῇ διὰ τοῦ ψηφίσματος πλεονεξία, οὐκ  
 663 ἀξιοπαιστον οὐθ' ἡμῖν οὐτ' ἐκείνῳ λογιζόμενος αὐτὸν εὐρίσκω. (129) Σκέψασθε δέ, ὡς δικαίως ἕκαστ' ἐξετάζω, καὶ σφόδρα γ' εἰκότως δεδιώς. Ἐγὼ σκοπῶ Κότυν, ὅτι κηδεστής ἦν Ἴφικράτει τὸν αὐτὸν τρόπον ὄνπερ  
 6 Χαριδήμῳ Κερσοβλέπτῃ, καὶ τὰ πεπραγμέν' ὄρω πολλῶν μείζονα καὶ χάριτος πλείονος ἄξι' ὑπὲρ Κότυος Ἴφικράτει, ἢ ὑπὲρ Κερσοβλέπτου Χαριδήμῳ. (130) Σκεψώμεθα δ' οὕτωςι· ἴστε ἕπου τοῦτ', ἄνδρες Ἀθη-  
 10 ναῖοι, ὅτι χαλκῆς εἰκόνας οὐσίας παρ' ἡμῖν Ἴφικράτει καὶ σιτήσεως ἐν πρυτανείῳ καὶ δωρεῶν καὶ τιμῶν ἄλλων, δι' ἃς εὐδαίμων ἐκεῖνος ἦν, ὁμοῦς ἐτόλμησεν ὑπὲρ τῶν Κότυος πραγμάτων ἐναντία τοῖς ὑμετέροις στρατηγοῖς ναυμαχεῖν, καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσατο τὴν  
 15 ἐκείνου σωτηρίαν ἢ τὰς ὑπαρχούσας ἑαυτῷ παρ' ἡμῖν τιμὰς. καὶ εἰ μὴ μετριωτέραν ἔσχετε τὴν ὀργὴν ὑμεῖς τῆς ἐκείνου προπετείας· οὐδὲν ἂν αὐτὸν ἐκώλυεν ἀθλιώτατον ἀνθρώπων ἀπάντων εἶναι. (131) Ἄλλ' ὁμοῦς δὲ Κότυς, ὑπ' ἐκείνου σωθεὶς καὶ λαβῶν ἔργῳ τῆς ἐκείνου  
 20 φιλίας πεῖραν, ἐπειδὴ βεβαίως ἠγήσατο σῶς εἶναι, οὐχ ὅπως ἀποδώσει χάριν ἐσπούδασεν αὐτῷ καὶ πρὸς ὑμᾶς δι' ἐκείνου τι φιλόανθρωπον ἔπραξεν, ἵνα συγγνώμης ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις τύχη, ἀλλὰ πᾶν τοῦναντίον ἤξει  
 25 μὲν αὐτὸν συμπολιορκεῖν τὰ λοιπὰ τῶν ὑμετέρων χωρίων, (132) οὐκ ἐθέλοντος δ' ἐκείνου λαβῶν αὐτὸς τὴν τε βαρβαρικὴν δύναμιν καὶ τὴν ὑπ' ἐκείνου συνειλεγμένην, καὶ τὸν Χαριδήμον τοῦτον προσημισθασάμενος, προσέ-  
 664 βαλλε τοῖς ὑμετέροις χωρίοις, καὶ εἰς τοῦτο κατέστησε τὸν Ἴφικράτην ἀπορίας, ὡςτ' ἀπελθόντ' εἰς Ἀντισσαν οἰκεῖν καὶ πάλιν εἰς Δρῦν, ἠγούμενος ὡς μὲν ὑμᾶς οὐχὶ καλῶς ἔχειν ἐλθεῖν, ὅς ὑστέρους ἐπεποιήτο τοῦ Θρα-  
 5 κὸς καὶ τοῦ βαρβάρου, παρ' ἐκείνῳ δ' οὐκ ἀσφαλῆς εἶναι μένειν, ὃν οὕτως ὀλιγοῦσθ' ἑώρα τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. (133) Ἄν οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ Κερσοβλέπτῃς ἐκ τῆς τῷ Χαριδήμῳ νῦν ἀδείας κατασκευαζομένης αὐξηθεὶς ὀλιγορῆ μὲν ἐκείνου, νεωτερίζῃ δέ  
 10 τι καὶ κινήῃ πρὸς ὑμᾶς· ἐξαρχεῖ τοῦθ' ὑμῖν, ἐὰν Χαρίδημος ἐξαπατηθῇ, τὸν Θρακ' ἰσχυρὸν ἐφ' ὑμᾶς αὐτοὺς κατασκευασκέναι; ἐγὼ μὲν οὐκ ἄξιῶ. (134) καὶ γὰρ ἐκεῖνο νομίζω δίκαιον, εἰ μὲν αἰσθάνεται ταῦτα καὶ προορᾷ Χαριδήμος, εἴθ' ὅπως τοιούτων ψηφισμάτων τεύξεται  
 15 διαπραττέται, ὡς ἐπιβουλεύοντι μὴ ἐπιτρέπῃ αὐτῷ, εἰ δὲ λέληθεν αὐτόν, ὅσῳ μᾶλλον εὖνουν τις αὐτὸν υπείληπεν εἶναι, τοσούτῳ μᾶλλον προιδέσθαι καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ ὑπὲρ ἐκείνου. ἔστι γὰρ φίλων ἀγαθῶν οὐ τὰ

quis cordatus est, talem hominem cautione diligenti superet, non datis fiduciae pœnis conqueratur. (128) Quod si poneremus, Athenienses, (id quod minime verum est) ipsam Charidemum functum erga vos esse officio et fungi et facturum idem in posterum neque alio animo quam hoc unquam futurum; nihilo magis decet ei talia decerni. Nam si securitatem hanc e decreto tribuendam ob aliud quippiam quam ad stabilendum Cersobleptis regnum acciperet; æquiore id animo ferri posset. nunc autem eum, cuius nomine decreti commoditate abutetur, cogitans invenio talem, cui vel a nobis vel ab illo non sit fides habenda. (129) Videte autem, quam juste singula inquiram idque valde merito metuens. Ego considero, Cotym Iphicratis fuisse affinem eodem modo quo est Charidemi Cersobleptes, et res gestas video multo majores et gratia digniores pro Cotye Iphicratis, quam pro Cersoblepte Charidemi. (130) Sic autem cogitemus: Scitis hoc utique, Athenienses, quanquam Iphicrates et æream statuam apud vos et victum in Prytaneo et præmia et honores alios, quibus beatus ille fuit, obtinuerat, tamen ad tuendum Cotyis regnum eum bello navali cum vestris decernere ducibus non dubitasse, illiusque salutem pluris fecisse quam honores apud vos tributos. ac nisi major vestra fuisset in ira cohibenda moderatio quam illius temeritas; nihil obstitisset quominus omnium hominum fieret infelicissimus. (131) Tamen Cotys, ab illo conservatus et re ipsa ejus amicitia comprobata, quum extra omne periculum se positum arbitraretur, non modo referre illi gratiam non studuit nec per illum in vos ulla humanitate usus est, ut hic veniam rerum gestarum impetraret, sed contra ab eo postulavit, ut ad oppida vestra reliqua oppugnanda adjutor esset, (132) quod quum ille recusasset, barbaricis copiis ipse acceptis et collecto ab illo exercitu et Charidemo isto præterea conducto, vestra oppida aggressus est et Iphicratem in eas redegit angustias, ut discedens ab illo Antissam primum, tum Dryn habitatum se conferret, existimans non decere se ad vos redire, quibus Thracem anteposuisset et barbarum, nec apud illum tuto posse manere, quem suæ salutis ita cernebat esse negligentem. (133) Quod si, Athenienses, etiam Cersobleptes, ista securitate, quæ Charidemo nunc comparatur, auctus et illum neglexerit et contra vos machinatus aliquid fuerit et tentaverit; num satis id vobis erit, decepto Charidemo, Thracis contra vosmet ipsos constabilisse potentiam? equidem non opinor. (134) Etenim illud æquum esse puto, Charidemi, si sentit et prospicit talia, et tamen talibus potiri decretis studet, insidiis resistere, sin haud animadvertit, quo quis eum benivolentiores esse putat, eo magis et suæ et illius securitati prospicere. Nam veræ amicitiae est benivolis hominibus non in iis gratificari rebus.

20 τοιαῦτα χαρίζεσθαι τοῖς εὖνοις, ἐξ ὧν κακίνοις καὶ σφίσι αὐτοῖς ἔσται τις βλάβη, ἀλλ' ὁ μὲν ἂν μέλλῃ συνοίσειν ἀμφοῖν, συμπράττειν, ὁ δ' ἂν αὐτὸς ἄμεινον ἐκείνου προορᾷ, πρὸς τὸ καλῶς ἔχον τίθεσθαι καὶ μὴ τὴν ἤδη χάριν τοῦ μετὰ ταῦτα χρόνου παντὸς περὶ  
25 πλείονος ἡγεῖσθαι. (135) Οὐ τοίνυν οὐδ' ἐκείνο λογιζόμενος δύνάμει κατιδεῖν, ὡς, εἰ καὶ βάρβαρος καὶ ἄπιστος ὁ Κερσοβλέπτης, ὁμοῦς προνοηθεῖ γ' ἂν μὴ τὰ τηλικαῦτ' ἀδικῆσαι Χαριδῆμον. ὅταν γὰρ πάλιν ἐξετάσω, ἡλίκων Κότυς Ἰφικράτην ἀποστερήσειν μέλ-  
66 ὤλων οὐδὲν ἐφρόντισε παντελῶς τούτῳ γ' οὐδὲν ἂν ἡγοῦμαι μελῆσαι τῶν ἀπολουμένων Χαριδήμῳ. (136) Ὁ μὲν γ' ἐκείνου τιμὰς, σίτησιν, εἰκόνας, πατρίδα, ἢ ζήλων τὸν αὐτὸν ἐποίησεν, ὀλίγου δὲ λέγειν πάνθ' ὧν ἄνευ  
5 ζῆν οὐκ ἄξιον ἦν Ἰφικράτει, νομίζων ἀποστερήσειν οὐκ ἐπεστράφη. οὗτος δ' ὡς ἀληθῶς τίνας ἂν καὶ λόγον σχοίη, μὴ τίνας Χαριδήμον ἀποστερήσῃ; οὐδ' ὅτι οὖν ἔστι γὰρ παρ' ὑμῖν αὐτῶν, οὐ παῖδες, οὐ εἰκόνας, οὐ συγγενεῖς, οὐ  
10 ἀλλ' οὐδέν. (137) Καὶ μὴν εἰ μήτε φύσει πιστὸς ὁ Κερσοβλέπτης, ἔκ τε τῶν γεγενημένων πρότερον δικαίως ἄπιστος, μηδὲν τε τοιοῦτον ὑπάρχει τοῖς πράγμασι δι' ὃ κὰν παρὰ γνώμην καὶ φύσιν προνοηθεῖ τι τοῦ Χαριδήμου τίνας εἴνεγ' ἀπλῶς καὶ κοιμῶδη τετυρωμένους  
15 οὕτως, ἃ βούλεται διαπράξεσθαι, συλλάβωμεν αὐτῶν, καὶ ταῦτ' ἐφ' ἡμῖν ὄντα; ἐγὼ μὲν οὐχ ὀρῶ.

138. Ὅτι τοίνυν ἄνευ τοῦ τοῖς πράγμασι μὴ συμφέ-  
ρειν τὸ ψήφισμα, οὐδὲ πρὸς δόξαν συμφέρει τῇ πόλει τοιοῦτον οὐδὲν ἐψηφισμένη φαίνεσθαι, καὶ τοῦτο δεῖ  
20 μαθεῖν ὑμᾶς. εἰ μὲν γὰρ, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πῶν οἰκοῦντι τῶν καὶ νόμοις πολιτευομένων τὸ ψήφισμα ἐγγραπτό· δεινὸν δὲ ἦτον ἂν ἦν αἰσχρόν. νῦν δὲ γέγραπται Χαριδήμῳ τῇ πόλιν μὲν οὐδ' ἠντινοῦν οἰκοῦντι, Θρακί δ' ἀνθρώπων βασιλεῖ στρατηγούντι καὶ διὰ τῆς ἐκείνου βασιλείας πολλοὺς ἀδικοῦντι. (139) Ἰστε γὰρ  
25 δῆπου τοῦθ', ὅτι πάντες οἱ ξαναγοῦντες οὗτοι πόλεις καταλαμβάνοντες Ἑλληνίδας ἄρχιν ζητοῦσι, καὶ πάντων, ὅσοι περ νόμοις οἰκεῖν βούλονται τὴν αὐτῶν ὄντες ἐλεύθεροι, κοινοὶ περιέρχονται κατὰ πᾶσαν χώραν, εἰ δεῖ τάλῃθες εἰπεῖν, ἐγθροί. Ἄρ' οὖν, ὡς ἄνδρες Ἀθη-  
66 ναῖοι, καλὸν ἢ πρέπον ὑμῖν, τοῦ μὲν ἔνεκα τῆς ἑαυτοῦ πλεονεξίας ἐπιβουλεύσαντος οἷς ἂν τύχῃ, τοιαύτην φυλακὴν ἐψηφισμένους φαίνεσθαι, τοῖς δ' ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν  
5 ἐλευθερίας ἀμυνομένοις εἰργεσθαι τῆς ὑμετέρας συμμαχίας προειρηθέναι; (140) Ἐγὼ μὲν οὐχ ὑπολαμβάνω τοῦτ' οὔτε καλῶς ἔχειν οὐθ' ἡμῶν ἀξίως. πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρόν Λακεδαιμονίους μὲν ἐγκαλεῖν ὅτι τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας Ἑλληνας ἐγράφαν ἐξεῖναι δρᾶσαι πᾶν  
10 ὃ τι ἂν ἐθέλῃ βασιλεὺς, αὐτοὺς δ' ἐκδοῦναι καὶ τοὺς τὴν Εὐρώπῃν οἰκοῦντας Κερσοβλέπτη καὶ πάντας, ὅσων περ ἂν οἴηται κρείττων Χαριδήμος ἕσσεσθαι; οὐ γὰρ ἄλλο τι ποιῆι τὸ ψήφισμα τοῦτ', ὅτε τῶν μὲν ἐκείνου στρατηγῶν, οὐ διείρηται, τί πρακτέον ἢ μή, πᾶσι δ', ἂν τις ἀμύνηται, τοσοῦτος ἐπήρηται φόβος.

15 141. Καὶ μὴν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ γεγονός τι

quæ et in illorum et in tuum cedere detrimentum possint, sed in his quidem, quæ utrisque prodesse queant, adjuvare, quæ autem ipse melius illo provideas, ea rite administrare nec præsentis obsequii dulcedinem totius reliqui temporis utilitati antepondere. (135) Neque illud quoque cogitanti mihi probabile videtur, Cersobleptem, etsi barbarus sit et perfidus, curaturum tamen ne tantis afficiat injuriis Charidemum. nam rursus quum inquiri, quantis bonis Iphicratem Cotys spoliaturus, nihil ea re sit commotus; penitus istius quidem crediderim nihil relaturum esse, quicquid tandem perierit Charidemo. (136) Nam Cotys illum honoribus, victu publico, status, patria, quæ nomen ejus illustrarat, rebus prope dixerim omnibus, sine quibus indigna erat vita Iphicrati, se spoliaturum sciens non curavit. sed iste vere cujus rei rationem habuerit, ne qua re spoliaret Charidemum? nam prorsus nullam habet licet apud vos, non liberos, non imaginem, non cognatos, non aliud quicquam. (137) Et vero si nec natura fidus est Cersobleptes, et propter ea, quæ prius acta sunt, jure suspectus, nec quicquam in rebus inest, propter quod vel contra voluntatem et ingenium Charidemi rationem haberet; quæ causa est cur sic per puram et inaximam insaniam ad libidinem suam explendam illum adjutem, præsertim quum tota res in detrimentum nostrum cessura sit? Equidem nullam video.

138. Præterquam igitur quod decretum hoc non est ex usu reipublicæ, existimationi quoque nostræ civitatis tale quicquam decrevisse adversari, et id cognoscendum vobis est. Si enim, Athenienses, urbem habitanti alicui et legibus obnoxio rogatum esset decretum; etsi iniquum, minus turpe tamen esset. nunc autem Charidemo rogatum est, qui nullam urbem habitat, et regi homini Thraci ducit exercitum, cujus regno fretus, multis injuriam facit. (136) Scitis enim hoc profecto, omnes istos, qui peregrinis præsent exercitibus, Græcis urbibus occupandis imperium sibi vindicare, et omnium qui in patria sua vivere volunt libertate fruentes, omnem regionem pervagari, si fas est verum dicere, communes hostes. Num igitur honestum vobis aut decorum erit, Athenienses, illi, qui explendæ suæ avaritiæ causa quibusvis, in quos incidit, insidiabitur, talem custodiam manifesto decrevisse, illis vero, qui suam libertatem asserturi sunt, vestra societate interdixisse? (140) Ego certe hoc neque honestum neque e dignitate vestra esse censeo. Quam enim turpe fuerit accusare Lacedæmonios, quod in fœdera retulerunt, licere Persarum regi Græcos Asiam incoletes arbitratu suo tractare, si nos ipsi Cersoblepti etiam eos dedamus, qui Europam incolunt, denique omnes, quibus se Charidemus superiorem fore confidet? neque enim alia decreti hujus vis est, quum definitum non sit, quid duci illius agendum, quid non agendum, et omnibus, si quis se defenderit, tantus metus impendat.

141. Verum, Athenienses, etiam rem gestam vobis reci-

πρᾶγμα φράσαι πρὸς ὑμᾶς βούλομαι, δι' οὗ μᾶλλον ἐθ' ὑμῖν γενήσεται δῆλον, ὡς σφόδρα δεῖ λύσαι τὸ ψήφισμα τούτ'. Ὑμεῖς ἐποίησαθ' ἐν τισι καιροῖς καὶ χρόνοις Ἀριοβαρζάνην πολίτην καὶ δι' ἐκείνον Φιλίσκον, ὡς περ 20 νῦν διὰ Κερσοβλέπτην Χαρίδημον. ἂν δ' ὅμοιος ἐκείνου τούτῳ τῇ προαιρέσει τοῦ βίου, διὰ τῆς Ἀριοβαρζάνου δυνάμειος πόλεις κατελάμβανεν Ἑλληνίδας, εἰς ἃς εἰσιὼν πολλὰ καὶ δεινὰ ἐποίει, παῖδας ἐλευθέρους ἀδ- 25 κῶν καὶ γυναῖκας ὑβρίζων, καὶ πάντα ποιῶν ὅσ' ἂν ἀνθρώπος ποιήσειεν ἀνευ νόμου καὶ τῶν ἐν πολιτείᾳ καλῶν θετραμμένους, εἰς ἐξουσίαν ἐλθῶν. (142) Ἐν δὲ Λαμφάκῳ τινὲς ἀνθρώποι γίγονται δύο (Θερσαγόρας ὄνομα αὐτῶ, θατέρω δ' Ἐξήκεστος), οἱ παραπλήσια 667 τοῖς παρ' ἡμῖν γνόντες περὶ τὸν τύραννον ἀποκτινύουσι τὸν Φιλίσκον δικαίως, τὴν αὐτῶν πατρίδα οἰόμενοι δεῖν ἐλευθεροῦν. Εἰ δὲ τῶν τῶν ὑπὲρ Φιλίσκου λεγόντων, ὅτ' ἐμισθοδότην μὲν τοῖς ἐν Περίρῳ ξένοις, εἶχε δ' ὅλον τὸν Ἑλλάςποντον, μέγιστος δ' ἦν τῶν ὑπάρχων, ἔγραψέ 5 τις, ὡς περ οὗτος νυνί, « ἐάν τις ἀποκτείνῃ Φιλίσκον, ἀγώγιμον αὐτὸν ἐκ τῶν συμμάχων εἶναι » πρὸς Διὸς θεάσασθε, εἰς ὅσην αἰσχύνῃν ἂν ἡ πόλις ἡμῶν ἐληλύθει. (143) Ἦκε μὲν γὰρ ὁ Θερσαγόρας καὶ ὁ Ἐξήκεστος εἰς 10 Λέσβον, καὶ ἔρχονται ἐκεῖ. εἰ δ' ἐρήπτετό τις τῶν Φιλίσκου φίλων ἢ παιδῶν· ἐξέδιδότ' ἂν ὑπὸ τοῦ ὑμετέρου ψήφισματος. πῶς οὖν οὐκ αἰσχρὸν καὶ δεινὸν ἂν ἦτε πεπονηκότες, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ τοὺς μὲν παρ' ἡμῖν τοιοῦτό τι πράξαντας χαλκοῦς ἰστάντες καὶ ταῖς μεγί- 15 σταις δωρεαῖς τιμῶντες φαίνεσθε, τοὺς δ' ἐτέρωθί που τὴν αὐτὴν τούτοις διάνοιαν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν πατρίδος ἔχοντας ἐκδότους εἶναι κατεψηφισμένοι; Τοῦτο τοίνυν ἐπ' ἐκείνου μὲν, εὖ ποιοῦν, οὐ συνέβη φενακισθεῖσιν ὑμῖν αἰσχύνῃν ὀφλεῖν, ἐπὶ τούτου δέ, ἐὰν ἐμοὶ πεί- 20 θησθε, φυλάξεσθε. μὴ γὰρ ὠρισμένου μηδενός, ἀλλ' ἀπλῶς « ἐάν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον » γεγραμμένου, τάχ' ἂν, εἰ τύχοι, καὶ τοιοῦτό τι συμβαίῃ.

144. Βούλομαι τοίνυν ἤδη καὶ τὰ πεπραγμέν' ἐξετάσαι τῷ Χαριδήμῳ διὰ βραχείων, καὶ δεῖξαι τὴν υπερ- 25βολὴν τῆς ἀναιδείας τῶν ἐπαινούμενων αὐτόν. ἐν δ' ὑμῖν ἐκεῖν' ὑπισχνούμαι (καὶ μοι μηδεὶς ἀχθεσθῆ τῇ ὑποσχέσει), οὐ μόνον ὑμῖν ἐπιδειξῶ τῆς φυλακῆς οὐκ ἄξιον ἦν γέγραφεν οὗτος, ἀλλὰ καὶ δίκην δόντ' ἂν δικαίως τὴν μεγίστην, εἴπερ οἱ καχόνοι καὶ φενακίζοντες ὑμᾶς 668 καὶ διὰ παντὸς ἐναντία πράττοντες κολάζουσιν' ἂν δικαίως. (146) Ἴσως δέ τισι λογιζομένοις ὑμῶν, ὅτι πρῶτον μὲν πολίτης γέγονεν ἀνθρώπος, εἶτα πάλιν χρυσοῖς στεφάνοις ὡς εὐεργέτης ἐστεφάνωται, θαυμάζειν ἐπελήλυ- 5 θεν, εἰ τὰ τληκαυθ' οὕτως ἐξηπάτησθε βραδίως. Εὖ τοίνυν ἴστε, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι ἐξηπάτησθε. καὶ δι' ἃ γ' εἰκότως τοῦτο πεπόνθατε, ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς φράσω. Ὅτι, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πολλὰ γινώσκοντες ὀρθῶς 10 εἰσέτι οὐ διὰ τέλους αὐτοῖς χρῆσθε. (146) Οἶον τι λέγω; εἰ τις ὑμᾶς ἔροιτο τί πονηρότατον νομίζετε τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων ἐθνῶν· οὔτε τοὺς γεωργοὺς οὔτε τοὺς ἐμπόρους οὔτε τοὺς ἐκ τῶν ἀργυρεῶν οὔτε τῶν τοιοούτων

tare volo, quo magis perspiciatis, quantopere decretum hoc sit solvendum. Vos rationibus commoti quibusdam aliquando civem fecistis Ariobarzanem et propter hunc, Philiscum, ut nunc propter Cersobleptem Charidemum. ille vero eodem praeditus animo, quo iste, Ariobarzanis utens exercitu Graecas urbes occupabat, atque in eas ingressus, multa et crudelia facinora edebat, ingenuis pueris violandis et mulieribus stuprandis, nihil denique non faciebat, quaecunque homo nullis legibus, et nullis ullius reipublicae honestis institutis et disciplina educatus, principatum nactus facit. (142) Jam Lampasaci duo quidam homines existere (Thersagoras ei nomen fuit, Execestus alteri), qui idem, quod illi celeberrimi apud nos, de tyranno statuente Philiscum occiderunt, laud injuria, quod patriae suae libertatem asserendam esse existimabant. Quod si quis Philisci studiosus orator tum, quum peregrinis Perinthi militibus stipendia solveret, totum Hellespontum teneret, omnium praesidium esset amplissimum, rogasset, quemadmodum iste nunc, « si quis occiderit Philiscum, abduci eum e ditone sociorum liceat »; per Jovem videtis in quantam ignominiam civitas nostra abiisset. (143) Venerunt enim Thersagoras et Execestus in Lesbum, et illi c habitaverunt. quod si quis e Philisci amicis aut liberis manum iis injecisset, deditus e vestro decreto fuisset. Quam igitur turpe atque indignum, Athenienses, egissetis, quum eos, qui apud vos tale quid fecerunt, et aereis statutis et summis honoribus aperta ornetis, si eos, qui alio quopiam in loco idem, quod hi, de patria sua senserunt, dedendos damnassetis? Atque in illo quidem, feliciter sane, non accidit, ut decepti dedecus susciperetur, in hoc vero, si mihi parebitis, ne id usu veniat prospicietur. quum enim nulla re definita pure scriptum sit « si quis occiderit Charidemum »; fieri possit ut casu etiam tale quippiam eveniat.

144. Nunc vero etiam in facta Charidemi breviter inquiram, et summam eorum impudentiam, a quibus laudatur, ostendam. Unum autem vobis illud polliceor (neque vero quicquam pollicitationem meam aegre ferat), me non illud modo vobis ostensurum, indignum eum esse custodia ab isto decreta, sed gravissimum etiam supplicium meruisse, quandoquidem malevoli vobis et impostores et continenter adversantes jure puniantur. (145) Fortasse autem vestrum quibusdam considerantibus, primum civem eum esse factum, deinde rursus aureis coronis tanquam de republica bene meritum decoratum, mirari subit, vos tantis in rebus tam facile esse deceptos. Ne igitur dubitetis, Athenienses, vos esse deceptos. cur autem id quidem vobis accidisse consentaneum sit, exponam. Vos, Athenienses, quum multa recte intelligatis, iisdem parum constanter, quum usus postulat, insistitis. (146) Exempli causa quid vobis dicam? Si quis vos interroget, quod genus hominum ex omnibus in civitate improbissimum putetis; nec agricolas nec mercatores nec metallicos neque quicquam tale responderitis, sed si

οὐδὲν ἂν εἴποιτε, ἀλλ' εἰ τοὺς ἐπὶ μισθῶ λέγειν καὶ  
 15 γράφειν εἰσθότας εἴποι τις, εὔ οἶδ' ὅτι συμφήσαιτ' ἂν  
 ἅπαντες. μέχρι μὲν δὴ τούτου καλῶς ἐγνώκατε, ἔπειτ'  
 οὐκέτ' ὀρθῶς τὸ λοιπόν. (147) οὐς γὰρ αὐτοὶ πονηρο-  
 τάτους νομίζετε πάντων, τούτοις περὶ τοῦ ποῖόν τιν'  
 ἕκαστον χρῆ νομίζειν πεπιστεύκατε. οἱ δ', ὅν ἂν αὐ-  
 τοῖς λυσιτελῆ, καὶ χρηστὸν καὶ πονηρὸν εἶναί φασιν,  
 20 οὐχ ὅν ἂν ᾗ δίκαιον καὶ ἀληθές. ὅπερ πεποικήασιν τὸν  
 Χαριδῆμον τοῦτον οἱ ῥήτορες πάντα τὸν χρόνον, ὡς καὶ  
 ὑμεῖς ὁμολογήσατε, ἐπειδὴν ἀκούσθετέ μου τὰ πεπρα-  
 γμέν' αὐτῶ.

148. Ὅσα μὲν δὴ στρατιωτῆς ὧν ἐν σφενδονήτου καὶ  
 25 ψιλοῦ μέρει τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἐναντὶ ἐστράτευται τῇ πόλει,  
 οὐ τίθημι ἐν ἀδικήματος μέρει, οὐδ' ἔτι ληστικὸν ποτε  
 πλοῖον ἔχων ἐληίζετο τοὺς ὑμετέρους συμμάχους, ἀλλ'  
 αἷ ταῦτα. διὰ τί; ὅτι, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, αἱ ἀναγ-  
 καίαι χρεῖαι τοὺς τοῦ τί πρακτέον ἢ μὴ λογισμοὺς  
 669 ἀνακίρουσιν ἅπαντας, ὥςτ' οὐ πᾶν ταῦτ' ἀκριβολογεῖ-  
 σθαι δεῖ τὸν δικαίως ἐξετάζοντα. ἀλλ' ὅθεν ἀρξάμενος  
 ξεναγῶν ἤδη καὶ τινων ἀρχων στρατιωτῶν κακῶς ὑμᾶς  
 ἐποίησε, ταῦτ' ἀκούσατέ μου. (149) Οὗτος ἐν μὲν ἅπαν-  
 5 των πρῶτον, μισθωθείς ὑπ' Ἴφικράτους καὶ πλέον ἢ τρι-  
 ἔτη μισθοφορήσας παρ' ἐκείνῳ, ἐπειδὴ τὸν μὲν Ἴφι-  
 κράτην ἀποστράτηγον ἐποίησατε, Τιμόθεον δ' ἐπ'  
 Ἀμφίπολιν καὶ Χερρόνησον ἐξεπέμψατε στρατηγόν,  
 10 πρῶτον μὲν τοὺς Ἀμφιπολιτῶν ἡμέρους, οὐς παρ' Ἀρ-  
 πάλου λαβὼν Ἴφικράτης ἔδωκε φυλάττειν αὐτῶ, ψη-  
 φισαμένων ὑμῶν ὡς ὑμᾶς κομισαί, παρεβόηκεν Ἀμφιπο-  
 λίταις, καὶ τοῦ μὴ λαβεῖν Ἀμφίπολιν τοῦτ' ἐμποδῶν  
 κατέστη. δεύτερον δέ, μισθουμένου Τιμόθεου πάλιν  
 15 αὐτὸν καὶ τὸ στράτευμα, τοῦτω μὲν οὐ μισθοῖ, πρὸς δὲ  
 Κότυν πλέων ὄχετ' ἔχων τὰς ὑμετέρας τριακοντόρους,  
 ὅν ἀκριβῶς ἤδει τῶν ὄντων ἀνθρώπων ἐχθρόταθ' ὑμῖν  
 διακειμένον. (150) Καὶ μετὰ ταῦτα, ἐπειδὴ τὸν πρὸς Ἀμ-  
 20 φίπολιν πολεμὸν πρότερον πολεμεῖν εἴλετο Τιμόθεος τοῦ  
 πρὸς Χερρόνησον, καὶ οὐδὲν εἶχε ποιεῖν ὑμᾶς ἐκεῖ κακόν,  
 μισθοῖ πάλιν αὐτὸν Ὀλυνθίοις τοῖς ὑμετέροις ἐχθροῖς  
 καὶ τοῖς ἔχουσιν Ἀμφίπολιν κατ' ἐκείνον τὸν χρό-  
 νον. καὶ πλέων ἐκείσε, ἐκ Καρδίας ἀναχθεῖς, ἵνα τὰν-  
 ἀντία τῇ πόλει πολεμῆ, ὑπὸ τῶν ἡμετέρων τριήρων  
 25 ἐάλω. διὰ τὸν παρόντα δὲ καιρὸν καὶ τὸ δεῖν ξένων ἐπὶ  
 τὸν πολεμὸν τὸν ἐπ' Ἀμφίπολιν, ἀντὶ τοῦ δίκην δοῦναι,  
 ὅτι οὐκ ἀποδεδώκει τοὺς ἡμέρους καὶ διότι πρὸς Κό-  
 τυν ἐχθρὸν ὄνθ' ὑμῖν ἡυτομόλησεν ἔχων τὰς τριακον-  
 670 τόρους, πίστεις δοῦς καὶ λαβὼν ἐστράτευσε μεθ' ὑμῶν.  
 (151) Ὡς δ' ἐκείνον δίκαιον ᾗν χάριν ὑμῖν εἶχειν οὐκ  
 ἀπολωλότα, τοῦτο παθόντ' ἂν δικαίως, ἀντὶ τούτων ὡς  
 ὀφειλοῦς ἢ πόλις αὐτῶ στεφάνους καὶ πολιτεῖαν καὶ ἅ  
 5 πάντες ἐπίστασθε δέδωκεν. Καὶ ὅτι ταῦτ' ἀληθῆ λέγω,  
 τό τε ψήφισμ' ἀνάγνωθι μοι τὸ περὶ τῶν ἡμέρων, καὶ  
 τὴν Ἴφικράτους ἐπιστολὴν καὶ τὴν Τιμόθεου, καὶ μετὰ  
 ταῦτα τὴν μαρτυρίαν ταυτηνί. ὄψεσθε γὰρ οὐ λόγους  
 οὐδ' αἰτίαν ἀλλ' ἀλήθειαν οὖσαν ὧν λέγω. — Λέγε τὴν  
 10 μαρτυρίαν.

quis eos qui mercede concionari et rogare solent nominet, illi vos omnes assensuros minime dubito. Hactenus igitur bene sentitis, postea non amplius recte. (147) nam quos ipsi omnium improbissimos putatis, his creditis, quando judicandum est, qualis unusquisque sit existimandus. Hi vero, quemcunque dicere iis ipsis commodum est, et probum et improbum esse dicitant, non quemcunque æquitas et veritas dicit. id quod de Charidemo isto perpetuo fecerunt oratores, quemadmodum et vos fatebimini, quando ex me facta illius audiveritis.

148. Quæ igitur miles adhuc, dum funditoris et velitis parte fungeretur initio, contra nostram rempublicam bello fecit, non inter injurias numero, neque illud, quod navigium aliquando nactus piraticum vestros socios deprædatus est, sed omitto hæc. quamobrem? quia, Athenienses, necessitas et inopia cogitationes, quid ex officio sit, quid contra officium, tollit universas, quare hæc nimis accurato ad calculos revocare non est æqui examinatio. Sed unde inceperit jam dux mercenariorum et quibusdam militibus præfectus vos lædere, hæc ex me audite. (149) Primum omnium iste, conductus ab Iphicrate, quum plus quam triennium sub eo stipendia fecisset, postquam imperium Iphicrati abrogastis et Timotheum cum imperio adversus Amphipolim et Chersonesum ablegastis, primum Amphipolitanos obsides, quos ab Harpalo acceptos isti ad custodiendum Iphicrates tradiderat, qui ex vestro decreto ad vos mittendi erant, Amphipolitius reddidit, quæ res obstitit, ut ne Amphipolis caperetur. deinde, quum Timotheus eum denuo cum ejus exercitu mercede conducere vellet, ei operam suam non locavit, sed cum vestris navibus remorum tricenorum ad Cotym profectus est, quem vobis omnium hominum inimicissimum esse certissimo sciebat. (150) Postea, quum Timotheo visum esset bellum Amphipolitanum prius conficere, quam Chersonesum recuperare, neque in hac iste ullo modo lædere vos posset, denno suam operam Olynthiis locat inimicis vestris, et ei factioni, quæ tum Amphipolim tenebat. quo dum navigat, Cardia egressus, ut contra vos arma ferret, a vestris triremibus captus est. sed quia temporis illius ratio postulabat, et mercenariis ad Amphipolitanum bellum opus erat, quum plectendus esset, quod vobis obsides non tradidisset, et quod ad Cotym hostem vestrum cum vestris tricenorum remorum navibus transfugisset, fide data et accepta, vobiscum militavit. (151) Pro quibus igitur rebus æquum erat eum vobis habere gratiam, quia non perierat, id quod meruisset, pro his nostra urbe, velut affecta beneficiis, coronas ei et civitatem et quæ scitis omnes largita est. Ac hæc a me vere dici, et decretum de obsidibus recita mihi et Iphicratis literas itemque Timothei, et deinde hoc testimonium. Videbitis enim non verba vel accusationem, sed vera ea esse, quæ commemoro. — Recita testimonium.

## ΨΗΦΙΣΜΑ. ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ. ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

152. Ὅτι μὲν τοίνυν καὶ τὸ πρῶτον, οὗ πολεμεῖν  
 ἡμῖν ᾤετο, ἐκέισε ἐμίσθωσεν αὐτὸν, πολλαχόσε ἄλλοσε  
 μισθῶσαι παρὸν, καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς οὐδὲν ἐκεῖ κακὸν  
 15 εἶχε ποιεῖν ὑμᾶς, ἐπλεῖ δεῦρο πάλιν οὗ τάναντι' ἡμελλε  
 πράξειν τῇ πόλει, καὶ τοῦ μὴ λαβεῖν Ἀμφίπολιν πάντων  
 οὗτος αἰτιώτατος ἐστίν, ἀκηκόατ' ἐκ τῆς ἐπιστολῆς καὶ  
 τῆς μαρτυρίας. καὶ τὰ μὲν πρῶτα τοιαῦτ' ἐστὶ τῶν  
 20 ἔργων τῶν Χαριδήμου, μετὰ ταῦτα δ' ἄλλα θεάσασθε.  
 (153) Χρόνου γὰρ διελθόντος καὶ τοῦ πολέμου πρὸς Κότυν  
 ὄντος ἤδη πέμπει πρὸς ὑμᾶς ἐπιστολὴν (μᾶλλον δ' οὐχὶ  
 πρὸς ὑμᾶς ἀλλὰ πρὸς Κηφισόδοτον. οὕτω σφόδρ' ὑπ'  
 25 αὐτοῦ γ' οὐδ' ἂν ἐξαπατηθῆναι τὴν πόλιν ἠγείτο, συν-  
 εἰδὼς ἃ πεποίηκεν), ἐν ᾗ Χερβρόνησον ὑπέσχετο τῇ  
 πόλει κομιεῖσθαι, πάντα τοῦτοις τάναντι' ἐγνωκῶς  
 ποιεῖν. δεῖ δ' ὑμᾶς τὸ πρᾶγμα, οἷον ἦν, τὸ περὶ τὴν  
 ἐπιστολὴν ἀκοῦσαι (καὶ γὰρ ἐστὶ βραχὺ) καὶ θεωρῆσαι  
 671 τὸν τρόπον τάνθρώπου, ὡς ἡμῖν ἀπ' ἀρχῆς κέχρηται.  
 (154) Ἐκεῖνος ὡς ἀτόμισθος γίγνεται παρὰ τοῦ Τιμοθέου  
 τότε, ἀπ' Ἀμφιπόλεως ἀναχωρῶν διαβάς εἰς τὴν Ἀσίαν,  
 διὰ τὴν σύλληψιν τὴν Ἀρταβάζου συμβᾶσαν τὸθ' ὑπ'  
 5 Αὐτοφραδάτου μισθοῦ τὸ στρατεύμα καὶ ἑαυτὸν τοῖς  
 Ἀρταβάζου κηδεσταῖς. λαβὼν δὲ πίστει καὶ δούς,  
 ὀλιγωρήσας τῶν ὄρκων καὶ παραβάς αὐτοῦς, ἀφυλάκτων  
 ὄντων ὡς ἂν πρὸς φίλον τῶν ἐν τῇ χώρᾳ, καταλαμβάνει  
 Σκῆψιν καὶ Κέβρηνα καὶ Ἴλιον αὐτῶν. (155) Ἐγχα-  
 10 τῆς δὲ γενόμενος τοῦτων τῶν χωρίων πρᾶγμα' ἐπαθε  
 τοιοῦτον, οἷον οὐχ ὅτι στρατηγὸς ἂν ἠγνόησέ τις εἶναι  
 φάσκων, ἀλλ' οὐδ' ὁ τυχὼν ἀνθρώπος. οὐδ' ὀτιοῦν γὰρ  
 χωρίων ἔχων ἐπὶ θαλάττῃ, οὐδ' ὅθεν ἂν σιτοπομπίας  
 15 εὐπόρησε τοῖς στρατιώταις, οὐδ' αὖ σίτον ἔχων ἐν τοῖς  
 χωρίοις, ὑπέμεινε ἐν τοῖς τεύχεσι καὶ οὐ διαρπάσας  
 ᾄχετο, ἐπειδὴ γ' ἀδικεῖν ἔγνω. ὡς δὲ συλλέξας δύ-  
 ναμιν παρῆν ὁ Ἀρταβάζος, ἀφειμένος παρὰ τοῦ Αὐτο-  
 φραδάτου, τῶ μὲν ὑπῆρχεν ἐπισιτισμὸς ἐκ τῆς ἀνωθεν  
 20 Φρυγίας καὶ Λυδίας καὶ Παφλαγονίας οἰκείας οὐσίας,  
 τῶ δ' οὐδ' ὀτιοῦν ἄλλο πλὴν πολιορκία περιεστῆκει.  
 (156) Αἰσθόμενος δ' οὗ ἦν κακοῦ καὶ λογισμὸν λαβὼν  
 ἔτι ληφθήσεται, κἂν μηδὲν τῶν ἄλλων, τῶ γε λιμῶ,  
 εἶδεν, εἴτε δὴ τινος εἰπόντος εἴτ' αὐτὸς συνείς, ὅτι σω-  
 τηρία μόνη γένοιτ' ἂν αὐτῶ, ἥπερ ἅπαντας ἀνθρώπους  
 25 σώξει. ἔστι δ' αὕτη τίς; ἡ ὑμετέρα, ᾧ ἄνδρες Ἀθη-  
 ναῖοι, εἴτε χρῆ φιλανθρωπία λέγειν εἴθ' ὅ τι δήποτε.  
 γνοὺς δὲ τοῦτο πέμπει τὴν ἐπιστολὴν ὑμῖν, ἧς ἄξιόν  
 ἐστὶν ἀκοῦσαι, βουλόμενος διὰ τῆς ὑποσχέσεως τοῦ  
 672 κομιεῖσθαι Χερβρόνησον ἡμῖν, καὶ διὰ τὸν τὸν Κηφι-  
 σόδοτον δοκεῖν ἐγθρόν ὄντα τοῦ Κότους καὶ τοῦ Ἰφι-  
 κράτους ταῦτα βούλεσθαι, τριτήρων εὐπορήσας παρ'  
 ὑμῶν ἀσφαλῶς ἐκ τῆς Ἀσίας ἀποδρᾶναι. (157) Τί δὲ  
 5 συμβαίνει παραυτᾶ, ὅθεν ἐξηλέγχθη φανερῶς τὸ πρᾶγμα'  
 ἐπ' αὐτοφώρῃ; Ὁ Μέμνων καὶ ὁ Μέντωρ, οἱ κηδεσται  
 τοῦ Ἀρταβάζου, ἀνθρώποι νέοι καὶ κεχηρημένοι ἀπρο-  
 δοκῆτιψ εὐτυχία τῇ τοῦ Ἀρταβάζου κηδεῖα, βουλό-

## DECRETUM. EPISTOLÆ. TESTIMONIUM.

152. Eum igitur et primum eo se addixisse, ubi se vobiscum  
 belligerare putabat, quum alibi passim variae conditiones  
 illi praesto essent, et postea quum ibi vos laedere non posset,  
 rursus huc se contulisse, ubi adversaturus esset reipublicae,  
 et quominus Amphipoli potiremini, unum omnium maxime  
 obstare, e literis et testimonio audivistis. Ac principia  
 quidem facinorum Charidemi talia sunt, postea vero alia  
 contemplamini. (153) Tempore interjecto belloque contra  
 Cotym jam gliscente mittit literas ad vos (imo non ad vos,  
 sed ad Cephisodotum. usque adeo ab ipso urbem ne decipi  
 quidem posse putabat, suorum facinorum conscius), in qui-  
 bus literis se reipublicae nostrae Chersonesum velle restituere  
 pollicitus est, quum omnino diversum facere decrevisset.  
 Est autem vobis cognoscendum quae illius epistolae mittendae  
 res fuerit, (paucis hoc fieri potest) et considerandus mos ho-  
 minis, ut sciatis quomodo ab initio vobiscum egerit. (154)  
 Ille enim quum dimissus esset a Timotheo, tum et Amphipoli  
 discederet; in Asiam transgressus, quia Artabazus tum ab  
 Autophradate captus erat, et exercitum et semetipsam gen-  
 eris Artabazi locat. fideque data et accepta, neglecto et  
 violato jurejurando, quum incolae, qui ab amico nihil sibi  
 metuebant, nullas excubias agerent, Scepsin et Cebrena et  
 Ilium eorum occupat urbes. (155) His potitus, imprudens  
 in eam necessitatem incidit, quam non modo is qui se im-  
 peratorem profitetur, sed ne e populo quidem quisquam  
 ignorasset. quum enim nullum maritimum locum teneret,  
 aut alium unde commeatum suppeditare militibus potuisset,  
 neque in ipsis oppidis frumentum haberet; intra mœnia  
 substitit, neque direptis urbibus abiit, quandoquidem  
 omnino scelerate agere decreverat. Ut vero Artabazus  
 dimissus ab Autophradate, collectis copiis aderat; is e su-  
 periore Phrygia et Lydia et Paphlagonia conjunctis secum  
 regionibus abunde commeatum habebat, Charidemo vero  
 nihil praeter obsidionem supererat. (156) Quum autem  
 animadverteret, in quantis esset malis, et cogitaret se,  
 si nulla re alia, fame saltem iri subactum; perspexit, sive  
 admonitus ab alio, sive ipse intelligens eam spem salutis  
 solam restare sibi, quae omnes conservat. ea vero quae  
 est? Vestra, Athenienses, sive dicenda est humanitas sive  
 quodcunque tandem. Quod ubi statuerat, vobis mittit  
 epistolam, quam audire operae pretium est, ut, ostentata spe  
 Chersonesi vobis recuperandae, et quia Cephisodotus, qui  
 Cotyis et Iphicratis erat inimicus, hoc velle videbatur,  
 trirremihus a vobis suppeditatis, tuto ex Asia aufugeret.  
 (157) Quid jam fit statim, unde res ipsa palam deprehensa  
 est in manifesto? Memnon et Mentor, affines Artabazi, ho-  
 mines adolescentuli, inexpectatam nacti felicitatem, affini-



μενοι τῆς χώρας ἀρχεῖν εὐθὺς ἐν εἰρήνῃ καὶ τιμᾶσθαι  
 10 καὶ μὴ πολεμεῖν μηδὲ κινδυνεύειν, πείθουσι τὸν Ἀρτά-  
 βαζον τοῦ μὲν τιμωρεῖσθαι τὸν Χαριδῆμον ἀρεῖσθαι,  
 ἀποστελεῖαι δ' ὑπόσπονδον, διδάσκοντες ὡς ὑμεῖς, καὶ  
 ἐκεῖνος μὴ θέλη, διαβιβάτε καὶ οὐ δυνήσεται κωλύειν.  
 (158) Ὡς δὲ τυγχάνει ταύτης τῆς ἀλόγου καὶ ἀπρος-  
 15 δοκῆτου σωτηρίας ὁ Χαριδῆμος, διαβάς εἰς τὴν Χερρό-  
 νησον ἐφ' αὐτοῦ διὰ τὰς σπονδάς, τοσούτου ἐδέησεν  
 ἐπελθεῖν τῷ Κότυϊ, γεγραπὸς ὅτι οὐχ ὑπομενεῖ Κότυς  
 αὐτὸν ἐπιόντα, ἢ τὴν Χερρόνησον ἑπικωμεισθ' ὑμεῖς  
 20 συμπαῖσαι, ὥστε πάλιν μισθώσας αὐτὸν τῷ Κότυϊ τὰ  
 ὑπολοιπα τῶν ὑμετέρων χωρίων Κριθωτῆν καὶ Ἐλεούνην  
 ἐπολιόρκει. Καὶ ὅτι ταῦτα, καὶ ἦνίκα ἔτι ἦν ἐν τῇ  
 Ἀσίᾳ καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἐπεμπε πρὸς ὑμᾶς, ἐγνωκῶς  
 25 ποιεῖν ἐφενάκιζεν ὑμᾶς, ἀπὸ τῆς διαβάσεως ἣν ἐποίη-  
 σαστο γνώσεσθε. ἐκ γὰρ Ἀβύδου τῆς τὸν ἅπαντα  
 χρόνον ὑμῖν ἐχθρᾶς, καὶ θδεν ἦσαν οἱ Σηστὸν καταλα-  
 βόντας, εἰς Σηστὸν διέβαιναν, ὃν εἶχε Κότυς. (159) Καίτοι  
 μὴ νομίζετε μήτ' ἂν τοὺς Ἀβυδηνοὺς αὐτὸν ὑποδέχεσθαι  
 μήτ' ἂν τοὺς ἐν τῷ Σηστῷ τῆς ἐπιστολῆς ὑμῖν ἐκεῖνης  
 673 πεπεμμένης, εἰ μὴ συνήδεσαν φανακίζοντι αὐτῷ τότε  
 καὶ συνεξηπάτων αὐτοῖ, βουλόμενοι τοῦ μὲν διαβῆναι  
 τὸ στρατεύμα ὑμᾶς παρέχειν τὴν ἀσφάλειαν, διαβάτος  
 δ', ὅπερ συνέβη δόντος Ἀρταβάζου τὴν ἀδειαν, αὐτοῖς  
 5 ὑπάρξει τὴν χρεῖαν. Ὅτι τοῖνον οὕτω ταῦτ' ἔχει, λέγε  
 τὰς ἐπιστολάς, ἣν τ' ἐπεμψεν ἐκεῖνος, καὶ τὰς παρὰ  
 τῶν ἀρχόντων τῶν ἐκ Χερρόνησου. γνῶσεσθε γὰρ ἐκ  
 τούτων ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει.

## [ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.]

10 160. Ἐνθυμεισθε, θδεν διέβη, ἐξ Ἀβύδου, εἰς Ση-  
 στὸν. ἄρ' οὐν οἴεσθ' ἂν ὑποδέξασθαι τοὺς Ἀβυδηνοὺς ἢ  
 τοὺς Σηστιοὺς, εἰ μὴ συνεξηπάτων, ὅτε τὴν πρὸς ὑμᾶς  
 ἐπεμπεν ἐπιστολὴν;  
 Λέγε αὐτοῖς τὴν ἐπιστολὴν αὐτήν. καὶ θεωρεῖτε, ὡς  
 15 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰς ἐπεβολὰς ὧν αὐτὸς περὶ αὐτοῦ  
 πρὸς ὑμᾶς ἔγραψεν ἐπαινῶν, καὶ τὰ μὲν ὡς πεποιήκε  
 λέγων, τὰ δ' ὑπισχνούμενος ποιήσειν. Λέγε.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

20 161. Καλὰ γε (οὐ γάρ;) ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ γε-  
 γραμμένα καὶ χάριτος πολλῆς ἀξία, εἰγ' ἦν ἀληθῆ.  
 Νῦν δ', ὅτε τῶν σπονδῶν οὐκ ὤρετο τεύξεσθαι, ταῦτ'  
 ἔγραψεν ἐξαπατῶν, ἐπειδὴ δ' ἔτυχε, λέγε οἱ ἐποίησεν.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

25 Οὐκοῦν τοῦ κομεισθαι τὰπολλωλότα χωρὶ ὑποσχο-  
 μένου Χαριδῆμου διαβάτος φησὶν ὁ ἀρχων Κριθωτῆς  
 περὶ τῶν ὑπαρχόντων γεγενῆσθαι μείζους τῶν πρότερον  
 τοὺς κινδύνους. Λέγ' ἐξ ἑτέρας ἐπιστολῆς ἐπιδειξας.

674

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Λέγ' ἐξ ἑτέρας.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

162. Ὅρατε, ὅτι πανταχῶθεν τὸ πρᾶγμα μαρτυρεῖται,  
 ὅτι διαβάς οὐκ ἐπὶ τὸν Κότυν ἀλλ' ἐφ' ἡμᾶς μετ' ἐκεῖ-  
 6 νου ἐπορεύετο. Ἔτι τοῖνον ταύτην μόνην ἀνάγνωθί

talem Artabazi, cupidi statim exercendi imperii in pace et  
 potiundi honoribus, non gerendi belli aut periclitandi,  
 Artabazum movent, ut ultione ommissa, Charidemum pacta  
 conditione dimitteret, docentes, etiamsi ipse nollet, vos  
 eum transportaturos, nec ipsum id posse prohibere. (158)  
 Ut autem Charidemus præter omnem rationem et insperatè  
 sic incolumis evadit; suo arbitrio propter pactam condi-  
 tionem in Chersonesum trajectus, tantum abfuit, ut Cotym,  
 quem suum impetum non toleraturum scripserat, aggrede-  
 retur, aut ad Chersonesum recuperandam vobis adjumento  
 esset, ut denuo sua opera Cotyi mercede locata, reliquas  
 vestras urbes Crithotam et Eleuntem obsideret. Eum  
 autem quum hoc, dum adhuc in Asia erat, et epistolam ad  
 vos mittebat, facere constituisset, vos decepisse, ex ejus  
 trajectu cognoscetis. nam Abydo urbe perpetuo vobis ini-  
 mica, et unde erant qui Sestum occuparant, Sestum transiit,  
 quam Cotys tenebat. (159) Ne vero putetis vel Abydenos  
 eum fuisse recepturos vel Sestios missa ad vos illa epistola,  
 nisi conscii fuissent, tum eum egisse fraude, et illius im-  
 posturam ipsi adjuvissent, id studentes, ut transmittendi  
 exercitus securitatem vos ei suppeditaretis, ubi vero trans-  
 isset, id quod accidit facta illi per Artabazum discoedendi  
 potestate, ut ipsi fruerentur commoditatibus. Hæc ita se  
 habere, lege epistolas, tum eam quam ille misit, tum eas  
 quas magistratus Chersonesitani cognoscetis enim per eas  
 hæc ita se habere.

## [EPISTOLÆ.]

160. Cogitate, unde transierit, Abydo, Sestum. Nunquid  
 putatis Abydenos aut Sestios eum fuisse recepturos, nisi  
 fraudis adjuutores fuissent, quum ad vos epistolam mit-  
 teret?

Recita eis epistolam ipsam. et spectate, Athenienses,  
 quam immensa de sese ad vos ipse scripserit se collaudans,  
 et alia se fecisse dictitans, alia facturum promittens. Re-  
 cita.

## EPISTOLA.

161. Præclara certe (nonne?), Athenienses, ea quæ scri-  
 psit, et magna gratia digna, si vera essent. Tunc vero,  
 quum nulla spes fœderis esset, ad vos decipiendos illa scri-  
 psit, postquam autem factam fuit fœdus, recita quæ fecerit.

## EPISTOLA.

Quum igitur Charidemus, qui se vobis amissa oppida re-  
 stitutum erat pollicitus, fretum transjecisset, magistratus  
 Crithotæ asserit, graviora pericula fortunarum orta esse,  
 quam prius. Lege ex alia epistola. ostende.

## EPISTOLA.

Lege ex alia.

## EPISTOLA.

162. Videtis rem ab omni parte confirmari, eum trans-  
 vectum non contra Cotym, sed contra nos cum illo esse profec-  
 tum. Age lege mihi hanc solum epistolam, reliquis omissis.

μοι τὴν ἐπιστολὴν, τὰς δ' ἄλλας ἔα. δῆλον γὰρ πού  
[ὑμῖν] γέγονεν ὡς πεφανάκιεν ὑμᾶς. Λέγε.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

10 Ἐπίσχε. Ἐνθυμῆσθε, ὅτι γράψας μὲν ὡς ἀποδώ-  
σει Χερρόνησον, τὰ λοιπὰ ἀφελῆσθαι μισθώσας αὐτὸν  
τοῖς ὑμετέροις ἐχθροῖς ἐπεχειρεῖ, γράψας δὲ, ὡς Ἀλε-  
ξάνδρου πρεσβευσαμένου πρὸς αὐτὸν οὐ προσεδέξατο,  
τοῖς λησταῖς φαίνεται τοῖς παρ' ἐκείνου ταῦτά πράττων.  
15 Εὐνοῦς γε (οὐ γὰρ;) ἀπλῶς ὑμῖν, καὶ οὐδὲν ἂν ἐπιστεί-  
λας ψεῦδος οὐδ' ἐξαπατήσας.

163. Οὐ τοίνυν ἐκ τούτων πῶ δῆλόν ἐσθ', οὕτω σα-  
φῶς δῆλον ὄν, ὡς οὐδὲν πιστὸν ἐσθ' ὢν ἐκείνός φησιν ἢ  
προσποιεῖται τῇ πόλει προσέχειν, ἀλλ' ἐκ τῶν μετὰ  
ταῦτα συμβάντων ἔσται φανερώτερον. Τὸν μὲν γὰρ  
20 Κότυν, εὖ ποιῶν, ὄντα γ' ἐχθρὸν ὑμῖν καὶ πονηρὸν  
ἀποκτίνουσιν ὁ Πύθων, ὁ δὲ Κερσοβλέπτης ὁ νυνὶ βα-  
σιλεύων μειρακῦλλιον ἦν καὶ πάντες οἱ τοῦ Κότους  
παῖδες, τῶν δὲ πραγμάτων κύριος διὰ τὴν παρουσίαν  
25 καὶ τὸ δύναμιν ἔχειν ὁ Χαρίδημος ἐγεγόνει, ἥκε δὲ  
Κηρισόδοτος στρατηγῶν, πρὸς ὃν αὐτὸς ἐπέμψε τὴν  
ἐπιστολὴν ἐκείνην, καὶ αἱ τριῆρεις, αἱ, ὅτ' ἦν ἀδελὰ  
τὰ τῆς σωτηρίας αὐτῶν, καὶ μὴ συγχωροῦντος Ἄρτα-  
βάζου σώζειν ἤμελλον αὐτόν. (164) Ἴτι δὴ προσῆκεν,  
675 ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὡς ἀληθῶς ἀπλοῦν καὶ φίλον,  
παρόντος μὲν στρατηγοῦ, οὐχ ὢν ἐκείνος ἐφῆσεν αὐτῷ  
φθονεῖν οὐδενός, ἀλλ' ὃν αὐτὸς ἑαυτοῦ φίλον προεἶλετο  
5 τῶν παρ' ὑμῖν καὶ πρὸς ὃν τὴν ἐπιστολὴν ἐπεπόμφει,  
τετελευτηκότος δὲ Κότους, κύριον δ' ὄντα τῶν πρα-  
γμάτων; οὐκ ἀποδοῦναι μὲν τὴν χώραν εὐθέως ὑμῖν,  
κοινῇ δὲ μεθ' ὑμῶν καθιστάναι τὸν βασιλέα τῆς Θρά-  
κης, δηλώσαι δ' ὡς εἶχεν εὐνοικῶς ὑμῖν καιροῦ τοιού-  
10 του λαβόμενον; ἔγωγ' ἂν φαίην. (165) Ἄρ' οὖν ἐποίησέ  
τι τούτων; πολλοῦ γε δεῖ. ἀλλὰ τὸν μὲν ἅπαντα  
χρόνον μῆνας ἑπτὰ διήγαγεν ἡμᾶς πολεμῶν, ἐκ προφα-  
νοῦς ἐχθρὸς ὢν καὶ οὐδὲ λόγον φιλόφρονος διδούς.  
καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἡμῶν δέκα ναυσὶ μόναις εἰς Πέριν-  
15 θον ὀρμισαμένων, ἀκηκόστων ὅτι πλησίον ἐστὶν ἐκεῖ-  
νος, ὅπως συμμιξαίμεν αὐτῷ καὶ περὶ τούτων εἰς λό-  
γους ἐλθοίμεν, ἀριστοποιουμένους φυλάξας τοὺς στρα-  
τιώτας ἐπεχείρησε μὲν ἡμῶν τὰ σκάφη λαβεῖν, πολ-  
λοὺς δ' ἀπέκτεινε τῶν ναυτῶν, κατήραξε δ' εἰς τὴν θά-  
20 λατταν ἅπαντας, ἱππέας ἔχων καὶ ψιλοὺς τινάς. (166)  
Μετὰ ταῦτα δὲ πλευσάντων ἡμῶν οὐκ ἐπὶ τῆς Θράκης  
τόπον οὐδὲν οὐδὲ χωρίον (οὐδὲ γὰρ τοῦτό γ' ἂν εἴποι  
τις « νῆ ΔΓ', ἀμυνόμενος γὰρ ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν  
ἐποίει τι κακόν. » οὐκ ἔστι τοῦτο. οὐ γὰρ ἤλθομεν  
25 οὐδαμοῖ τῆς Θράκης), ἀλλ' ἐπ' Ἀλωπεκόννησον, ἢ  
Χερρόνησου μὲν ἐστὶ καὶ ἦν ὑμετέρα, ἀκρωτήριον δ'  
ἀνέχον πρὸς τὴν Ἰμβρον ἀπωτάτω τῆς Θράκης, ληστῶν  
δ' ἦν μεστὴ καὶ καταποντιστῶν, (167) ἐνταῦθα δ' ἐλθόν-  
678 των ἡμῶν καὶ πολιορκούντων τούτους, πορευθεὶς διὰ  
Χερρόνησου πάσης τῆς ὑμετέρας ἡμῖν μὲν προσέβαλεν,  
ἐβόηθη δὲ τοῖς λησταῖς καὶ καταποντισταῖς. καὶ

Jam enim patet nimirum, quomodo vobis fucum fecerit.  
Recita.

## EPISTOLA.

Satis. Cogitate, quum scripsisset se Chersonesum redditu-  
rum, locata vestris inimicis opera, eripere cetera conatum  
esse, quum autem scripsisset Alexandri legatos a se repu-  
diatos, constat eum quæ illius latrones eadem factitasse.  
Benivulus saltem (nonne?) simpliciter vobis neque ullum  
mendacium scripsit neque fucum fecerit.

163. Nondum autem hinc constat, quanquam ita palam  
constat, nihil esse fide dignum, quicquid se studio repu-  
blicæ nostræ factitare dicit aut simulat, sed ex insectis  
factis id erit manifestius. Nam Cotym diis faventibus (s  
quidem hostis vester et sceleratus homo erat) Python oc-  
cidit, Cersobleptes autem, qui nunc regnat, adolescentulus  
erat et omnes Cotyis liberi, summa rerum autem, tum  
quia præsens erat, tum quia habebat exercitum, penes Cha-  
ridemum erat. venit autem Cephisodotus imperator, ad  
quem ille miserat epistolam illam, et trirames, quum salus  
ejus in dubio esset, etiam invito Arlabazo eum liberaturæ.  
(164) Quid igitur, Athenienses, decebat hominem vere  
simplicem et amicum, imperatore præsentem, non uno ex  
iis, quos invidere sibi dixit, sed illo, cujus in vestra urbe  
amicitiam prætulera omnibus, et ad quem literas miserat,  
Cotye mortuo et omni auctoritate in ipsum collata? nonne  
statim reddere vobis regionem, e vestro communi consilio  
regem Thraciæ instituire et tali occasione oblata suam in  
vos probare benivolentiam? Equidem affirmarim. (165)  
Num igitur tale quicquam fecit? Plurimum certe abest.  
quin totum tempus, septem menses, contra nos perpetuo  
gessit bellum, manifesto inimicus neque ullum humanum  
verbum prolocutus. nam initio quum nos decem solum  
navibus ad Perinthum appulsemus, quoniam ipse prope  
adesse ferebatur, ut nos cum eo conjungeremus, hisce de  
rebus cum eo collocuturi, observans nostros milites appa-  
rando prandio intentos, conatus est naves nostras interci-  
pere, multosque nautarum occidit, et in mare præcipites  
compulit omnes, equites habens et velites nonnullos. (166)  
Deinde nobis nullum Thraciæ locum aut oppidum peten-  
tibus (neque enim hoc quis dixerit « Sane, nam defendens  
se, ne læderetur, vim repulit ». non ita est. neque enim  
usquam in Thraciam venimus), sed in Alopeconnesum quæ  
et ad Chersonesum pertinet et vestra fuit, et promontorium  
adversus Imbrum eminens longissime a Thracia remotum,  
quæ prædonibus et piratis referta erat, (167) huc igitur  
quum venissemus et latrones oppugnaremus, profectus  
per omnem vestram Chersonesum, et impetum in nos fa-  
ciebat, et prædonibus et piratis opitulabatur. prius oppu-

πρότερον προκαθήμενος τὸν ὑμέτερον στρατηγὸν  
 5 ἐπεισε καὶ ἠνάγκασε μὴ τὰ βέλτισθ' ὑπὲρ ὑμῶν  
 πράττειν, ἢ αὐτὸς ὑπὸ τούτου ἐπέισθη, ὧν ὠμολογήκει  
 καὶ ὑπέσχητό τι πράξαι, καὶ γράφει δὴ ταύτας τὰς  
 συνθήκας πρὸς Κηφισόδοτον, ἐφ' αἷς ὑμεῖς οὕτως ἡγα-  
 10 σατε μὲν τὸν στρατηγὸν, πέντε ταλάντοις δ' ἐζημιώ-  
 σατε, τρεῖς δὲ μόναι ψῆφοι διήνεγκαν τὸ μὴ θανάτου  
 τιμῆσαι. (168) Καίτοι πηλίκην τινὰ χρῆ νομίζειν, ὧ  
 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταύτην τὴν ἀλογίαν, ὅταν τις ἴδῃ διὰ  
 15 τὰς αὐτὰς πράξεις τὸν μὲν ὡς ἀδικοῦντα κολασθέντα  
 πικρῶς οὕτως, τὸν δ' ὡς εὐεργέτην ἔτι καὶ νῦν τιμώ-  
 μενον; Ὅτι τοίνυν ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, τῶν μὲν τῶ  
41. Ἀκηκόατε μὲν τοῦ νόμου, μνημονεύετε δ' ἐξ 10 αὐτοῦ μοι πρῶτον μὲν τὸ « καὶ εἴ τιτι τῶν ὀφειλόντων δεσμοῦ προστετιμηται, ἢ τὸ λοιπὸν προστιμηθῆ, » ἐπειθ' οὐκ ἔστι πλὴν περὶ τῶν τελωνῶν καὶ περὶ τῶν μισθωμένων, καὶ ὅσοι ταῦτ' ἐγγυῶνται, χρῆσθαι κελεύει τῷ νόμῳ. Ὅλος ἐστὶν ἅπασιν ἐναντίος τοῖς οὖσι, μάλιστα 15 δὲ ταῦτα. γινώσθε δὲ τοὺς νόμους ἀκούοντες αὐτοῦς. Λέγε.

optimum, ne unus quidem id vobis extorquere possit, neque amovendo et corrumpendo persuadere, ut deteriorem legem anteferatis meliori. (38) Propter hæc omnia omnes injuriarum vias obstruit, repagula obijciens et aditu eos prohibens qui vobis insidiantur. Hæc omnia Timocrates, quamvis præclare justoque constituta, sustulit, delevit, quantum in ipso erat, et legem rogavit omnibus (ut fere dicam) legibus contrariam, neque eam collatam cum aliis legit, neque aliam abrogavit, neque optionem dedit, neque quicquam aliud fecit, quod debebat.

39. Eum igitur scriptæ accusationi esse obnoxium lege rogata, quæ est contraria ceteris, omnes vos perspexisse arbitror, ut autem sciatis, quibus legibus violatis et repudiatis qualem legem obtruserit iste, recitabit vobis primum istius legem, deinde reliquas, quibus hæc est contraria. Recita.

## LEX.

Pandionide tribu prima præsidente, duodecimo die Prytanix, Timocrates rogavit: Et si quis ærarius sive ex lege sive ex decreto insuper vinculis est damnatus, et si in posterum damnetur, ei liceat aut alii pro eo constituere debiti sponsores a populo comprobandos, se bona fide argentum, quo mulctatus est, soluturum (Præsidibus vero, quando quis sponsores dare voluerit, necesse sit eos populi suffragiis confirmare). (40) Ei vero qui sponsores constituerit, si reddiderit civitati stato tempore argentum, cujus causa sponsores constituerit, liceat vinculo immuni esse. sin argentum haud numerarit vel ipse vel sponsores nona Prytania; qui per sponsores liberatus fuerat, vinciat, sponsorum vero bona publicentur. De redemptoribus vero vectigalium et sponsoribus et exactoribus, et de fundorum redemptoribus eorumque sponsoribus civitati pensiones exigendæ sint secundum receptas leges. Sin quis nona aut decima Prytania mulctatus fuerit; sequentis anni nona aut decima Prytania solvat.

41. Legem audivistis, hoc vero ex ea mihi primum meminertis, « et si quis ærariarum insuper vinculis est damnatus, et si in posterum damnetur », deinde quod exceptis publicanis et redemptoribus eorumque sponsoribus lege vos uti jubet. Tota est omnibus contraria legibus, maxime autem hæc. cognoscetis autem auditis legibus ipsis. Recita.

† Scrib. ἐνάτης ἢ δεκάτης πρυτ.

## ΝΟΜΟΣ.

20 42. Διοκλῆς εἶπε τοὺς νόμους, τοὺς πρὸ Εὐκλείδου τεθέντας ἐν δημοκρατία καὶ ὅσοι ἐπ' Εὐκλείδου ἐτέθησαν καὶ εἰσὶν ἀναγεγραμμένοι, κυρίους εἶναι. τοὺς δὲ μετ' Εὐκλείδην τεθέντας καὶ τὸ λοιπὸν τιθεμένους κυρίους εἶναι ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἕκαστος ἐτέθη, πλὴν εἴ τῷ προσγε-  
25 γραπταὶ χρόνος, ὄντινα δεῖ ἄρχειν. Ἐπιγράψαι δὲ τοῖς μὲν νῦν κειμένοις τὸν γραμματέα τῆς βουλῆς τριάκοντα ἡμερῶν, τὸ δὲ λοιπὸν, ὅς ἂν τυγχάνῃ γραμματεύων, προσγραφέτω παραχρῆμα τὸν νόμον κύριον εἶναι ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἐτέθη.

714 43. Καλῶς ἐχόντων τῶν νόμων, ὧ ἄνδρες δικασταί, τῶν ἐπαρχόντων, ἔδε δὲ νῦν ἀναγνωσθεὶς νόμος ὥσπερ εἰ διώρισε καὶ βεβαιότερους ἐποίησεν αὐτοῦς. κελεύει γὰρ ἕκαστον ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐτέθη κύριον εἶναι, 5 πλὴν εἴ τῷ χρόνος προσγέγραπται, τούτῳ δὲ τὸν γεγραμμένον ἄρχειν. διὰ τί; ὅτι πολλοῖς τῶν νόμων προσεγγέγραπτο « τὸν δὲ νόμον εἶναι κύριον τὸνδ' ἀπὸ τοῦ μετὰ τὸν νῦν ἀρχοντα. » Ὑστερον δὲ γράφων ὁ τίθει 10 ἐπὶ τούτοις τὸνδὲ τὸν νόμον, τὸν ἀνεγνωσμένον, οὐκ ἐνόμιζε δίκαιον εἶναι τοὺς αὐτοὺς τῶν νόμων, γεγραμμένους ὑστερον ἢ ἐτέθησαν κυρίους εἶναι, ἀνεγκαίῃ ἐπὶ τὴν ἡμέραν ἀφ' ἧς ἐτέθησαν, καὶ πρότερον ποιῆσαι κυρίους ἢ ὁ θεὸς ἕκαστον ἐξέσωσεν. (44) Τούτῳ μὲντοι 15 τῷ νόμῳ σκέψασθ' ὡς ἐναντίος ἐστὶν ὃν οὗτος τέθεικεν. ὁ μὲν γὰρ κελεύει τὸν γεγραμμένον χρόνον ἢ τὴν ἡμέραν ἀφ' ἧς ἂν τεθῆ κυρίαν εἶναι, ὁ δ' ἔγραψε « καὶ εἴ τι προστετίμηται » περὶ τῶν παρεληλυθότων λέγων. 20 καὶ οὐδὲ τοῦθ' ὤρισεν, ἀρχοντα προσγράψας ἀφ' οὗ, ἀλλὰ πεποίηκεν οὐ μόνον πρὸ τῆς ἡμέρας ἐν ἧς τέθεικε κύριον τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τιν' ἡμῶν. ἀόριστον γὰρ ἅπαντα τὸν παρεληλυθότα προσπεριέληψε χρόνον. Καίτοι χρῆν' σε, ὦ Τιμόκρατες, ἢ τοῦτον 25 μὴ γράφειν ἢ κείνον λύειν, οὐχ, ἵνα, ὅ βούλει σὺ, γένηται, πάντα τὰ πράγματα συνταράξαι.

46. Λέγ' ἄλλον νόμον.

## ΝΟΜΟΣ.

Μηδὲ περὶ τῶν ἀτίμων, ὅπως χρῆ ἐπιτίμων αὐτοὺς εἶναι, μηδὲ περὶ τῶν ὀφειλόντων τοῖς 715 θεοῖς ἢ τῷ δημοσίῳ τῶν Ἀθηναίων περὶ ἀφέσεως τοῦ ὀφλήματος ἢ τάξεως, ἐὰν μὴ ψηφισαμένων Ἀθηναίων τὴν ἀδείαν πρῶτον μὴ ἔλαττον ἑξακισχιλίων, οἷς ἂν δόξῃ κρυβδῆν ψηφισο- 5 μένοις. τότε δ' ἐξεῖναι χρηματίζειν καθ' ὅτι ἂν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δοκῇ.

47. Ἄλλος οὗτος νόμος, οὐκ ἔων περὶ τῶν ἀτίμων

## LEX.

42. Diocles jubet leges quæ ante Euclidem perlatæ in libera republica et quæ sub Euclide perlatæ sunt et inscriptæ, ratas esse. Quæ vero post Euclidem perlatæ sunt et in posterum perferentur, ratas esse ab eo die, quo quæque perlata est, nisi si cui adscriptum est tempus, quoto Archonte debeat. Ascribat autem nunc receptis scriba senatus intra triginta dies, in posterum, quicumque scribæ fungitur officio, statim ascribat legem esse ratam ab eo die quo lata fuerit.

43. Quum receptæ leges, Athenienses, præclaræ sint, hæc modo recitata lex eas veluti distinxit, et jam confirmavit. jubet enim unamquamque ab eo die, quo perlata fuerit, esse ratam, nisi si cui adscriptum fuerit tempus: ut hæc rata sit, præfinitum Archontem magistratum inire debere. quamobrem? quia nullis legibus adscriptum fuerat « lex hæc autem rata esto, ubi post hunc Archontem tot fuerint. » Is vero, qui post eas legem hanc tulit jam recitatam, non æquum censuit, easdem leges, quum jubeantur posterius quam perlatæ sunt ratas esse, referri ad eum diem, a quo perlatæ essent, et prius habendas esse ratas, quam cujusque auctor postulasset. (44) Huic autem legi considerate quam contraria sit ea, quam iste tulit. nam illa jubet præfinitum tempus aut diem, quo perlata fuerit, ratum esse, iste vero scripsit « et si quis damnatus fuerit », de præteritis loquens, neque id quidem definiit, adscripto Archonte a quo, sed fecit non modo ante istum diem quo legem tulit, ratam, sed etiam antequam nostrum quisquam natus sit. nam omne præteritum tempus, quod infinitum est, una comprehendit. Atqui te oportuit, Timocrates, aut istam non ferre, aut illam abolere, non, ut tuæ libidini satisfaceret, conturbare omnia.

45. Recita aliam legem.

## LEX.

Nec de ignominiosis agere, pristinam iis dignitatem restituendam esse, nec de his qui diis debent aut ærario Atheniensium, remittendum debitum aut compositis diebus pensitandum esse, nisi prius decreverint Athenienses sex millibus non pauciores, licere id, quibus occulte decernentibus ita fuerit visum. tum vero agere licet, quatenus senatui populoque visum fuerit.

46. Alia hæc lex est, quæ de ignominiosis et ærariis re-

οὐδὲ τῶν ὀφειλόντων λέγειν οὐδὲ χρηματίζειν περὶ ἀφέ-  
σεως τῶν ὀφλημάτων οὐδὲ τάξεως, ἐὰν μὴ τῆς ἀδείας  
δοθείσης, καὶ ταύτης μὴ ἔλαττον ἢ ἑξακισχιλίων ψηφι-  
10 σαμείων. οὗτος δ' ἔγραψεν ἀντικρυσ « καὶ εἴ τιτι τῶν  
ὀφειλόντων δεσμοῦ προστετιμῆται, εἶναι τὴν ἀφει-  
πορισαμένω τοὺς ἐγγυσημένους », οὐ προτεθέντος οὐ-  
δενός περὶ τούτων, οὐδὲ δοθείσης ἀδείας λέγειν. (47) Καὶ  
15 ὁ μὲν νόμος, οὐδ' ἐπειδὴν τὴν ἀδειαν εὗρηται τις, ἔδω-  
κεν ὡς ἂν βουλήται πράττειν, ἀλλ' ὡς ἂν τῇ βουλῇ  
καὶ τῷ δήμῳ δοκῇ. τῷ δ' οὐκ ἀπέχρησε τοῦτ' ἀδικεῖν  
μόνον, εἰ, μὴ δοθείσης τῆς ἀδείας, λέγει καὶ νόμον εἰς-  
φέρει περὶ τούτων, ἀλλὰ καὶ προσέτι, οὐκ εἰς τὴν βου-  
20 λην, οὐκ εἰς τὸν δῆμον εἰπὼν περὶ τούτων οὐδέν, ἐν πα-  
ραβύσῳ, τῆς βουλῆς μὲν ἀφειμένης, τῶν δ' ἄλλων  
διὰ τὴν ἑορτὴν ἱερομηνίαν ἀγόντων, λάθρα νόμον εἰσή-  
γεγεν. (48) Καίτοι χρῆν σε, ὦ Τιμόκρατες, εἰδότε-  
τὸν νόμον τόνδε, ὃν ἀνέγνων, εἴ τι δίκαιον ἡθεοῦλου  
25 πράττειν, πρῶτον μὲν πρόσθεον γράψασθαι πρὸς τὴν  
βουλήν, εἴτα τῷ δήμῳ διαλεχθῆναι, καθ' οὕτως, εἰ  
πᾶσιν Ἀθηναίοις ἐδόκει, γράφειν καὶ νομοθετεῖν περὶ  
τούτων, καὶ τότε τοὺς χρόνους ἀναμείναντα τοὺς ἐκ  
716 τῶν νόμων, ἵνα τοῦτον τὸν τρόπον πράττων, εἰ καί  
τις ἐπεχειρεῖ δεικνύειν οὐκ ἐπιτήδειον ὄντα τῇ πόλει  
τὸν νόμον, μὴ οὖν ἐπιβουλεύειν γ' ἐδόκει ἀλλὰ γνώμη  
διαμαρτῶν ἀποτυχεῖν. (49) Νῦν δὲ τῷ λάθρα καὶ τα-  
5 χύ καὶ παρὰ τοὺς νόμους ἐμβαλεῖν τὸν νόμον εἰς τοὺς  
νόμους καὶ μὴ θεῖναι πᾶσαν ἀφήρησαι σαυτοῦ τὴν συγ-  
γνώμην. τοῖς γὰρ ἀκουσιν ἀμαρτοῦσι μέτεστι συγγνώ-  
μης, οὐ τοῖς ἐπιβουλεύσασιν, ὃ σὺ νῦν εἰληψαί ποιῶν.  
ἀλλὰ γὰρ αὐτίκ' ἔρω περὶ τούτων. νῦν δ' ἀναγίνωσκε  
10 τὸν ἐξῆς νόμον.

## ΝΟΜΟΣ.

50. Ἐὰν δὲ τις ἰκετεύῃ ἐν τῇ βουλῇ ἢ ἐν τῷ  
δήμῳ περὶ ὧν δικαστήριον ἢ ἡ βουλή ἢ ὁ δῆμος  
κατέγνω· ἐὰν μὲν αὐτὸς ὁ ὀφλὼν ἰκετεύῃ πρὶν  
15 ἐκτίσαι, ἐνδειξίν εἶναι αὐτοῦ, καθάπερ ἐὰν τις  
ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἡλιαζῆται, ἐὰν δ' ἄλλος ὑπὲρ  
τοῦ ὀφληκότος ἰκετεύῃ πρὶν ἐκτίσαι, δημοσία  
ἔστω αὐτοῦ ἢ οὐσία ἅπασα. ἐὰν δὲ τις τῶν προέ-  
δρων δῶ τινὲ τὴν ἐπιχειροτονίαν, ἢ αὐτῷ τῷ  
20 ὀφληκότῃ ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου, πρὶν ἐκτίσαι·  
ἄτιμος ἔστω.

51. Ἔστι μὲν ἔργον, ὧ ἄνδρες δικασταί, εἰ περὶ  
πάντων τῶν νόμων, οἷς οὕτως ἐναντίον εἰσενήνοχεν, ἐροῦ-  
μεν, ἄξιον δὲ, εἰ περὶ του καὶ ἄλλου, καὶ περὶ τοῦδε,  
ὃν νῦν ἀνέγνω, διελθεῖν. ὃ γὰρ τὸν νόμον τοῦτον, ὧ  
25 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θεὸς ἤδει τὴν φιλάνθρωπίαν καὶ τὴν  
πραότητα τὴν ἡμετέραν, καὶ διὰ ταύτην ἑώρα περὶ  
πολλῶν ὑμᾶς ἐκόντας ἤδη ποτὲ μεγάλα ζημιωθέντας.  
(52) Βουλάμενος δὲ μηδεμίαν πρόφασιν τοῦ τὰ κοινὰ κα-  
κῶς ἔχειν ὑπολιπεῖν, τοὺς μετὰ τῶν νόμων κρίσει καὶ

ferri velat aut agi de remittendo debito vel compositis die-  
bus pensitando, nisi potestas data fuerit, eaque non pau-  
ciorum quam sex millium decreto. iste vero palam scripsit  
« et si quis ærarius ad vincula sit damnatus, remitti ei licere,  
si sponsores dederit » nec de hisce verbo addito nec pote-  
state dicendi data. (47) Illa lex ne adepto quidem licentiam  
concedit suo arbitrio quidvis facere, sed ea duntaxat, quæ  
senatui populoque probata fuerint. isti hæc injuria non sa-  
tis fuit, licentia non data, dicere et legem ferre hisce de  
rebus, sed insuper etiam, nulla horum ad senatum, nulla  
ad populum facta mentione, occulte, dimisso senatu, aliis  
propter festum ferias celebrantibus, clandestine legem ob-  
trusit. (48) Atqui oportebat te, Timocrates, quum legem,  
quam modo recitavi, scires, si rite agere velles, primum ve-  
niam adeundi ad senatum libello petere, deinde cum populo  
agere, tum sic, si omnibus Atheniensibus videretur, le-  
gem scribere et ferre de istis, idque sic tempore legitimo  
expectato, ut rebus in hunc modum administratis, etsi quis  
ostendere conaretur eam legem non esse e republica, sal-  
tem non insidiosè egiasse videreris, sed opinionis errore de-  
ceptus impigisse. (49) Nunc, quoniam clanculum et subito et  
contra leges istam legem in ceteras intrusisti et non tulisti,  
omnem tibi veniam ademisti. Nam his, qui peccaverunt  
inviti, venia concedi debet, non his, qui insidiosè delique-  
runt, id quod te facere nunc constat. at de his mox dicam.  
Jam vero deinceps sequentem recita legem.

## LÉX.

50. Si quis autem supplicarit in senatu aut apud  
populum his de rebus, propter quas iudicium vel  
senatus vel populus aliquem damnavit; si ipse  
damnatus, priusquam solverit, supplicarit, actio  
in eum detur, perinde ac si quis ærarius in He-  
liæa iudicet, sin alius pro ærario intercesserit,  
priusquam is solverit, bona ejus omnia publicen-  
tur. sin Præsidium aliquis dederit alicui siscitandi  
potestatem, sive ipsi ærario sive alicui pro eo de-  
precanti, priusquam solverit; ignominiosus esto.

51. Difficile est, Athenienses, de omnibus legibus, qui-  
bus iste contraria tulit, disserere, si tamen de ulla, operæ  
pretium est et de hac dicere, quæ modo est recitata. nam  
qui legem hanc, Athenienses, tulit, norat humanitatem et  
clementiam vestram, et propter hanc videbat in multis re-  
bus vos ultro jam aliquando magna damna fecisse. (52) Ne  
igitur ullam causam reinqueret, qua respublica læderetur,  
eos, qui convicti legibus sententia iudicioque injuriarum

717δικαστηρίῳ μὴ δίκαια ποιεῖν ἐγνωσμένους οὐκ ὤτεο  
δεῖν τῆς εὐθείας τῆς ὑμετέρας ἀπολαύειν, τὸ δεῖσθαι  
καὶ μετὰ συμφορᾶς ἱκετεύειν ἔγοντας ἀφορμὴν, ἀλλ'  
8 ὅπως ἀπεῖπε μήτ' αὐτῷ μήτ' ἄλλῳ μὴδὲν μήθ' ἱκε-  
τεύειν μήτε λέγειν ὑπὲρ τῶν τοιούτων, ἀλλὰ ποιεῖν τὰ  
δίκαια σιγῇ. (53) Εἰ τοίνυν τις ἔροιθ' ὑμᾶς, ποτέροις  
μᾶλλον ἂν εἰκότως ποιήσαιθ' ὀτιοῦν, τοῖς δεομένοις ἢ  
10 τοῖς ἐπιτάττουσιν· οἷδ' ὅτι φήσαιτ' ἂν τοῖς δεομένοις.  
τὸ μὲν γὰρ χρηστῶν, τὸ δ' ἀνάνδρων ἀνθρώπων ἔργον  
ἐστίν. οὐκοῦν οἱ νόμοι μὲν ἅπαντες προστάττουσιν ἃ  
χρὴ ποιεῖν, οἱ τιθέντες δὲ τὰς ἱκετηρίας δέονται. εἰ τοί-  
νυν ἱκετεύειν οὐκ ἔξεστιν ἢ που νόμον γ' ἐπίταγμα'  
ἔχοντ' εἰσφέρειν; ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι. καὶ γὰρ αἰσχρὸν,  
15 περὶ ὧν μὴδὲ χαρίζεσθαι δεῖν ὑπειλήφατε, περὶ τού-  
των ἀπόντων ὑμῶν ἔαν, ἃ τινες βούλονται, πραγθῆ-  
ναι.

54. Λέγε τὸν μετὰ τοῦτον ἐφεξῆς.

NOMOS.

20 Ὅσων δίκη πρότερον ἐγένετο ἢ εὐθυνα ἢ δια-  
δικασία περὶ τοῦ ἐν δικαστηρίῳ ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ,  
ἢ τὸ δημοσίον ἀπέδοτο, μὴ εἰάγειν περὶ τούτων  
εἰς τὸ δικαστήριον μὴδ' ἐπιψηφίζειν τῶν ἀρχόν-  
των μὴδένα, μὴδὲ κατηγορεῖν ἐόντων ἃ οὐκ  
ἔωσιν οἱ νόμοι.

25 55. Τιμοκράτης τοίνυν, ὡς περ μαρτυρίαν ὧν ἀδικεῖ  
γράφων, εὐθὺς ἀρχόμενος τοῦ νόμου τάναντί' ἔθηκε τῷ-  
τοῖς. ὁ μὲν γ' οὐκ ἔβη, περὶ ὧν ἂν ἀπαξ γινῶ δικα-  
στήριον, πάλιν χρηματίζειν, ὁ δ' ἔγραψε, καὶ εἴ τι  
προστετίμηται κατὰ νόμον ἢ κατὰ ψήφισμα, τὸν δῆμον  
718τούτῳ χρηματίζειν, ὅπως ἃ μὲν ἔγνω τὸ δικαστήριον  
λυθήσεται, καταστήσει δ' ἐγγυητὰς ὁ ὀφλῶν. καὶ ὁ  
μὲν νόμος μὴδ' ἐπιψηφίζειν φησὶ τῶν ἀρχόντων παρὰ  
ταῦτα μὴδένα, ὁ δ' ἔγραψε τοῖς προέδροις ἐπάναγκας,  
5 ἐάν τις καθιστῆ, προσάγειν, καὶ προσέγραψεν « ὅπότ'  
ἂν τις βούληται. »

56. Λέγ' ἕτερον νόμον.

NOMOS.

Τὰς δίκας καὶ τὰς διαίτας, ὅσαι ἐγένοντο ἐπὶ  
τοῖς νόμοις ἐν δημοκρατουμένῃ τῇ πόλει, κυρίας  
εἶναι.

10 Οὐ φησὶ Τιμοκράτης, οὐκοῦν ὅπόσοις γ' ἂν δεσμοῦ  
προστιμηθῆ.

Λέγε.

NOMOS.

Ὅποσα δ' ἐπὶ τῶν τριάκοντ' ἐπράχθη ἢ δίκη  
ἠδικάσθη ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, ἄκυρα εἶναι.

15 57. Ἐπίσχε. Εἰπέ μοι, τί δεινότερον πάντες ἂν  
ἀκούσαντες φήσαιτε, καὶ τί μάλιστα' ἀναπέψαισθε; οὐχὶ  
ταῦτα τὰ πράγματα, ἅπερ ἦν ἐπὶ τῶν τριάκοντα, μὴ  
γενέσθαι; ἔγωγ' οἶμαι. ὁ γοῦν νόμος οὕτως, εὐλα-

damnati essent, vestra facilitate frui noluit, arrepta occa-  
sione deprecandi et vobis in malis supplicandi, sed in uni-  
versum interdixit, ne vel ipse vel alius quisquam pro tali-  
bus vel supplicaret vel diceret, sed ut omnes justa, quæ  
sunt, silentio exsequerentur. (53) Si quis igitur vos inter-  
rogaret, utris potius obsequi malletis quacunquē in re,  
petentibus, an imperantibus; scio vos petentibus responsu-  
ros. hoc enim bonitatis est, illud ignaviæ. At leges omnes  
imperant, quid faciendum sit, supplices autem petunt. quod  
si supplicare non licet; num forte legem imperium continen-  
tem inculcare licebit? Equidem non opinor. etenim turpe  
est, quæ ne gratificandi quidem studio condonanda cense-  
tis, in his, invitis nobis, ea sinere confici, quæ quidam vo-  
lunt.

54. Recita legem quæ hanc deinceps sequitur.

LEX.

Quorum de aliqua re iudicium prius factum  
est aut rationes redditæ aut contentio peracta sive  
privatim sive publice, aut quorum bona publice  
vendita sunt, de his ne actionem det in iudicio ne-  
que suffragandi potestatem quisquam magistra-  
tus, neque accusare sinat ea, quæ leges vetant.

55. Timocrates vero, tanquam testimonium suarum in-  
juriarum scriberet, statim initio suæ legis his contraria  
tulit. illa non concedit, quibus de rebus semel iudicium  
cognovit, denuo agere, iste vero scripsit, ut, etiamsi quis  
aut lege aut decreto damnatus fuerit, ei populus agat, ut  
iudicii decreta tollantur, et damnatus sponsores det. ac  
lex vetat vel suffragandi dare potestatem de his quemquam  
magistratum, iste vero scripsit, præsidiibus esse necesse,  
si quis sponsores dederit, eos (in concionem) producere, et  
adscripsit « quandocunque quis voluerit ».

56. Aliam legem recita.

LEX.

Judicia et arbitria, quæcumque legitime facta  
sunt in libera republica, rata habentur.

Negat hoc Timocrates, non utique, inquit, illis quidem  
qui vinculis sunt damnati.

Recita.

LEX.

Quæ sub triginta tyrannis acta sunt aut iudi-  
cia facta sive privatim sive publice, irrita sunt.

57. Desine. Dicit mihi, quid omnes vos immanissi-  
mum diceretis, aut quid maxime abominemini? nonne id,  
ne talis rerum status ingrueret, qualis sub triginta tyran-  
nis fuit? ego quidem sic opinor. Hæc igitur lex, id, ut



βούμενος ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὸ τοιοῦτον, ἀπεῖπε τὰ πρα-  
 20 χθέντ' ἐπ' ἐκείνων μὴ κύρια εἶναι. οὐρακοὶ τοίνυν τὴν  
 αὐτὴν κατέγνω παρανομίαν τῶν ἐπὶ τῆς δημοκρατίας  
 πεπραγμένων, ἥνπερ ἐπ' ἐκείνων ὑμεῖς. ὁμοίως γοῦν  
 ἀκυρα ποιεῖ. (58) Καίτοι τί φήσομεν, ὦ ἄνδρες Ἀθη-  
 25 νκιοί, τοῦτον κύριον τὸν νόμον ἐάσαντας γενέσθαι;  
 πότερον τὰ δικαστήρια, ἃ δημοκρατουμένης τῆς πόλεως  
 ἐκ τῶν ἀμωμοκότων πληροῦται, ταῦτ' ἀδικήματα τοῖς  
 ἐπὶ τῶν τριάκοντ' ἀδικεῖν; καὶ πῶς οὐ δεινόν; Ἄλλὰ  
 δικαίως ἐψηφίσθαι. τίνας οὖν ἐνεκα τὸν λύσοντα ταῦτα  
 719 νόμον θέσθαι φήσομεν; πλὴν εἰ τοῦτό τις εἴποι, μανέν-  
 τες. ἄλλο γὰρ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν.

59. Λέγ' ἄλλον νόμον.

#### ΝΟΜΟΣ.

5 Μηδὲ νόμον ἐξεῖναι ἐπ' ἀνδρὶ θεῖναι, ἐὰν μὴ  
 τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις τιθῆ, ἐὰν μὴ ψηφι-  
 σαμένων μὴ ἔλαττον ἐξακισχιλίων, οἷς ἂν δόξῃ  
 κρύβδην ψηφισομένοις.

Οὐκ ἔξ νόμον ἀλλ' ἢ τὸν αὐτὸν τιθέναι κατὰ τῶν  
 πολιτῶν πάντων, καλῶς καὶ δημοτικῶς λέγων. ὡς περ  
 10 γὰρ τῆς ἄλλης πολιτείας ἴσον μέτεστιν ἑκάστῳ, οὕτω  
 καὶ τούτων ἴσον μετέχειν ἕκαστον ἀξιοῖ. δι' οὗ μὲν  
 τοίνυν οὗτος εἰσέφερεν, ὑμεῖς οὐδὲν ἐμοῦ χεῖρον γιγνώ-  
 σκετε. ἀνευ δὲ τούτων αὐτὸς ὁμολόγησε μὴ ἐπὶ πᾶσι  
 τὸν αὐτὸν θεθεῖναι, πλὴν περὶ τῶν τελωνῶν καὶ τῶν  
 15 μισθουμένων καὶ τῶν τούτων ἐγγυητῶν χρῆσθαι προς-  
 γράφας τῷ νόμῳ. Οὐκοῦν ὁπότ' εἰσὶ τινες οὗς ἀφο-  
 ρίζεις, οὐκ ἂν ἐτι εἴης ἐπὶ πᾶσι τὸν αὐτὸν θεθεικῶς.  
 (60) Καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνός γ' ἂν εἴποις, ὡς, ὅσοις δεσμοῦ  
 προστιμᾶται, τούτων μάλιστα ἢ τὰ μέγιστ' ἀδικοῦσιν οἱ  
 20 τελῶναι, ὄντες μόνους αὐτοῖς μὴ μεταδοῦναι τοῦ νόμου.  
 πολὺ γὰρ δήπου μᾶλλον οἱ προδιδόντες τι τῶν κοινῶν,  
 οἱ τοὺς γονέας κακοῦντες, οἱ μὴ καθαράς τὰς χεῖρας  
 ἔχοντες, εἰσιόντες δ' εἰς τὴν ἀγορὰν, ἀδικοῦσιν. οἷς  
 25 ἅπασιν οἱ μὲν ὑπάρχοντες νόμοι δεσμῶν προλέγουσιν,  
 ὁ δὲ σὺς λελύσθαι οἴδωσιν. Ἄλλ' ἐνταῦθα πάλιν κατα-  
 μνηύεις ὑπὲρ ὧν ἐτίθεις. διὰ γὰρ τὸ μὴ τελωνήσαντας  
 ἀφείλεις αὐτοὺς ἀλλὰ κλέψαντας, μᾶλλον δ' ἀρπάσαν-  
 720 τας τὰ χρήματα, διὰ τοῦτ' οὐκ ἐφρόντισας, οἶμαι,  
 τῶν τελωνῶν.

61. Πολλοὺς δ' ἂν τις ἔχοι νόμους ἐτι καὶ καλῶς  
 ἔχοντας δεικνύναι, οἷς πᾶσιν ἐναντίος ἐστίν, ὅν οὗτος  
 θέθεικεν. ἀλλ' ἴσως ἐγὼ μὲν, εἰ περὶ πάντων ἐρῶ,  
 5 ἐξωσθήσομαι περὶ τοῦ μηδ' ἐπιτήδειον ὄλωσ ὑμῖν εἶναι  
 τὸν νόμον εἰπεῖν, ὑμῖν δ' ὁμοίως ἔνοχος φανέεται τῇ  
 γραφῇ, καὶ εἰ ἐνὶ τῶν ὄντων νόμων ἐναντίος ἐστίν. Πῶς  
 οὖν μοι δοκεῖ; τοὺς μὲν ἄλλους ἔβν, περὶ δ' οὐ πρότε-  
 ρόν ποτ' αὐτὸς ἔθηκε νόμου διελθόντ' ἐπ' ἐκεῖν' εἶναι τὸ  
 10 μέρος τῆς κατηγορίας ἤδη, ὡς καὶ μεγάλ' ἂν βλάπτοι  
 γενόμενος κύριος τὴν πόλιν. (62) Τὸ μὲν οὖν τοῖς τῶν  
 ἄλλων ἐναντίον εἰσεννοχῆναι νόμον δεινὸν μὲν, ἀλλ'  
 ἄλλο δεῖται κατηγοροῦ, τὸ δ' αὐτοῦ πρότερον κειμένῳ

mili videtur, verita, vetuit acta illorum temporum rata  
 haberi. At iste, quæ libera civitate gesta sunt, ea ejus-  
 dem iniquitatis condemnavit, cujus vos quæ sub illis. æque  
 certe irrita facit. (58) At quid dicemus, Athenienses, si legem  
 istam confirmabimus? utrum judicia, quæ, dum civitas  
 libera est, juratis judiciis complentur, eadem grassari  
 violentia, qua triginta tyranni? Est vero id ferendum? At  
 rite sancita esse. Quamobrem igitur legem, qua illa abro-  
 gentur, nos facere dicemus? nisi hoc aliquis dicat, ex insa-  
 nia. aliud enim dici non potest.

59. Recita aliam legem.

#### LEX.

Neque in unius viri gratiam legem ferre liceat, nisi eadem ad omnes Athenienses pertinet, nisi decreto facto a non paucioribus quam sex millibus, quibus id visum fuerit clam decernentibus.

Non admittit legem, nisi eadem ad omnes cives pertinet, in quo recte et populariter loquitur. Ut enim reliquarum rerum civitatis æquam partem omnibus tribui vult, sic etiam legum. propter quos vero iste tulerit, vos non minus quam ego intelligitis. et ut hoc omittam, ipse confessus est se non propter omnes eandem tulisse, quum adscripterit, lege hac utendum esse, publicanis et fundorum emptoribus eorumque sponsoribus exceptis. Quod si qui sunt quos ægregas, non jam eandem legem tuleris de omnibus. (60) At qui neque illud dixeris, inter eos, qui vinculis damnentur, plurima vel maxima esse delicta publicanorum, ut illi ab hac lege soli excludantur. multo enim profecto magis injurii sunt, qui publicum aliquid munus perfide administrant, qui parentes male tractant, qui pollutis manibus forum ingrediuntur. quibus omnibus receptæ leges vincula minantur, tua impunitatem largitur. Atque hic iterum prodis, in quorum gratiam eam tuleris. nam quia illi non ob vectigalium redemptionem, sed ex peculatu, vel rapina potius pecunie debent, ob id opinor publicani tibi curæ non fuerunt.

61. Potuerint præterea multas et bonas leges ostendi, quibus omnibus adversatur quæ ab isto lata est. sed ego fortasse, si de omnibus disputare velim, temporis angustiis excludar, quominus dicam, legem eam prorsus non esse e republica, vobis autem pariter obnoxia huic accusationi videbitur, et si uni duntaxat receptorum legum adversetur. Quomodo igitur faciendum mihi videtur? reliquis omissis, ubi ea de lege, quam ipse prius tulit, disseruero, jam ad illam accusationis partem accedendum, legem istam, si confirmaretur, etiam magnas clades reipublicæ allaturam. (62) Legem igitur tulisse aliorum legibus contrariam iniquum est, sed alium postulat accusatorem, at legi ab ipso prius

νόμῳ τάναντία θεῖναι, τοῦτ' ἤδη ποιεῖ κατήγορον αὐτὸν  
15 αὐτοῦ γεγενῆσθαι. Ἦν' οὖν τοῦτ' εἰδῆτε γιγνόμενον,  
ἀναγνώσεται τὸν νόμον ὑμῖν αὐτὸν δεῦρο εἶθ' ἔθηκεν, ἐγὼ  
δὲ σιωπήσομαι. Λέγε.

## ΝΟΜΟΣ.

63. Τιμοκράτης εἶπεν, ὅποσοι Ἀθηναίων κατ'  
εἰσαγγελίαν ἐκ τῆς βουλῆς ἢ νῦν εἰσὶν ἐν τῷ  
20 δεσμωτηρίῳ, ἢ τὸ λοιπὸν κατατεθῶσι, καὶ μὴ  
παραδοθῆ ἢ κατάγνῳσις αὐτῶν τοῖς θεσμοθέ-  
ταις ὑπὸ τοῦ γραμματέως τοῦ κατὰ πρυτανείαν  
κατὰ τὸν εἰσαγγελτικὸν νόμον, δεδόχθαι, τοῖς  
θεσμοθέταις εἰσάγειν τοὺς ἑνδεκα εἰς τὸ δικα-  
25 στῆριον τριάκονθ' ἡμερῶν ἀφ' ἧς ἂν παραλάβωσιν,  
ἐὰν μὴ τι δημοσίᾳ κωλύη, ἐὰν δὲ μὴ, ὅταν πρῶ-  
τον οἶόν τ' ᾖ. Κατηγορεῖν δ' Ἀθηναίων τὸν  
βουλόμενον οἷς ἔξεστιν. Ἐὰν δ' ἄλλῳ τιμάτω ἢ  
ἡλιαία περὶ αὐτοῦ, ὃ τι ἂν δοκῆ ἀξίος εἶναι  
721 παθεῖν ἢ ἀποτίσαι. ἐὰν δ' ἀργυρίου τιμηθῆ· δε-  
δέσθω τέως ἂν ἐκτίσῃ ὃ τι ἂν αὐτοῦ καταγνώ-  
σθῆ.

64. Ἀκούετε, ὧ ἄνδρες δικασταί. Λέγε αὐτοῖς αὐτὸ  
τοῦτο πάλιν.

## ΝΟΜΟΣ.

5 Ἐὰν δ' ἀργυρίου τιμηθῆ, δεδέσθω τέως ἂν  
ἐκτίσῃ.

Πέπαυσο. Ἔστιν οὖν ὅπως ἂν ἐναντιώτερα τις δύο  
θεῖη τοῦ δεδέσθαι, τέως ἂν ἐκτίσῃσι, τοὺς ἀλόντας,  
καὶ τοῦ καθιστάναι τοὺς αὐτοὺς τούτους ἐγγυητάς ἀλλὰ  
μὴ δεῖν; Ταῦτα τοίνυν κατηγορεῖ Τιμοκράτης Τιμο-  
10 κράτους, οὐ Διόδωρος, οὐδ' ἄλλος ἡμῶν οὐδεὶς τοσού-  
των ὄντων τὸ πλῆθος. (65) Καίτοι τίνας ἂν ὑμῖν  
ἀποσχέσθαι δοκεῖ λήμματος ἢ τί ποιεῖν ἂν ὀκνεῖσαι  
κέρδους ἕνεκα, ὅστις ἐναντί' αὐτοῦ ἑαυτῷ νομοθετεῖν  
15 ἠξίωσεν, οὐδὲ τοῖς ἄλλοις τῶν νόμων ἐόντων; ἔμοι μὲν  
γὰρ ἕνεκ' ἀναιδείας ὃ τοιοῦτος δοκεῖ πᾶν ἂν ἐτοιμῶς  
ἔργον ποιῆσαι. ὡς περ τοίνυν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν  
περὶ τᾶλλα κακούργων τοὺς ὁμολογούντας ἄνευ κρίσεως  
καλάζειν οἱ νόμοι κελεύουσιν, οὕτω δίκαιον καὶ τοῦτον,  
20 ἐπειδὴ τοὺς νόμους κακούργων εἴληπται, μὴ δόντας  
λόγον μὴδ' ἐθαλήσαντας ἀκοῦσαι καταψηφίσασθαι.  
ὡμολόγηκε γὰρ θάτερον, τῷ προτέρῳ νόμῳ ἐναντίον  
τόνδε τιθεῖς, ἀδικεῖν.

66. Ὅτι μὲν τοίνυν καὶ παρὰ τούτους τοὺς νόμους  
25 καὶ παρὰ τοὺς προειρημένους καὶ μικροῦ δέω παρ'  
ἅπαντας εἰπεῖν τοὺς ὄντας ἐν τῇ πόλει τέθεικε τὸν νό-  
μον, οἴμαι δῆλον ἅπασιν ὑμῖν εἶναι. θαυμάζω δ' αὐ-  
τοῦ τί ποτε καὶ τολμήσει λέγειν περὶ τούτων. οὔτε  
γὰρ, ὡς οὐκ ἐναντίος εἶσθ' ὁ νόμος τοῖς ἄλλοις, δεικνύειν  
722 ἔξει, οὐθ', ὡς δι' ἀπειρίαν ἰδιώτην αὐτὸν ὄντα τοῦτ'

latae ferre contrariam, id vero jam ipsum accusatorem sui  
facit. Quod ut fieri sciat, recitabit vobis ipsam legem,  
quam iste tulit ego vero tacebo.

Recita.

## LXX.

63. Timocrates rogavit : qui Atheniensium ex  
Eisangelia a senatu aut nunc in carcere sunt aut  
in posterum eo conjicientur, quorum cognitio a  
scriba Prytaniae Thesmothetis ex eisangelitica  
lege tradita non fuerit, placet, ut undecimviri eos  
ad tribunal Thesmothetarum adducant intra tri-  
gesimum diem, ex quo acceperint, nisi publice  
aliquid impedierit, sin minus, quum primum id  
fieri poterit. Eos vero accusato quilibet Athenen-  
sium quibus id licet. Si condemnatus fuerit;  
Helixæ causam aestimet, quid luere vel solvere  
debere videatur. si multa pecuniaria ei dicta  
fuerit; in vinculis teneatur, quoad solverit quanti  
condemnatus est.

64. Auditis, iudices. Recita iis hoc ipsum denuo.

## LXX.

Si multa pecuniaria ei dicta fuerit; in vinculis  
teneatur, quoad solverit.

Desine. Possetne quisquam duo magis contraria rogare,  
quam, damnatos tenendos in vinculis, donec multam  
solverint, et eosdem datis sponsoribus non vincendos? Sic  
igitur Timocrates accusat Timocratem, non Diodorus ne-  
que quisquam alius nostrum in tanta multitudinem. (65) At  
a quibus sordibus et corruptelis vobis alienus videbitur aut  
quid lucri causa non subiturus, qui ipse legem suæ contra-  
riam ferre non dubitarit, quum etiam ceteros hoc facere  
leges vetent? nam mihi quidem, quæ ejus impudentia est,  
quidvis suscepturus esse cupide videtur. Quemadmodum  
igitur, Athenienses, alios scelestos, qui scelera fatentur, sine  
iudicio puniri leges jubent, sic etiam istum punire decet,  
quandoquidem in leges scelestæ egisse deprehensus est,  
non facta dicendi potestate neque excusationibus auditis  
condemnare. nam quod hanc contrariam priori legi fert,  
confessus est se alterutra ratione injurium esse.

66. Eum vero et contra has leges et contra antea dictas  
ac prope dixerim universas, quibus in hac republica utimur,  
istam tulisse legem, vobis omnibus perspicuum esse puto.  
miror autem, quid tandem ad hæc vel audeat dicere. neque  
enim suam legem reliquis contrariam non esse ostendere  
poterit, nec persuadere se hominem rerum imperitum errore

ἔλαθε, δύναιτ' ἂν πείσαι. πάλα γὰρ μισθοῦ καὶ γρά-  
φωιν καὶ νόμου εἰσφέρων ὤπται. (67) Καὶ μὴν οὐδ'  
ἐκείνῳ γ' ἐνεστὶν αὐτῷ, ἀδικημάτων μὲν εἶναι τὸ πρᾶγμα  
5 ἢ μολογῆσαι, συγγνώμης δὲ τυχεῖν ἀξιοῦν. οὐ γὰρ ἄκων  
οὐδ' ὑπὲρ ἡτυχηκότων οὐδ' ὑπὲρ συγγενῶν καὶ ἀναγ-  
καίων αὐτῷ τεθεικῶς φαίνεται τὸν νόμον, ἀλλ' ἐκὼν  
ὑπὲρ μεγάλ' ἡδικηκότων ὑμᾶς, οὐδὲν προσηκόντων  
αὐτῷ, πλὴν εἰ μὴ συγγενεῖς ὑπολαμβάνειν φήσει τοὺς  
μισθουμένους αὐτόν.

10 68. Ὡς τοίνυν οὐδ' ἐπιτήδειον νόμον ὑμῖν οὐδὲ συμ-  
φέροντ' εἰσενήνοχε, τοῦτ' ἤδη πειράσομαι νυνὶ δεικνύ-  
ναι. Ὅμοιαι δὴ πάντας ὑμᾶς ἠμολογῆσαι δεῖν τὸν ὀρθῶς  
ἔχοντα νόμον καὶ συνοίσειν μέλλοντα τῷ πλήθει πρῶτον  
15 μὲν ἀπλῶς καὶ πᾶσιν ὁμοίως γνωρίμως γεγράφθαι, καὶ  
μὴ τῷ μὲν εἶναι ταυτὶ περὶ αὐτοῦ νομίζειν, τῷ δὲ ταυτὶ.  
ἔπειτ' εἶναι δυνατὰς τὰς πράξεις, ἃς δεῖ γίνεσθαι διὰ  
τοῦ νόμου. εἰ γὰρ αὐτῶν καλῶς μὲν ἔχοι, μὴ δυνατὸν δὲ τι  
φράζοι· εὐχῆς, οὐ νόμου διαπράττουτ' ἂν ἔργον. (69)  
20 Πρὸς δὲ τούτοις μηδενὶ τῶν ἀδικούντων φαίνεσθαι μη-  
δεμίαν διδόντα βραστήνην. εἰ γὰρ δημοτικόν τις υπεί-  
ληψε τὸ πρᾶγος εἶναι τοὺς νόμους· τίσι τούτοις, προσεξε-  
ταζέτω. κἄνπερ ὀρθῶς βούληται σκοπεῖν· εὐρήσει  
τοῖς κρίνεσθαι μέλλουσι, οὐ τοῖς ἐξεληλεγμένοις. ἐν  
μὲν γὰρ τοῖς ἀδελῶν εἰ τίς ἐστ' ἀδίκως διαβεβλημένος,  
25 τοῖς δὲ, οὐδὲ λόγος λείπεται τὸ μὴ οὐ πονηροῖς εἶναι. (70)  
Τούτων τοίνυν ὧν διεξέληλυθ' ἐγὼ νῦν οὐδ' ὄτι οὐν οὐ-  
τοῦ ἔχων ὁ νόμος φανήσεται, τᾶναντία δ' ἐξῆς πάντα.  
πολλαχόθεν μὲν οὖν ἂν τις ἔχοι τοῦτο διδάσκειν, μά-  
723 λιστα δὲ τὸν νόμον αὐτὸν ὃν τίθεικε διεξιῶν. ἔστι γὰρ  
οὐ τὸ μὲν αὐτοῦ καλῶς κείμενον, τὸ δὲ, ἡμαρτημένον,  
ἀλλ' ὅλον ἐξ ἀρχῆς, ἀπὸ τῆς πρώτης συλλαβῆς μέχρι  
5 τῆς τελευταίας, ἐφ' ὑμῖν κεῖται. (71) Ἀναβῆ δ' αὐτοῖς  
τὴν γραφὴν αὐτὴν, καὶ μέχρι τοῦ πρώτου μέρους ἀνά-  
γνωθὶ τὸν νόμον. βῆστα γὰρ οὕτως ἐγὼ τε διδάξω καὶ  
ὑμεῖς μαθήσεσθ' ἃ λέγω.

#### ΝΟΜΟΣ.

10 Ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος πρώτης, δωδεκάτῃ  
τῆς πρυτανείας. τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν Ἀρι-  
στοκλῆς Μυρρηνούσιος. Τιμοκράτης εἶπε, καὶ εἴ-  
τινι τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ προστετίμηται  
15 κατὰ νόμον ἢ κατὰ ψήφισμα δεσμοῦ, ἢ τὸ λοι-  
πὸν προστιμηθῆ, εἶναι αὐτῷ ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκεῖ-  
νου ἐγγυητὰς καταστήσαι.

Ἐπίσχετες. αὐτίκα γὰρ καθ' ἕκαστον ἀναγνώση. (72)  
Τοῦτ' πάντων, ὧ ἄνδρες δικασταί, τῶν γεγραμμένων  
ἐν τῷ νόμῳ σχεδὸν ἐστὶ δεινότατον. ὁμοίαι γὰρ οὐδὲν  
20 ἀνθρώπων ἄλλον τολμήσαι, νόμον εἰσφέροντ' ἐπὶ τῷ  
κρῆσθαι τοὺς πολλὰς αὐτῶν, τὰς κατὰ τοὺς πρότερον  
χρῆσιμους νόμους κρίσεις γεγενημένας ἐπιχειρήσαι λύειν.  
τοῦτο τοίνυν οὕτως Ἰμοκράτης ἀναιδῶς καὶ οὐδ' ἀπο-  
26 κρυφόμενος πεποίηκε, γράψας διαβρῆδην « καὶ εἴ τι τῶν

peccasse. jam diu enim omnes eum viderunt mercede et roga-  
re et leges ferre. (67) Neque illud habet, quod injuste factum  
fatetur, sed veniam impetrare studet. neque enim invitus  
nec pro calamitosus nec pro cognatis et necessariis suis eum  
hanc legem tulisse constat, sed volens in eorum commodum  
tulit, qui magnis injuriis vos affecerunt, nulla sibi neces-  
situdine junctis, nisi forte illos se cognatorum habere  
loco dicet, a quibus mercedem accipiat.

68. Nunc legem ejus neque opportunam vobis esse, ne-  
que utilem, hoc ostendere conabor. Arbitror jam confiteri  
omnes, probam legem et multitudini profuturam primum  
simpliciter et omnino omnibus aperte scriptam esse oportere,  
ne eam alius aliter interpretetur. deinde fieri posse ea  
quæ jubeat. nam si contra præclare constituta esset, sed  
quod fieri nequeat proponeret; voti potius, quam legis es-  
set negotium. (69) Præterea oportere nemini delinquenti  
quicquam dare licentiæ. nam si quis id esse populare putat,  
quod lenes sint leges; id quoque considerato, qui hi  
sint, quibus leges lenes esse oporteat. quod si recte consi-  
derabit; inveniet lenitatem ad reos, non ad convictos pertinere.  
nam de illis incertum est, sitne alicui calumnia  
facta per injuriam, his autem ne ulla quidem ratio restat,  
quominus se improbos esse fateantur. (70) At horum,  
quæ ego nunc recensui, nihil omnino legem istam complecti  
constabit, sed contraria deinceps omnia. idque multis  
argumentis doceri possit, imprimis vero sic, si lex ipsa,  
quam iste tulit, percenseatur. non enim alia ejus pars probanda  
est, alia improbanda, sed omnino a principio, a  
prima syllaba usque ad extremam, vobis noxia. (71) Capere  
ipsum scriptum, et usque ad primam partem recita legem.  
nam facillime sic tum ego docebo tum vos mea dicta assequemini.

#### LEX.

Pandionide tribu prima præside, duodecima die Prytanæ. E Præsidibus agendi potestatem dedit Aristocles Myrrhinusius. Timocrates rogavit: Etsi quis ærarius sive e lege sive e decreto insuper vinculis est damnatus, aut in posterum damnetur; ei liceat pro se aut alii pro eo sponsores constituere.

Desine. mox enim singula leges. (72) Hoc omnium fere, judices, quæ lege continentur, est indignissimum. arbitror enim neminem alium esse ausum, dum legem ferret ad usum civium, conari, ut judicia legibus prius receptis rata labefactaret. At hoc iste Timocrates impudenter et ne dissimulante quidem fecit, quum aperte scripserit « etsi quis æra

ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ προστετμηται κατὰ νόμον ἢ κατὰ ψήφισμα δεσμοῦ, ἢ τὸ λοιπὸν προστιμηθῆ. » (73) Περὶ μὲν δὲ τῶν μελλόντων εἰ τι δίκαιον ἔπεισεν ὑμᾶς οὐκ ἂν ἠδίκει. περὶ δ' ὧν δικαστήριον ἔγνωκε καὶ τῷ 7240 ἄν ἔσχηκε· πῶς οὐ δεῖνὰ ποιῆι νόμον εἰσφέρων δι' οὗ ταῦτα λυθῆσεται; ὥσπερ ἂν εἰ τις ἑάσας κύριον τὸν τοῦτου γενέσθαι νόμον γράψειεν ἕτερον τοιόνδε « καὶ εἰτινες, ὠφληκότες χρήματα καὶ δεσμοῦ προστετιμημένον αὐτοῖς, ἐγγυητὰς κατέστησαν κατὰ τὸν νόμον, μὴ εἶναι τὴν διεγγύησιν αὐτοῖς, μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεγγυᾶν μηδένα. » (74) Ἄλλ' οὕτε ταῦτα ποιήσειεν ἂν οὐδεὶς ὑγιαίνων, οἴμαι, σύ τ' ἐκεῖνα λύων ἠδίκεις. χρῆν γὰρ αὐτόν, εἰ τὸ πρᾶγμα ἑνόμιζε δίκαιον, ἐπὶ τοῖς ἕστερον γενησομένοις 10 θείναι τὸν νόμον, καὶ μὴ συνενεγκόντ' εἰς ταῦτὸ τὰ μελλόντα τοῖς παρεληλυθόσι καὶ τὰ μὴ δῆλα τοῖς φανεροῖς ἀδικήμασιν, εἴτ' ἐπὶ πᾶσι γράψαι τὴν αὐτὴν γνώμην. πῶς γὰρ οὐ δεῖνὸν τῶν αὐτῶν ἠξιοκέναι δικαίων 15 τοὺς ἐξεληλεγμένους ἀδικούντας τὴν πόλιν πρότερον καὶ τοὺς μὴδ' εἰ κρίσεως ἄξιον ἐργάσονται τι δήλους;

75. Καὶ μὴν κακέϊθεν ἴδοι τις ἂν ὡς δεῖνὸν πεποίηκε τὸ θείναι περὶ τῶν παρεληλυθότων τὸν νόμον, εἰ λογισαίτο παρ' αὐτῶν τί ποτ' ἐστὶν ὁ νόμος ὀλιγαρχίας διαφέρει, καὶ τί δὴ ποτ' οἱ μὲν ὑπὸ νόμων ἐθέλοντες ἀρχεσθαι σώφρονες καὶ χρηστοὶ πολῖται νομίζονται, οἱ δ' ὑπὸ τῶν ὀλιγαρχῶν ἀνάνδροι καὶ δοῦλοι. (76) Εὐροὶ γὰρ ἂν ὡς ἀληθῶς τοῦτο προχειρότατον, ὅτι τῶν μὲν ἐν 25 ταῖς ὀλιγαρχίαις ἕκαστος καὶ τὰ πεπραγμένα λῦσαι καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἂν αὐτῶν δοκῆ προστάξει κύριος ἐστίν, οἱ δὲ νόμοι περὶ τῶν μελλόντων ἂ χρεῖ γίνεσθαι φράζουσι, μετὰ τοῦ πείσαι τεθέντες ὡς συνοίσουσι τοῖς χρωμένοις. Τιμοκράτης τοίνυν ἐν δημοκρατομένῃ τῇ πόλει νομοθετῶν τὴν ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας 725 ἀδικίαν εἰς τὸν αὐτοῦ νόμον μετήνεγκε, καὶ περὶ τῶν παρεληλυθότων αὐτὸν κυριώτερον τῶν καταγόντων δικαστῶν ἠξίωσε ποιῆσαι.

77. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον πεποίηκεν ὑβριστικόν, ἀλλὰ καὶ γέγραπται, ἢ τὸ λοιπὸν ἕαν τινι προστιμηθῆ δεσμοῦ, εἶναι καταστήσαντι τοὺς ἐγγυητὰς, ἢ μὴν ἐκτίσειν, ἀφείσθαι. καίτοι χρῆν αὐτόν, εἰ τὸ δεδέσθαι δεῖνὸν ἠγεῖτο, μηδενὶ προστιμᾶν, ὅς ἂν ὑμῖν ἐγγυητὰς καθιστῆ, δεσμοῦ νομοθετῆσαι, μὴ προλαβόντα κατεγνωκότες ὑμᾶς τὸν δεσμὸν μὴδ' ἐχθρῶς διαθέντα πρὸς ὑμᾶς 10 τὸν ἠλωκότα τὴνικαῦτα ποιεῖν τὴν ἐξεγγύησιν. νυνὶ δ', ὥσπερ ἐνδεικνύμενος ὅτι, κὰν ὑμῖν δοκῆ δεδέσθαι τινὰ, αὐτὸς ἀφήσει, τοῦτον τὸν τρόπον τὸν νόμον εἰσθήνεκεν. (78) Ἄρ' οὖν τῷ δοκεῖ συμφέρειν τῇ πόλει τοιοῦτος νόμος, ὅς δικαστηρίου γνώσεως αὐτὸς κυριώτερος ἔσται 15 καὶ τὰς ὑπὸ τῶν ὀλιγαρχῶν γνώσεις τοῖς ἀνωμότοις προστάξει λύειν; ἐγὼ μὲν οὐκ οἴμαι. φαίνεται τοίνυν ὁ τοῦτου νόμος ταῦτ' ἔχων ἀμφοτέρα. ὥςτ' εἴπερ ὑμῶν ἕκαστῳ μέλει τι τῆς πολιτείας καὶ δεῖν οἴεται κυρίαν εἶναι τὴν αὐτοῦ γνώμην περὶ ὧν ἂν ὀλιγαρχικῶς ψηφισται, λυτέος καὶ οὐκ ἑατέος οὗτος ὁ τοιοῦτος νόμος κύριος νυνὶ γενέσθαι.

rius sive e lege sive e decreto insuper vinculis est damnatus, aut in posterum damnatur ». (73) Ac de futuris quidem si quid vobis utile suasisset; haud peccasset. at quibus de rebus iudicium statuit ac controversiam definiit; qui non importunissime agit, qui legem pronulget, qua res illae rescindantur? id quod perinde est, ac si quis, istius lege perlata, scriberet aliam in hanc sententiam « etsi aërarii, quibus vincula insuper irrogata sunt, sponsores dederint e lege; nec tamen iis sponsio prosit, neque quenquam in posterum liberari sponsione fas esto ». (74) Sed neque hæc quisquam sanæ mentis opinor faceret, et tu illis iudiciis abrogatis jus violasti. decebat enim eum, si rem justam esse censuisset, ferre legem de rebus in posterum futuris, et non in unum velut acervum conjectis futuris cum præteritis et incertis cum perspicuis delictis, deinde sententiam eandem scribere de omnibus. Quid vero iniquius, quam idem jus tribuisse his, qui convicti sunt se prius læsisse rempublicam, et illis, de quibus obscurum est, etiam sintne commissuri aliquid iudicio dignum?

75. Inde etiam perspicitur, quam indignam rem reddiderit legem de præteritis latam, si consideretur, quid tandem sit, quo lex a paucorum dominatu distinguitur, et quid sit, cur, qui legibus parere volunt, modesti et boni cives perturbentur, qui oligarchiis, effeminati et servi. (76) Re ipsa comperietur expeditissimum hoc esse responsum, quod oligarcharum unusquisque tum acta rescindendi tum de futuris pro sua libidine statuendi habeat auctoritatem, at leges de futuris enuntiant, quid faciendum sit, ita late, ut populo simul etiam persuasum sit, profuturas esse eas his, qui iis uti velint. Timocrates vero quum in libera civitate leges ferret, ex oligarchia iniquitatem in suam legem transtulit, deque præteritis rebus plus sibi juris arrogavit, quam iudices habuerint qui condemnarunt.

77. Neque in hoc solo insolenter sese gessit, sed etiam scripsit « aut si quis in posterum insuper vinculis damnatur, licere ei datis sponsoribus se bona fide reipublicæ satisfacturum, carcere liberari ». Atqui, si vinciri indignum putabat, neminem, qui vobis sponsores dedisset, insuper vinculis condemnare debuit, non quum ante cepisset vos vinculorum sententiam effatos, nec quum inimicum vobis reddidisset condemnatum, tum demum sponsionem dare. Nunc, veluti ostentaret, tametsi vobis visum fuerit aliquem vinciri, eum se dimissurum, in hunc modum legem tulit. (78) Num igitur alicui talis lex e republica esse videtur, quæ plus auctoritatis sibi vindicat, quam iudicium, et juratorum cognitiones solvere injuratos jubet? ego quidem non opinor. At istius lex hæc ambo complectitur. Proinde si quid vobis singulis republica curæ est, et suam sententiam, quam juratus quisque dixerit, ratam esse oportere putat; solvenda hæc talis lex, non perferenda nunc fuerit

79. Οὐ τοίνυν ἀπέχρησεν αὐτῶν τὰ δικαστήρι' ἄκυρα ποιῆσαι τῶν προσημασμένων, ἀλλ' οὐδ' ἂ δίκαι' ὀρίσαστ' 25 αὐτὸς ἐν τῷ νόμῳ καὶ προσέταξε τοῖς ὠφληκόσιν, οὐδὲ ταυθ' ἀπλῶς οὐδ' ἀδόλοκ' φανήσεται γεγραφώς, ἀλλ' ὡς ἂν μάλιστα τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ καὶ παρακρούσασθαι βουλόμενος. σκέψασθε γὰρ ὡς γέγραφεν. « Τιμοκρά- « τῆς εἶπε, φησί, καὶ εἰ τι τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ 726· προστετίμηται κατὰ νόμον ἢ κατὰ ψήφισμα δεσμοῦ, « ἢ τὸ λοιπὸν προσημασθῆ, εἶναι αὐτῶν ἢ ἄλλω ὑπὲρ « ἐκεῖνου ἐγγυητὰς καταστήσῃ, οὐδ' ἂν ὁ δῆμος χειρο- « τονήσῃ, ἢ μὴν ἐκτίσειν. » (80) Ἐνθυμείσθ', ἀπὸ τοῦ δι- 5 καστηρίου καὶ τῆς καταγνώσεως οἱ διετήδησεν. ἐπὶ τὸν δῆμον, ἐκκλέπτων τὸν ἡδικηκότα καὶ τὴν παράδοσιν αὐτοῦ τὴν τοῖς ἑνδεκα. τίς γὰρ ἀρχὴ παραδώσει τὸν ὀφλόντα; τίς τῶν ἑνδεκα παραλήψεται; κελεύοντος μὲν τοῦ νόμου τούτου, ἐν τῷ δῆμῳ καθιστάναι τοὺς ἐγγυη- 10 τὰς, ἀδυνατοῦ δ' ὄντος αὐθημερὸν ἐκκλησίαν ἅμα καὶ δικαστήριον γενέσθαι, οὐδαμῶς δ' ἐπιτάττοντος φυλάττειν τῶς ἂν καταστήσῃ τοὺς ἐγγυητὰς. (81) Καίτοι τί ποτ' ἦν δι' ὃ προσγράψαι σαφῶς ὤκνησε « τὴν δ' ἀρχὴν τὸν ὀφλόντα φυλάττειν τῶς ἂν καταστήσῃ τοὺς ἐγγυη- 15 τὰς; » πότερ' οὐχὶ δίκαιον; εὖ οἶδ' ὅτι πάντες ἂν φή- σαιτε. ἀλλ' ἐναντίον ἦν τι τοῦτο νόμῳ; οὐκ, ἀλλὰ μόνον κατὰ τοὺς νόμους. τί ποτ' οὖν ἦν; οὐδὲν ἂν ἄλλο τις εὔροι, πλὴν ὅτι οὐχ ὅπως δώσουσι δίκην, ὡν 20 ἂν ὑμεῖς καταγνώτε, ἐσκόπει, ἀλλ' ὅπως μὴ.

82. Εἴτα πῶς γέγραπται μετὰ ταῦτα; « καθιστάναι τοὺς ἐγγυητὰς, ἢ μὴν ἐκτίσειν τὰργύριον δ' ὦφλεν. » ἐν- 25 ταυθὶ πάλιν τῶν ἱερῶν χρημάτων τὴν δεκαπλασίαν ὑψήρηται, τῶν δ' ὀσίων, ὀπόσων ἐν τῷ νόμῳ διπλα- 25 σιάζεται, τὸ ἕμισυ. πῶς δὲ τοῦτο ποιεῖ; γράψας ἀντὶ μὲν τοῦ τιμήματος « τὰργύριον, » ἀντὶ δὲ τοῦ τὸ τίμημα τὸ γιγνόμενον « δ' ὦφλεν. » (83) Διαφέρει δὲ τίς; εἰ μὲν ἔγραψε « καθιστάναι τοὺς ἐγγυητὰς, ἢ μὴν ἐκτίσειν τὸ 5 τιμημα τὸ γιγνόμενον »· προπεριεπιλήξει τοὺς νόμους 639δ', καθ' οὓς τὰ μὲν δεκαπλά τὰ δὲ καὶ διπλά γίνε- ται τῶν ὀφλημάτων, ὥς' ἐκ τούτων ἦν ἀνάγκη τοῖς ὀφλοῦσι τὸ γεγραμμένον τ' ἐκτίειν καὶ τὰς ἐκ τῶν 5 νόμων προσούσας ζημίας καταβάλλειν. νῦν δ' ἐν τῷ γράψαι « τὴν κατάστασιν εἶναι τῶν ἐγγυητῶν, ἢ μὴν ἐκ- 10 τίσειν τὰργύριον δ' ὦφλεν » ἐκ τῆς λήξεως καὶ τῶν γραμ- μάτων, ἐφ' οἷς ἕκαστος εἰσῆχθη, ποιεῖ τὴν ἐκτίσειν, ἐν οἷς πᾶσιν ἀπλοῦν, ὃ τις ὦφλεν, ἀργύριον γέγραπται.

84. Μετὰ ταῦτα τοίνυν τηλικούτο πρᾶγμα ἀνελὼν ἐν 10 τῇ τῶν βημάτων μεταθέσει, προσέγραψε « τοὺς δὲ προέδρους ἐπιχειροτονεῖν ἐπάναγκες, ὅταν τις καθιστά- ναι βούληται », παρ' ἅπαντα τὸν νόμον οἴομενος δεῖν σώζειν τὸν ἡδικηκότα καὶ τὸν ἐν ὑμῖν ἡλωκότα. δούς γὰρ ὅταν βούληται τὴν κατάστασιν αὐτῶ τῶν ἐγγυη- 15 τῶν, ἐπ' ἐκεῖνω πεποίηκε μηδέποτε' ἐκτίσει μηδὲ δεθῆ- ναι. (85) Τίς γὰρ οὐ ποριεῖται φαύλους ἀνθρώπους, οὓς ὅταν ὑμεῖς ἀποχειροτονήσῃτε, ἀπαλλάσσεται; ἐὰν γὰρ τις ὡς οὐ καθιστάντα τοὺς ἐγγυητὰς ἀξιοῖ δεδέσθαι· 20 πρῆσει καὶ καθιστάναι καὶ καταστήσειν, καὶ δείξει τὸν

79. Neque vero satis habuit iudiciis auctoritatem pœna- rum insuper irrogandarum eripuisse, sed quæ jura ipse in lege descripsit, et ærariis imposuit, ne hæc quidem simpliciter aut citra fraudem scripsisse deprehendetur, sed ut is qui vos quam egregie fallere et decipere studeat. Considerate enim quomodo scripserit. « Timocrates dixit, in- « quit, etsi quis ærarius vel e lego vel e decreto est insuper « vinculis damuatus, aut in posterum damnetur; ei licet « ipsi aut alii pro ipso sponsore a populo comprobatos con- « stituere, se bona fide soluturum ». (80) Cogitate, quo trans- silierit a iudicio et a damnatione. Ad populum, suffurans sontem et extorquens, quominus undecimviris tradatur. quis enim magistratus iis condemnatum tradet? quis undecimvirorum ab eo recipiet? quum lex ista jubeat, apud populum constitui sponsores, et quum fieri non possit, ut eodem die et concio et iudicium habeatur, et quum nusquam iste jubeat custodiri ærarium, donec sponsore constitue- rit. (81) At quamnam de causa perspicue gravatus est adscribere « magistratus autem condemnatum interim custodiat, dum sponsore constituerit »? An vero non justum? Satis scio vos omnes confessuros. At alicui legi adversatur? Minime, sed solum cum legibus consentit. Quid tandem fuit? nihil aliud invenietis, nisi quod hoc spectavit, non ut pœnam a vobis inflictam darent, sed ut non darent.

82. Deinde quomodo tandem scripsit postea? « constituendos esse sponsores, se bona fide soluturum æs alienum quod debuerit. » Hic iterum sacrarum pecuniarum decuplum, profanarum, quarum duplum solvi lege jubetur, dimidiam partem subripuit. Id quomodo facit? pro æstimatione ponens « argentum » et pro eo quod accedit « quo mulctatus est. » (83) Quid vero interest? Si quidem scripsisset « constituendos sponsores, se bona fide æstimationem, quanti causa esset, cum accessionibus soluturum »; una comprehendisset leges, quibus alia debita decupla, alia vel dupla sunt. hinc igitur necesse fuisset condemnatis tum id quod esset ab accusatore scriptum solvere tum mulctas a legibus adjectas numerare. Nunc, quum talem sponsozum constitutionem rogarit, qua promittat ærarius se argentum ad quod damnatus sit, bona fide soluturum; e libello accusatorio et scriptis, quibus quisque in iudicium pertractus est, solutionem fieri jubet, in quibus omnibus argentum, ad quod quis damnatur, simplex est scriptum.

84. Deinde tanta re, transpositione verborum, sublata, adscripsit « necesse autem esse ut Præsides suffragandi potestatem faciant quando quis sponsores dare velit », per totam legem existimans conservandum esse sontem et apud vos damnatum. nam quum ei sponsozum constitutionem, quando velit, liberam fecerit, facultatem dedit, ne quid unquam solvat, neve vinciat. (85) Quis enim sibi non comparabit viles homines, quos ubi vos improba- veritis, liberetur? Nam si quis eum, ut qui sponsores non dederit, in vincula postulabit; se et dare et daturum di-

τούτου νόμον, ὅς καθιστάται μὲν ὅταν βούληται κελύει, φυλάττειν δὲ τῶς οὐ λέγει, οὐδ', ἂν ἀποχειροτονήσθ' ἡμεῖς τοὺς ἐγγυητάς, προσάττει δεδέσθαι, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς ὥσπερ ἀλεξίφάρμακόν ἐστι τοῖς ἀδικεῖν βουλομένοις.

25 86. « Τῶ δὲ καταστήσαντι, φησί, τοὺς ἐγγυητάς, ἔαν ἀποδιδῶν τῇ πόλει τάργυριον » πάλιν ἐνταῦθ' ἐπέμεινεν ἐπὶ τοῦ κακουργήματος ὁ μικρῶν πρότερον εἶπον, καὶ οὐκ ἐπελάθετο, οὐδ' ἔγραψε τὸ τίμημα τὸ γιγνόμενον, ἀλλὰ » τάργυριον, ὁ ὦφλεν, ἔαν ἀποδιδῶν, ἀφεί-  
728σθαι τοῦ δεσμοῦ. »

87. « Ἐὰν δὲ μὴ καταβάλῃ τάργυριον ἢ αὐτὸς ἢ οἱ ἐγγυηταὶ ἐπὶ τῆς ἐνάτης πρυτανείας, τὸν μὲν ἐξεγγυηθέντα δεδέσθαι, τῶν δὲ ἐγγυητῶν δημοσίων εἶναι τῆν  
5 οὐσίαν. » Ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ τούτῳ παντελῶς αὐτὸς αὐτοῦ κατήγορος, ὡς ἀδικεῖ, γεγονῶς φανήσεται. οὐ γὰρ ὅλως τὸ δεδέσθαι τινὰ τῶν πολιτῶν αἰσχρὸν ἢ δεινὸν νομίσας ἀπέειπε μὴ δεῖν, ἀλλὰ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ τὸν  
10 ἡδίκηκός τ' ἐνῆν παρόντα λαβεῖν, ἐκκλέψας τούνομα μὲν τῆς τιμωρίας ἔλιπε τοῖς ἀδικουμένοις ἡμῖν, τὸ δ' ἔργον ἀφείλετο. καὶ παρ' ἀκόντων ἔδωκεν ἀρεσιν τοῖς τὰ ἡμέτερ' ἀξιοῦσιν ἔχειν βίαν, καὶ μόνον οὐ προσέγραψε « δίκην ἐξεῖναι λαχεῖν αὐτῶν κατὰ τῶν δικαστῶν τῶν προστιμησάντων τοῦ δεσμοῦ. »

15 88. « Ὁ δὲ, πολλῶν ὄντων καὶ δεινῶν ὧν ἐν τῷ νόμῳ τέθεικε, μάλιστα ἀξίον ἐστ' ἀγανακτῆσαι, βούλομαι πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν. δι' ὅλου γὰρ τοῦ νόμου τῶν καταστήσαντι τοὺς ἐγγυητάς ἅπαντα λέγει, τῶ δὲ μὴ κα-  
20 θιστάντι μήτε βελτίους μήτε χείρους, μηδ' ὅλως προσέγραψεν τὸν νοῦν ἡμῖν, οὐδεμίαν οὔτε δίκην οὔτε τιμωρίαν προσέγραψεν, ἀλλ' ἄδειαν πεποίηκε τοσαύτην ὅσην οἷόν τε γενέσθαι πλείστην. καὶ γὰρ τὸν χρόνον ὃν διώρισεν, τὴν ἐνάτην πρυτανείαν, τῶν καταστήσαντι λέγει τοὺς ἐγγυητάς. (88) Γνώθῃ δ' ἂν τις ἐκεῖθεν :  
25 προσέγραψε δημοσίαν εἶναι τὴν οὐσίαν τὴν τῶν ἐγγυητῶν, ἂν μή τις ἐκτίσῃ. τοῦ δὲ μὴ καταστήσαντος οὐκ ἐνὶ δήπουθεν ὑπάρχειν ἐγγυητάς. καὶ τοῖς μὲν προέδροις, οἱ κεκληρωμένοι καθίζουσιν ἐξ ἡμῶν, ἐπάναγκας ἐποίησεν, ὅταν καθιστῇ τις, δέχεσθαι, τοῖς δ' ἀδικοῦσι τὴν πόλιν οὐδεμίαν προσέγραψεν ἀνάγκην, ἀλλ' ὥσπερ  
729εὐεργέταις ἀρεσιν αὐτοῖς ἔδωκεν, εἰ χρὴ δοῦναι δίκην ἢ μὴ.

90. Καίτοι πῶς ἂν ἀσυφορώτερος ἡμῖν τούτου γένοιτο νόμος ἢ κάκιον ἔχων; ὅς πρῶτον μὲν περὶ τῶν ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου κριθέντων ἐναντία τοῖς ὕφ'  
5 ἡμῶν ἐγνωσμένοις προσάττει, δεύτερον δὲ περὶ τῶν μελλόντων κριθέσθαι προσάττει, ἐν ᾧ κελύει τοὺς δικαστὰς τοὺς ὁμωμοκότας ἄκυρα τὰ προστιμήματα ποιεῖ, πρὸς δὲ τούτοις ἐπιτίμους τοὺς ὀφείλοντας οὐ τὰ προσήκοντ' ἐκτίνοντας καθίστησιν, ὅλως δ' ἐπιδείκνυσιν μά-  
10 τὴν ὁμύνητας, τιμῶντας, δικάζοντας, ὀργιζομένους, ἅπαντα ποιοῦντας ἡμᾶς. ἐγὼ μὲν γὰρ, εἰ Κριτίας ὁ γενόμενος τῶν τριάκοντ' εἰσέφερε τὸν νόμον, οὐκ ἂν ἄλλον τρόπον οἶμαι γράψαντ' εἰσενεγκεῖν ἢ τούτων.

cet, et istius legem proferet, quæ, quando ipse velit, constitutendos sponsores jubet, interim autem custodiendum non dicit, nec si vos sponsores improbetis, vincendum esse jubet. sic ista lex re vera quoddam remedium est hominibus injuriarum studiosis.

86. « Ei vero, inquit, qui sponsores constituit, si reddiderit civitati argentum » rursus hic a malitia sua non discessit, de qua paulo ante dixi, nec sui oblitus est, nec scripsit æstimationem cum accessione, sed « argentum ad quod damnatus est, ubi reddiderit, ut vinculis liberetur ».

87. « Sin argentum non numerarit, vel ipse vel sponsores nona Prytania, ut is qui sponsione liberatus est, in vincula conjiciatur, sponsoorum bona publicentur ». In hoc extremo capite omnino ipse sese injuriarum manifeste accusat. Non enim in universum, quasi id turpe aut nefas existimavit, civem vinciri vetuit, sed occasionem, qua sontem coram comprehendere licebat, suffuratus, nomen supplicii sumendi vobis injuria affectis reliquit, rem ipsam sustulit; et his, qui vestram pecuniam vi detinent, ab invitiis impetrata impunitate tantum non adscripsit « licere illi diem dicere iudicibus, qui insuper vinculis addixerint ».

88. Quum autem multa et intolerabilia sint, quæ legi inseruit, quod maximam indignationem meretur, vobis dicam. nam per totam legem dicit omnia in eum qui sponsores constituerit, ejus vero gratia, qui non constituerit sive meliores sive deteriores, neque omnino vestri rationem habuerit, nullam vel pœnam vel ultionem adscripsit, sed tantam dedit impunitatem, quanta maxima dari potest. nam tempus quod definivit, nonam Prytanium, dicit in eum modo qui sponsores constituit. (89) Idque inde potest intelligi : adscripsit, publicanda esse bona sponso-  
rum, si quis non solverit. ejus vero, qui sponsores non dedit, nulli utique sponsores esse possunt. ac Præsidibus a vobis sorte delectis necessitatem imposuit, quando quis dederit, recipiendi, rempublicam lædentibus nullam adscripsit necessitatem, sed tanquam bene meritis optionem dedit, utrum dare pœnas debeant, necne.

90. Quenam igitur lex minus utilis aut improbius ista fingi possit? quæ primum de his, quæ antehac judicata sunt, contraria vestris sententiis imperat, deinde, quum de iis, quæ in posterum judicabuntur, insuper æstimare jubeat jnratos iudices, æstimationes facit irritas, præterea særarius civitatem plenam relinquit non solventibus quæ oportet, omnino ostendit frustra vos jurare, æstimare, judicare, irasci, omnia facere. Equidem existimo Critiam, qui fuit unus e triginta tyrannis, si ferre legem vellet, non alio modo scripsisse, quam istum.

91. Ὅτι τοῖνον ὀλην συγχεῖ τὴν πολιτείαν καὶ κα-  
 15 ταλύει πάντα τὰ πράγματα ὁ νόμος, καὶ πολλὰς φιλο-  
 τιμίας περιαιρεῖται τῆς πόλεως, καὶ τοῦτο βραδύως ἕμας  
 νομίζω μαθήσεσθαι. Ἰστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι σώ-  
 ζεται πολλαὶς ἡμῶν ἡ πόλις διὰ τὰς στρατείας καὶ  
 20 τὰς ναυτικάς καὶ τὰς πεζάς, καὶ πολλὰ καὶ καλὰ πολ-  
 λάκις ἤδη διεπράξασθε καὶ σώσαντές τινες καὶ τιμωρη-  
 σάμενοι καὶ διαλλάξαντες. (92) Πῶς οὖν; ἀνάγκη τὰ  
 τοιαῦτα διοικεῖν ἐστὶ διὰ ψηφισμάτων καὶ νόμων τοῖς  
 μὲν εὐφέρειν ἐπιτάττοντας, τοῖς δὲ τριηραρχεῖν κε-  
 λεύοντας, τοὺς δὲ πλεῖν, τοὺς δ' ἕκαστα ποιεῖν ὧν δεῖ.  
 25 οὐκοῦν ταῦθ' ὅπως γίγνηται, δικαστήρια πληροῦτε  
 καὶ καταγιγνώσκετε δεσμῶν τῶν ἀκοσμούτων. σκέ-  
 ψασθε δὴ τὸν τοῦ καλοῦ ἀγαθοῦ τούτου νόμον, ὡς λυ-  
 μαίνεται ταῦτα καὶ διαφθεῖρει. (93) Γέγραπται γὰρ  
 δήπου [ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ] « καὶ εἴ τι τῶν ὀφειλόντων  
 730 προστετιμηται δεσμοῦ, ἢ καὶ τὸ λοιπὸν προστιμηθῆ,  
 « εἶναι καταστήσαντι ἐγγυητάς, ἢ μὴν ἐπὶ τῆς ἐνάτης  
 « πρυτανείας ἐκτίσειν τάργγριον, ἀφείσθαι τοῦ δεσμοῦ. »  
 5 τίς οὖν πόρος ἐστίν; τίς ἀποσταλήσεται τρόπον ἢ  
 στρατιά; πῶς τὰ χρήματα εἰσπράξομεν, ἂν ἕκαστος  
 ὀφλισκάνων ἐγγυητάς καθιστῆ κατὰ τὸν τούτου νόμον,  
 ἀλλὰ μὴ τὸ προσῆκον ποιῆ; (94) Ἐροῦμεν νῆ Δία τοῖς  
 Ἕλλησι « Τιμοκράτους νόμος ἐστὶ παρ' ἡμῖν. ἀνα-  
 10 μέναιτ' οὖν τὴν ἐνάτην πρυτανείαν. εἴτα τότε ἔξιμεν. »  
 τοῦτο γὰρ λοιπόν. ἂν δ' ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἀμύνεσθαι  
 δεῖ· ἀρὰ γ' οἴεσθε τοὺς ἐχθροὺς τὰς τῶν παρ' ἡμῖν πο-  
 νηρῶν διαδύσεις καὶ κακουργίας ἀναμενεῖν; ἢ τὴν πό-  
 15 λιν, αὐτὴν ἐμποδίζοντας νόμους εἰθῆσεται καὶ τάναντία  
 τῶν συμφερόντων λέγοντας, δυνήσεσθαι τι ποιῆσαι τῶν  
 δεόντων; (95) Ἄλλ' ἀγαπητόν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ,  
 πάντων καλῶς ἐχόντων ἡμῖν, καὶ μηδενὸς ὄντος τοιοῦ-  
 του νόμου, κρατοῦμεν τῶν ἐχθρῶν καὶ ταῖς δεύτησι δυ-  
 ναίμεθα καὶ τοῖς τοῦ πολέμου καιροῖς ἀκολουθεῖν καὶ  
 20 μηδενὸς ὑστερεῖν. Ἄλλὰ μὴν εἰ φαίνει τοῦτον τθει-  
 κῶς νόμον, ὅς τὰ τοιαῦτα λυμαίνεται δι' ὧν ἡ πόλις καὶ  
 25 χόντ' ἀδικεῖ, καὶ οὐκ ἂν οἷός τ' εἴη πάντας ἐκδύειν οὐδὲ τὰ πάντων ὑπελέσθαι, εἴτα καταισχύνει τὴν ἑαυτοῦ δόξαν καὶ τὸν βίον μόνον. (206) Εἰ δέ τις εἰσφέρει νόμον ἐξ οὗ τοῖς ὑμᾶς βουλομένοις ἀδικεῖν ἢ πᾶσ'  
 764 ἐξουσία καὶ ἄδεια γενήσεται· οὗτος δὴν ἀδικεῖ τὴν πόλιν καὶ καταισχύνει πάντας. νόμος γὰρ αἰσχροὺς εἶναι κύριος ἢ τῆς πόλεως θνεϊδὸς ἐστὶ τῆς θεμένης, καὶ βλάπτει πάντας ὅσοι περ ἂν αὐτῷ χρῶνται. Τὸν οὖν  
 6 καὶ βλάπτειν ὑμᾶς καὶ δοξῆς ἀναπιμπλάναί φαύλης ἐπιχειροῦντα, τοῦτον οὐ τιμωρήσεσθε λαβόντες; (206) Καὶ τί φήσετε; γνοίη δ' ἂν τις οὕτω μάλισθ' ἡλίκα πράγματα συσκευάσας γέγραπεν αὐτὸν, καὶ ταῦθ' ὡς ὑπεναντία  
 10 τῇ καθεστῶσῃ πολιτείᾳ, εἰ λογίσαιτο, ὅτι πάντες, ὅταν που καταλύοντες τὸν δῆμον πράγμασιν ἐγγειροῦσι νεωτέροις, τοῦτο ποιοῦσι πρῶτον ἀπάντων, ἔλυσαν τοὺς πρότερον νόμῳ δι' ἁμαρτίαν τινὰ ταύτην ὑπέχοντας τὴν δίκην. (207) Πῶς οὖν οὐκ ἄξιός οὗτος, εἰ δυνατόν, τρίς, οὐχ ἅπαξ ἀπολωλέναι; ὃς εἰς ἂν καὶ οὐ δῆπου  
 15 μέλλων καταλύειν ὑμᾶς, ἀλλὰ τούναντίον αὐτὸς ἐν ὑμῖν, ἂν τὰ δίκαια καὶ τὰ προσήκοντα ποιήτε, ἀπολέσθαι, ὁμῶς ἐμιμήσατο τοῦτο τὰ δίκημα, καὶ διὰ τοῦ νόμου λύειν ἤξιώσεν οὐς δέδεκε τὰ δικαστήρια, γράψας ἀναντιδῶς « εἰ τινη προστετιμῆται δεσμοῦ, κἂν τὸ λοιπὸν  
 20 τινι προσημνηθῇ, τοῦτον ἀφείσθαι ». (208) Καὶ μὴν εἴ τις αὐτίκα δὴ μάλα κραυγὴν ἀκούσαι πρὸς τῶ δικαστηρίῳ, εἰτ' εἴποι τις ὡς ἀνεῴκται τὸ δεσμοκτήριον, οἱ δὲ δεσμῶται φεύγουσιν· οὐδεὶς οὔτε γέρον οὔτ' ὀλίγῳρος οὕτως ἐστίν, ὅστις οὐχὶ βοηθήσειεν ἂν καθ' ὅσον δύνα-  
 25 ται. εἰ δὲ δὴ τις εἴποι παρελθὼν τὸς ὀ τούτους ἀφίεις ἐστὶν οὗτος· οὐδὲ λόγου τοχῶν εὐθὺς ἂν ἀπαχθεὶς θανάτῳ ζημιωθείη. (209) Νῦν τοίνυν ἔχετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτον, ὃς οὐχὶ λάθρα πεποίηκε τοῦτο, ἀλλὰ  
 765 φανακίσας καὶ παρακρουσάμενος νόμον τέθεικε φανερώς, ὃς οὐκ ἀνοίγνυσι τὸ δεσμοκτήριον, ἀλλὰ καθαιρεῖ, προσπεριελήψε δὲ καὶ τὰ δικαστήρια. τίς γὰρ ἢ τούτων ἢ κείνου χρεῖα, ὅταν οἷς τετιμῆται δεσμοῦ λύων-  
 5 ται, κἂν τὸ λοιπὸν τιμῆσῃτε τῷ, μηδὲν ὑμῖν ἢ πλέον;  
 210. Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς κἀκείνο σκοπεῖν, ὅτι πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων πολλάκις εἰσὶν ἐψηρισμένοι τοῖς νόμοις χρῆσθαι τοῖς ὑμετέροις, ἐφ' ᾧ φιλοτιμείσθ' ὑμεῖς, εἰκότως. ὃ γὰρ εἰπεῖν τινὰ φασὶν ἐν ὑμῖν, ἀληθὲς εἶναι  
 10 μοι δοκεῖ, ὅτι τοὺς νόμους ἅπαντας ὑπειλήφασιν, ὅσοι σωφρονουσί, τρόπους τῆς πόλεως. Χρῆ τοίνυν σπουδαζέειν ὅπως ὡς βέλτιστοι δόξουσιν εἶναι, καὶ τοὺς λυμαινομένους καὶ διαστρέφοντας αὐτοὺς κολλάζειν, ὡς, εἰ καταβῆραθυμήσετε, τῆς φιλοτιμίας τε ταύτης ἀποστερη-  
 15 σεσθε καὶ κατὰ τῆς πόλεως δόξαν οὐ χρηστὴν ποιήσετε. (211) Καὶ μὴν εἰ Σόλωνα καὶ Δράκοντα δικαίως ἐπαινεῖτε, οὐκ ἂν ἔχοντες εἰπεῖν οὐδετέρου κοινὸν εὐερ-

puniendos esse omnes improbos, fateamini, sed quanto gravius iste supplicium mereatur tali lege in plebis perniciem inculcata, ego docere conabor. Furum enim et grasatorum et aliorum facinorosorum quisque primum ei nimirum nocet, in quem forte incidit, neque omnes vel furto vel rapina spoliare possit, deinde suam existimationem et vitam dedecore commaculat. (205) Si quis vero legem rogat, qua perlati quibusvis laedendi vos omnis licentia et impunitas proponitur; is universam rempublicam injuria et ignominia afficit omnes. flagitiosa enim lex si rata sit; urbis, quae recipit, est publica ignominia nocetque omnibus his qui ea utuntur. Eum igitur, qui et nocere vestris commodis et vos infamia complere conatur, eum vos nacti non punietis? (206) Quid dicetis? Intelligetur autem rectissime, quantas res machinatus istam legem rogaverit, easque recepto statui civitatis quam contrarias, si hoc consideretur: omnes, quando alicubi libertatem populi sunt oppressuri, quum novas res moliantur, hoc facere: per legem solverunt eos qui antea propter aliquod peccatum has penas dabant. (207) Nonne igitur triplici, si fieri posset, non una morte, puniendus esset hic? qui quum sit unus, et vos utique non sit oppressurus, sed contra ipse apud vos, si juxta et recta facere velitis, periturus, tamen id facinus imitatus est, et per legem eos solvere voluit, quos judicia vinxerunt, quum impudenter scripserit « si quis vinculis sit insuper damnatus, aut in posterum damnabitur, ut is dimittatur ». (208) Atqui si clamor subito circa iudicium sublatum audiretur, atque aliquis diceret, reclusum esse carcerem, vinctosque aufugere; nemo vel senex ita vel socors est, qui non pro viribus opitularetur. Jam si quis superveniens diceret istum esse, qui eos dimitteret; statim abreptus vel non audita causa occideretur. (209) Nunc, Athenienses, habetis istum, qui hoc non clanculum fecit, sed per fucum et imposturam legem aperte dedit, quae non aperit carcerem, sed evertit, et judicia insuper est complexus. quis enim vel horum vel illius usus, si, quum damnati vinculis solventur et in posterum damnandi, nihil ea re proficietis?  
 210. Illud igitur vobis etiam est considerandum, multos Graecorum saepe decrevisse vestris utendum esse legibus, id quod vobis laudi ducitis, haud injuria. nam verum illud mihi videtur, quod quandam apud vos dixisse ferunt, omnes homines prudentes putare leges mores civitatis. Danda est igitur opera, ut quam optimae esse videantur, et penas debent dare quicumque illas labefactant et pervertunt, quia, si negligetis, decore hoc privabimini et urbi existimationem non bonam conciliabitis. (211) Et vero si Solonem et Draconem jure laudatis, quanquam neutrius publicum beneficium aliud dicere poteritis nisi quod

γέτημ' οὐδὲν πλὴν ὅτι συμφέροντας ἔθηκαν καὶ καλῶς ἔχοντας νόμους δίκαιον δήπου καὶ τοῖς ὑπεναντιῶν 20 τιθεῖσιν ἐλείνοις ὀργίως ἔχοντας καὶ κολάζοντας φαίνεσθαι. Οἶδα δὲ Τιμοκράτην, ὅτι τὸν νόμον εἰσενήνοχε τοῦτον οὐχ ἥμισθ' ὑπὲρ αὐτοῦ. πολλὰ γὰρ ἡγεῖτο πολιτεύεσθαι παρ' ἑμῖν ἀξία δεσμοῦ.

212. Βούλομαι τοίνυν ἑμῖν κάκεινο διηγήσασθαι, ὃ 25 φασὶ ποτ' εἰπεῖν Σόλωνα κατηγοροῦντα νόμον τινὸς οὐκ ἐπιτήδειον θέντος. Λέγεται γὰρ τοῖς δικασταῖς αὐτὸν εἰπεῖν, ἐπειδὴ τᾶλλα κατηγορήσεν, ὅτι νόμος ἐστὶν ἀπάσαις ὡς ἔπος εἰπεῖν ταῖς πόλεσιν « ἐάν τις τὸ νόμισμα διαφθεῖρη, θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι » ἐπερωτήσας δὲ, 766βὲι δίκαιος αὐτοῖς καὶ καλῶς ἔχων ὁ νόμος φαίνεται, ἐπειδὴ φῆσαι τοὺς δικαστὰς, (213) εἰπεῖν ὅτι αὐτὸς ἡγεῖται, ἀργύριον μὲν νόμισμ' εἶναι τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων ἕνεκα τοῖς ἰδιώταις εὐρημένον, τοὺς δὲ νόμους ἡγεῖται 5 νόμισμα τῆς πόλεως εἶναι. δεῖν δὲ τοὺς δικαστὰς πολλῶ μᾶλλον, εἰ τις, ὃ τῆς πόλεως ἐστὶ νόμισμα, τοῦτο διαφθεῖρει καὶ παράσημον εἰσφέρει, μισεῖν καὶ κολάζειν, ἢ, εἰ τις ἐκείνο, ὃ τῶν ἰδιωτῶν ἐστίν. (214) προσθεῖναι δὲ τακμήριον τοῦ καὶ μείζον εἶναι τὰ δίκημα τὸ τοὺς 10 νόμους διαφθεῖρειν ἢ τὰ ἀργύριον, ὅτι ἀργυρίῳ μὲν πολλὰ τῶν πόλεων καὶ φανερῶς πρὸς χαλκῶν καὶ μολυβδον κεκραμένῳ χρώμεναι σύζονται καὶ οὐδ' ὅτι οὖν παρὰ τοῦτο πάσχουσι, νόμοις δὲ πονηροῖς χρώμενοι καὶ διαφθεῖρεσθαι τοὺς ὄντας ἑὼντες οὐδένες πώποτε' 15 ἐσώθησαν. Γαυτή μὲντοι τῇ κατηγορίᾳ Τιμοκράτης ἔνοχος καθέστηκε νυνί, καὶ δικαίως ἂν ὑφ' ἑμῶν τοῦ προσήκοντος τύχοι τιμῆματος.

215. Χρὴ μὲν οὖν πᾶσιν ὀργίως ἔχειν, ὅσοι τιθέασιν νόμους αἰσχροὺς καὶ πονηροὺς, μάλιστα δὲ τούτοις οἱ τοὺς τοιοῦτους τῶν νόμων διαφθεῖρουσι, δι' ἧν 20 στίβη μικρὰν ἢ μεγάλην εἶναι τὴν πόλιν. εἰσὶ δ' οὗτοι τίνες; οἱ τε τοὺς ἀδικοῦντας τιμωροῦμενοι, καὶ ὅσοι τοῖς ἐπιεικέσι τιμὰς δίδασιν. (216) Εἰ γὰρ ἅπαντες προθυμηθεῖεν ποιεῖν ἀγαθὸν τι τὸ κοινόν, τὰς τιμὰς καὶ τὰς δωρεὰς τὰς ὑπὲρ τούτων ζηλώσαντες, καὶ 25 πάντες ἀποσταῖεν τοῦ κακούργειν [ἢ κακὸν τι πράττειν], τὰς βλάβας καὶ τὰς ζημίας τὰς ἐπὶ τούτοις κειμένας φοβηθέντες· ἔσθ' ὃ τι κωλύει τὴν πόλιν μεγίστην εἶναι; οὐ τριήρεις ὄσας οὐδεμία πόλις Ἑλληνικὴ κέκτηται; 767 οὐχ ἐπιλίτας; οὐχ ἱππέας; οὐ προσόδους; οὐ τόπους; οὐ λιμένας; ταῦτα δὲ πάντα τί σώζει καὶ συνέχει; οἱ νόμοι. κατὰ γὰρ τούτους οὐσης τῆς πολιτείας ἐστὶ ταῦτα χρήσιμα τῷ κοινῷ. (217) Εἰ δὲ τοῦναντίον γένοιτο 5 τοῖς χρηστοῖς μὲν μηδ' ὅτι οὖν πλεόν, τοῖς δ' ἀδικοῦσιν ἀδεια, ὅσης Τιμοκράτης γέγραφε· πόση παραχὴ γένοιτ' ἂν εἰκότως; εὖ γὰρ ἴσθ' ὅτι τούτων ὧν διεξῆλθον κτημάτων, οὐδ' εἰ δις γένοιθ' ὅσα νῦν ἐστίν, οὐδ' ὅτι οὖν ἂν ὄφελος εἴη. Οὗτος τοίνυν ἐν τούτῳ τῷ νόμῳ φαίνεται κακῶς ἐπιχειρῶν ἑμᾶς ποιεῖν, δι' οὗ τοῖς 10 ἀδικεῖν ἐπιχειροῦσιν οὐκ εἰσὶν αἱ τιμωρίαι.

218. Πάντων οὖν ἕνεκα τῶν εἰρημένων ἀξίον ὀργισθῆναι καὶ κολάσαι καὶ παραδείγματα ποιῆσαι τοῖς ἄλλοις,

utiles et præclaras leges tulerunt; æquum profecto est, etiam iis, qui leges ferunt modo illis contrario, manifesto irasci et punire. Scio autem Timocratem legem istam tulisse non minimam partem sua causa. multa enim in gerenda re-publica se carcere digna admittere putabat.

212. Illud quoque vobis narrabo, quod Solonem aliquando dixisse ferunt quum quendam accusaret, qui legem perniciosam rogarat. Dicitur enim iudicibus, quum reliqua accusasset, dixisse: lex est omnibus fere civitatibus, qui monetam adulterarit, ut capitis damnetur. Deinde interrogasse ille iudices, eane lex justa et laudabilis videretur, et quum affirmassent, (213) subjecisse: putare sese, argenti monetam privatorum pactorum causa repertam, sed leges monetam esse reipublicæ. iudices igitur oportere multo magis, si quis, quæ civitatis moneta sit, hanc corrumpat et adulterinam inferat, odisse et punire, quam si quis eam, quæ sit hominum privatorum. (214) atque ut probaret etiam majus esse delictum corrumpere leges, quam adulterare monetam, addidisse: multas civitates et aperte argento, quod sit ære et plumbo temperatum, utentes, esse incolumes neque illum ex ea re capere detrimentum, at si qui legibus malis uterentur et ratas corrumpi sinerent, eos nullos unquam non periisse. Huic igitur criminali etiam Timocrates nunc est obnoxius, et eam jure a vobis æstimationem nunc auferet, quam communit.

215. Itaque irascendum est omnibus qui leges turpes et improbas ferunt, maxime vero his, qui eas leges corrumpunt, a quibus vel magnitudo urbis vel humilitas pendet. Hæc vero quæ sunt? tum quæ injurios puniunt, tum quæ bonis honorem habent. (216) Nam si omnes de republica bene mereri studeant, honoribus et præmiis, quæ propterea dantur, incitati, et omnes maleficis abstineant, detrimenta et poenas sceleribus constitutas metuentes; quid prohibet rempublicam nostram esse amplissimam? nonne tot triremes, quot nulla Græca civitas, possidet? non gravis armaturæ milites? non equites? non redditus? non loca navalia? non portus? Hæc vero omnia quæ res tuetur et continet? leges. nam quum civitas secundum has administratur, hæc utilia sunt reipublicæ. (217) Si contra fiat bonis viris nullum commodum, et facinorosorum tanta sit impunitas, quantam Timocrates proposuit; quanta quæso vos perturbationis merito securura est? Satis enim scitis harum quas modo recensui copiarum, ne si duplicentur quidem, ullam fore utilitatem. Iste igitur lege sua vobis nocere manifesto conatur, qua fit, ut qui conentur male facere, impuniti maneant.

218. Propter omnia igitur, quæ diximus, irascendum ei est et supplicium infligendum, ut iste exemplo sit reliquis. nam talibus leni animo parcere, aut, etsi damne-

ὡς τὸ πρῶτος ἔχει τοῖς τοιούτοις, καὶ καταψηφίζεσθαι  
15 μὲν, ὀλίγου δὲ τιμᾶν, ἐθίζειν καὶ προδιδάσκειν ἔσθ'  
ἀδικεῖν ὁμᾶς ὡς κλειστότους.

25.

O KATA

## ΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΝΟΣ

A.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

1. Πυθαγόρευος καὶ Σκάπων ἰδόντες Ἱεροκλέα φέροντα ἱερὰ  
ἱμάτια, ἐφ' οἷς καὶ χρυσὰ γράμματα ἦν δηλοῦντα τοὺς ἀναθέν-  
τας, ἀπάγουσι πρὸς τοὺς πρυτάνεις ὡς ἱερόσυλον, οἱ δὲ τῆ  
5 ὑστεραία καθίστανται εἰς τὴν ἐκκλησίαν. κάκεινος ὑπὸ τῆς  
ἱερίας ἐφη πεμφθεὶς λαβεῖν τὰ ἱμάτια, ἵνα κομίσῃ πρὸς τὸ  
ἱερὸν κυνηγέσιον. ἐνταῦθα Ἀριστογείτων γράφει ψήφισμα  
πρῶτον μὲν ἀπροβοῦλευτον, ἔπειτα δεινότατον, καλεῖον, ἐάν  
768 μὲν ὁμολογῇ τὰ ἱμάτια ἐξενεγκεῖν, ἀποθανεῖν αὐτὸν αὐτίκα,  
ἐάν δ' ἀρνῆται, κρίνεσθαι. ἐξ οὗ συνέβαιεν αὐτῷ ὁμολογή-  
σαντι μὲν τάληθες παρασχῆμα τεθνᾶναι, ἐξάρων δὲ γενομένων  
5 μετ' ὀλίγον τοῦτο παθεῖν. τοῦτο τὸ ψήφισμα γραφόμενος πα-  
ρανόμων Φανόστρατος ὁ Ἱεροκλέους τοῦ κινδυνεύοντος πατῆρ,  
συγκατηγόρησάντος τοῦ Δημοσθένους, αἰρεῖ παρανόμων, καὶ  
τιμᾶ τὸ δικαστήριον Ἀριστογείτονι πέντε τάλαντων. (2) Τοῦτο  
μὲν δὴ πρῶτον δόλημα Ἀριστογείτονι γίνεται ἔπειτα Ἡγέ-  
10 μονα γραφόμενος καὶ τὸν ἀγῶνα ἀποδόμενος, τὸ πέμπτον  
μέρος μὴ λαβὼν τῶν ψήφων, ὧφλε χιλίας. οὐκ ἀποδότος δ'  
αὐτοῦ κατὰ τὴν ἐπισημμένην προθεσίαν διπλοῦται τὰ δόληματα  
κατὰ τὸν νόμον, καὶ γίνονται δέκα τάλαντα καὶ δις χιλίαι δρα-  
χμαί. Ἰπὲρ τούτων τῶν χρημάτων ἀπογράφει τι εἰς τὸ δημό-  
15 σιον χωρίον ἑαυτοῦ, καὶ τὸ χωρίον τοῦτο Εὐνόμος ἀνεῖται ὁ  
ἀδελφὸς αὐτοῦ, τῆνι αἰτιστάμενος τοῦ δολήματος, ὥστε ἐν  
δέκα ἔτεσιν ἐκτίσαι τὸ σύμπαν, καθ' ἕκαστον ἔτος τιθεῖς τὸ  
ἐπιβάλλον μέρος. δύο μὲν δὴ καταβολὰς ἀπῆνεγκε, τάλαντα  
20 δύο καὶ δραχμὰς τετρακοσίας, τὸ δὲ λοιπὸν ὀφείλεται, τάλαντα  
ὀκτώ καὶ δραχμὰς χιλίας καὶ ἑξακοσίας. (3) Δοκῶν οὖν ἔχειν ὁ  
Ἀριστογείτων τοῦ λέγειν ἐξουσίαν καὶ μηκέτι ὀφείλειν, ἐπειδὴ  
χρήστην ἀνέδεικε τῇ πόλει, καὶ ἐγράφετο πολλοὺς καὶ ἐδη-  
25 μηγέρι, τῶν νόμων τὸν ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ, μέχρι ἂν  
ἐκτίσῃ, ποιούντων ἄτιμον. διόπερ αὐτὸν οἱ περὶ Λυκούργου  
ἐνέδειξαν ὡς οὐκ ἐξὸν λέγοντα. οὐκ ἐξαλλημιμένου τοίνυν ἐξ  
ἀποσπόμενος Ἀριστογείτωνος, ἀλλ' ἔτι τοῦ δολήματος ἐγγε-  
769 γραμμένου, χρήστου δὲ καταστάντος τοῦ τοῦ χωρίου ἀνησα-  
μένου, ζήτημα συνίσταται, πότερον ὁ πριάμενος τὸ χωρίον  
ὀφείλει μόνον ἢ καὶ ὁ πρῶτος δολῶν, ἄχρι ἂν ἐκτισθῇ τὸ  
χρῆμα. (4) Περὶ μὲν δὴ τὰ δύο δόληματα τοῦτο συνίσταται τὸ  
5 ζήτημα· φασὶ δὲ αὐτὸν οἱ κατηγοροὶ καὶ τῶν ὀφείλων δόλημα  
τῷ δημοσίῳ. πρὸς τοῦτο Ἀριστογείτων ἀντιτάμενος φησὶν  
ἀδικῶς ἐγγεγράφθαι καὶ διὰ τοῦτο δίκην λαχεῖν Ἀρίστωνι τῷ  
ἐγγράφοντι. Δημοσθένης δὲ καὶ Λυκούργος περὶ μὲν τοῦ δι-  
10 καίου ἢ μὴ γεγενῆσθαι τὴν ἐγγράφην οὐδὲν λέγουσι, φασὶ δὲ  
« ἔστιν Ἐπὶ τὸν Ἀρίστωνα, τότε Ἀριστογείτων μὲν ἐξαλειφθήσε-

DEMOSTHENESE.

tis, exiguum tamen iis multam irrogare, non aliud est,  
quam consuefacere atque instituere quamplurimos, ut  
vos injuriis afficiant.

25.

CONTRA

## ARISTOGITONEM

ORATIO PRIMA.

LIBANII ARGUMENTUM.

1. Pythagelus et Scaphon, conspicati Hieroclem ferentem,  
sacras vestes, quibus etiam aurea scriptura inerat eorum, qui  
dedicarent, nomina significans, ad Prytanes abducunt ut sa-  
crilegum. Qui quum eum postridie in conclonem duxissent,  
ille se a sacrificalia missum eas acceptasse dicit vestes, ut fer-  
ret ad sacram venationem. Tum Aristogiton decretum ro-  
gat, primum sine senatus consulto, deinde atrocissimum,  
jubens, si fateretur se vestes extulisse, eum interfici statim,  
sin negaret, judicium de eo fieri. Unde accidebat, si fateretur  
verum, ut statim occideretur, sin iret infitias, paulo  
post hoc pateretur. Id decretum ut contra leges rogatum  
quum accusasset Phanostratus Hieroclis rei pater, socio Demosthene,  
condemnat ut contra leges rogatum, et judices causam aestimant Aristogitoni quinque talentis. (2) Hanc  
igitur primam multam contrahit Aristogiton, deinde quum  
Hegemonem accusasset, et causam pecunia accepta prodidisset,  
quinta suffragiorum parte non accepta, mille drachmis  
est multatus. Quum autem multam intra praesinitum tempus  
non solvisset, ex lege duplicatae sunt multae, et decem  
talenta facta et bis mille drachmae. Pro hac pecunia quodam  
praedium suum publicat, idque praedium Eunomus emit,  
frater ejus, compositione reddendae multae postulata, ut decem  
annis universum solveret, quotannis convenienti parte nume-  
rata. Ac duos quidem terminos praestitit, talenta duo et dra-  
chmas quadringentas, reliqua debentur, talenta octo, mille  
drachmas et sexcentas. (3) Quum igitur Aristogiton dicendi  
habere sibi potestatem videretur et nihil amplius debere, debi-  
tore pro se constituto reipublicae, et accusabat multos et con-  
clonabatur, legibus etiam, qui aetario deberet, antequam solvis-  
set, ignominiosum facientibus. Quapropter eum Lycurgus in-  
dixit, ut qui conclones haberet, quum id ei facere non liceret.  
Quia vero nondum ex arce delictus erat Aristogiton, sed multa  
etiannum inscripta, et tamen emptor praedii debitor constitu-  
tus fuerat; oritur quaestio, utrum emptor praedii duntaxat  
debeat, an vero is etiam, qui primus multatus erat, eo usque  
dum debitum solutum fuerit. (4) Atque haec de duabus mul-  
tis controversia est, alunt autem accusatores, eum et ter-  
tiam debere multam aetario, id quod Aristogiton non con-  
cedit, seque per injuriam inscriptum esse asserit propterea  
que diem Aristoni dixisse inscriptori. Demosthenes autem et  
Lycurgus, justane an injusta fuerit inscriptio, in medio re-  
linquunt; sed alunt, « si Aristogiton Aristonem vicierit, tum

26

ται, ἐκεῖνος δὲ ἐγγραφήσεται κατὰ τὸν νόμον, πρὶν δὲ κριθῆ-  
 ναι τὸ πρᾶγμα, οὐ προσήκει λέγειν τὸν τάχα δικαίως ἐγγεγραμ-  
 μένον καὶ ψευδῶς ἐγκαλοῦντα τῷ Ἀρίστῳ. » (4) Ταῦτα μὲν  
 15 δὴ τὰ ζητήματα τῆς ὑποθέσεως. ἐνηγώνισται δ' αὐτοῖς ὁ Λυ-  
 κούργος ἔτε πρότερος λέγων· τῷ Δημοσθένει δὲ περὶ μὲν τού-  
 των βραχὺς πάνυ λόγος γέγονεν ὡς προειλημμένων, ὃ δὲ ὅλος  
 αὐτῷ λόγος τοῦ Ἀριστογείτονος βίου κατηγορίαν περιέχει.  
 20 δ. Διονύσιος δὲ ὁ Ἁλικαρνασεὺς οὐ δέχεται τούτους τοὺς λό-  
 γους Δημοσθένους εἶναι, ἐκ τῆς ἰδέας τεκμαιρόμενος. οἱ δὲ φα-  
 σιν ἐπιτήδες τὸν ῥήτορα τοιοῦτω χαρακτῆρι κεχρησθαι, ζηλώ-  
 25 σαιτα Λυκούργον εὐδοκίμουνα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις. οἱ δὲ,  
 ἐπειδὴ κατὰ τὸν τῆς ἡλικίας χρόνον εἰς τὴν πρωτολογίαν ἔλαβε  
 Λυκούργος καὶ πᾶσι τοῖς κεφαλαίοις αὐτὸς ἐχρήσατο, ὁ Δη-  
 μοσθένης ἠναγκάσθη λοιπὸν φιλοσοφώτερον μετελθεῖν καὶ πε-  
 ριοδικῶς. ἄλλοι δὲ τὸν μὲν πρότερον δέχονται Δημοσθένους  
 770θεῖναι, τὸν δὲ δεύτερον οὐδαμῶς, οὐδὲν ἀξίον ἔχοντα τοῦ ῥή-  
 τορος.

## ΚΑΤΑ ΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΝΟΣ Α.

1. Πάλαι καθήμενος, ὡς ἄνδρες δικασταί, καὶ κατη-  
 γοροῦντος ἀκούων ὥσπερ ὑμεῖς Λυκούργου, τὰ μὲν ἄλλα  
 καλῶς αὐτὸν ἠγούμην λέγειν, ἐν δὲ τεθαύμακα ὄρων  
 ὑπερδισταίνόμενον, εἰ ἀγοοῖ τούθ', ὅτι οὔτε παρὰ τοὺς  
 5 ὑπ' ἑαυτοῦ λόγους εἰρημένους οὔτε παρὰ τοὺς ὑπ' ἐμοῦ  
 μέλλοντας βηθήσεσθαι τὰ τουτοῦ τοῦ ἀγῶνος ἔστι  
 δίκαια ἰσχυρὰ, ἀλλ' ὡς ἂν ἕκαστος ὑμῶν ἔχη πρὸς τὸ  
 ἢ δυσχεραίνειν ἢ προσέσθαι πονηρίαν. (2) Καὶ ἔγωγ'  
 10 ὑπολαμβάνω τὴν μὲν κατηγορίαν καὶ τὸ τῶν λόγων  
 πλῆθος ἔθους ἔνεκα καὶ τῆς ὑμετέρας ἀκροάσεως δεῖν  
 ποιήσασθαι, κεκρίσθαι δὲ τουτοῦ τοῦ πρᾶγμα πάλαι ὑπὸ  
 τῆς ἕκαστου φύσεως οἰκοθεν, καὶ νυνὶ εἰ μὲν εἰσιν ὑμῶν  
 οἱ πλείους οἳ τοὺς πονηροὺς φιλεῖν καὶ σώζειν, μάτην  
 15 ἐβραβυδηκότας ἡμᾶς ἔσσεσθαι, εἰ δ' οἳοι μισεῖν, δίκην,  
 ἂν θεὸς θέλῃ, τουτόν δώσειν.

3. Πολλῶν δὲ λόγων εἰρημένων καὶ πάντων καλῶς,  
 οὐκ ὀκνήσω πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν ἃ γ' ἐμοὶ φαίνεται.  
 20 ἐμοὶ γὰρ οὐδ' ὅτι οὖν εἰκέναι δοκεῖ τοῖς ἄλλοις ὃ παρῶν  
 ἀγῶν. σκοπεῖτε δ' οὐτωσί: πρὸς ἅπαντ' ἔργονται τὰ  
 δικαστήρια οἱ μὲν δικασταὶ παρὰ τοῦ κατηγοροῦ καὶ  
 771 τοῦ φεύγοντος τὸ πρᾶγμα μαθησόμενοι, περὶ οὗ  
 δεήσει τὴν ψῆφον ἐνεγκεῖν αὐτοὺς, οἱ δ' ἀντίδικοι μεθ'  
 ἑαυτοῦ δείξων ἕκαστος ὄντα τὰ τῶν νόμων δίκαια  
 ἰσχυρὰ. (4) τὰ δὲ τουτοῦ τοῦ ἀγῶνος πῶς ἔχει; οἱ μὲν  
 5 δικάζοντες ὑμεῖς ἤκατε μᾶλλον ἡμῶν τῶν κατηγορῶν  
 εἰδότες καὶ ὀφελόντα τῷ δημοσίῳ τουτόν καὶ ἐγγε-  
 γραμμένον ἐν ἀκροπόλει καὶ οὐκ ἔξδν αὐτῷ λέγειν.  
 ὡςθ' ἕκαστον ὑμῶν κατηγοροῦ τᾶξιν ἔχειν καὶ τὸ πρᾶγμα  
 10 εἰδέναι, μὴ μαθεῖν δεῖσθαι. (5) ὃ δὲ κρινόμενος τῶν μὲν  
 εἰς σωτηρίαν φερόντων ἀλλ' οὐδ' ὅτι οὖν πάρεστιν ἔχων,  
 οὐ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ πράγματος λόγους δικαίους,  
 οὐ τὸν ἑαυτοῦ βίον ἀνθρώπων, οὐκ ἀλλ' οὐδ' ὅτι οὖν  
 ἀγαθόν. δι' ἃ δ' ἂν καὶ μηδ' ὅτι οὖν ἀδικῶν τις  
 15 ἔδεισε, διὰ ταῦθ' οὕτως οἴεται σωθῆσεσθαι. ἐν γὰρ

Aristogitone expuncto illum ex lege inscriptum iri, priusquam  
 autem de re iudicium fiat, non decere eum in publico verba  
 facere, qui iure fortasse ait inscriptus et falso accuset Aristo-  
 nem ». (5) Hæ sunt questiones argumenti, in quibus certavit  
 Lycurgus priores in dicendo partes obtinens, Demosthenes  
 autem breviter eas omnino attingit, ut ante occupatas, sed  
 tota ejus oratio vitæ Aristogitonis accusationem continet.

6. Dionysius Halicarnassensis negat has orationes Demo-  
 sthenis esse, conjectura ex genere dicendi capta. alii dicunt  
 de industria oratorem tali forma esse usum, æmulatione Ly-  
 curgi gloria florentis apud Athenienses. alii, quom ratione  
 ætatis primas in dicendo partes obtinisset Lycurgus et  
 omnibus ipse argumentis fuisset abusus, Demosthenem tum  
 coactum esse causam agere artificiosius et circumductionibus  
 includere. alii, priorem ut Demosthenicam admittunt, po-  
 steriorem nequaquam, quod nihil habeat hoc oratore di-  
 gnum.

## IN ARISTOGITONEM ORATIO I.

1. Jam dudum, iudices, dum sedebam et accusantem  
 audiebam ut vos Lycurgum, cetera quidem præclare eum  
 dicere putavi, sed unum miror, quom vehementer contem-  
 dentem viderem, ignoretne illud, causæ hujusce æquitatem  
 nec propter orationem a se habitam nec propter hanc a me  
 habendam esse firmam, sed ejus pendere vires ex consue-  
 que vestrum vel odio vel venia improbitatis. (2) Atque  
 ego sane existimo accusationem verborumque copiam, quia  
 consuetudo poscit et ut vos audiat, esse adhibendam, sed  
 hujus negotii iudicium jam dudum pro suo quemque ingenio  
 sua sponte attulisse, et nunc si plures sitis, qui ametis  
 improbos et tueamini, frustra fore ut garriverimus, sin  
 oderitis, pœnas istum, si deus voluerit, daturum esse.

3. Quom autem multa verba facta sint eaque præclare  
 omnia; non tamen dicere dubitabo, quid mihi videatur.  
 Ego causam hanc nulla re similem esse puto ceteris. quod  
 ita esse, sic intelligetis: ad omnia iudicia veniant iudices  
 rem ex accusatore et reo cognituri, de qua iis erit pronun-  
 tiandum, adversariorum uterque ostensurus se præsidia  
 legum habere firma. (4) Hujus autem causæ quæ ratio  
 est? Vos controversiæ iudices adestis magis, quam nos  
 accusatores, gnari et ærarium esse istum et inscriptum in  
 arce et non licere ei in publico dicere. Itaque vestrum  
 quique accusatoris vicem obtinet et causam novit, non  
 necesse habet eam cognoscere. (5) Reus autem præsidii  
 prorsus nihil habet ad incolumitatem, non causæ defensionem  
 justam, non vitam suam humaniter actam, non aliud  
 boni quicquam. sed quæ ei, etiam si leges nequiquam viola-  
 ret, terrorem incuterent, per ea se fore incolumem arbitra-

τῇ τῆς πονηρίας ὑπερβολῇ τὴν ἑπίδα τῆς σωτηρίας  
 ἔχει. (8) Οὕτω δ' ἐχόντων τούτων, δοκεῖ μοι τις οὐκ ἂν  
 ἀμαρτεῖν εἰπὼν ὅτι νυνὶ κρίνεται μὲν Ἀριστογείτων,  
 δοκιμάζεσθε δὲ καὶ κινδυνεύετε ὑμεῖς περὶ δόξης. εἰ  
 20 μὲν γὰρ ὀφθῆσατε ἐπὶ τοῖς οὕτω φανεροῖς καὶ μεγάλοις  
 ἀδικήμασιν ὀργιζόμενοι καὶ τιμωρούμενοι· δόξετε τοῦθ'  
 ἕπερ ἔστέ, δικασταὶ καὶ φύλακες τῶν νόμων εἰσεληλυ-  
 θῆναι. (7) εἰ δ' ἕτερόν τι περιέσται τούτων, ὃ μηδεὶς  
 25 μὲν ἂν αὐτὸς πεποιηκέαι φῆσειεν, ἐν δὲ ταῖς ψήφοις  
 εὐρεθῆσεται· δέδοικα μὴ δόξητέ τισι τὸν αἰεὶ βουλόμενον  
 εἶναι πονηρὸν τῶν ἐν τῇ πόλει παιδοτριβεῖν. ἀσθενὴς  
 μὲν γὰρ ἔστιν ἅπας ὁ πονηρὸς καθ' ἑαυτόν, ὃ δ' ἂν  
 ὑμεῖς προσθῆσθε, οὗτος ἰσχυρὸς γίγνεται. ἔστι δὲ  
 772 τοῦτο τῶ μὲν λαβόντι παρ' ὑμῶν ἐργασία καὶ δυναστεία,  
 ὑμῖν δὲ τοῖς δοῦσιν ὄνειδος. (8) Βουλομένην δ' ἂν, ὃ  
 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸ τοῦ περὶ τῶν ἰδίων ἐμὲ τῶν  
 τούτου λέγειν, σπουδάσαντας ὑμᾶς ἐξετάσαι διὰ βρα-  
 χέων εἰς ὄσπιν αἰσχύνην καὶ ἀδοξίαν προῆχε τὴν πόλιν  
 5 δημοσίᾳ πάντα τὰ τοιαῦτα θηρία, ὧν μέσος καὶ τελευ-  
 ταῖος καὶ πρῶτός ἐστιν οὗτος. (9) Καὶ τὰ μὲν ἄλλα  
 ἔασω, ἀλλ' εἰς τὰς ἐκκλησίας ἀναβαίνουσιν (ἐν αἷς  
 ὑμεῖς γνώμης ἀπόδειξιν, οὐ πονηρίας τοῖς λέγουσι  
 10 προ(θητε) τόλμαν καὶ κραυγὴν καὶ ψευδεῖς αἰτίας καὶ  
 συκοφαντίαν καὶ ἀναισχυντίαν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα  
 συνεσκευασμένοι, ὧν οὐκ ἂν εὔροι τις ἐναντιώτερα τῶ  
 βουλευέσθαι, νομίζω δὲ οὐδ' ἂν αἰσχίω. Καὶ τοῦτοις  
 τοῖς αἰσχροῖς ἀπάντων τῶν τῆς πόλεως καλῶν περιείσι,  
 15 τῶν νόμων, τῶν προέδρων, τοῦ προγράμματος, τῆς  
 εὐκοσμίας. (10) Εἰ μὲν οὖν ὑμεῖς ταῦτα βούλεσθε καὶ  
 μετὰ τῆς ὑμετέρας γνώμης οὗτοι ταῦτα ποιῶσιν ὀδῶν  
 βαδίξει καὶ ἔξιν δεῖ. εἰ δ' ἐπανορθώσασθαι ταῦτ' ἔτι  
 20 καὶ νῦν οἴεσθε χρῆναι καὶ τὰ προειμένα πόρρω καὶ  
 πολλὴν ἤδη χρόνον αἰσχρῶς καὶ κακῶς ὑπὸ τούτων  
 διακείμενα βελτίω ποιῆσαι· πάντα τὰ τοιαῦτα ἔβη  
 παριδόντας ὑμᾶς τήμερον ὀρθῶς δεῖ δικάσαι, (11) τὴν  
 τὰ δίκαια ἀγαπῶσαν Εὐνομίαν περὶ πλείστου ποιη-  
 25 σαμένους, ἣ πάσας καὶ πόλεις καὶ χώρας σώζει, καὶ  
 τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν Δίκην, ἣν ὁ τὰς ἀγιωτά-  
 τας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεὺς παρὰ τὸν τοῦ  
 Διὸς θρόνον φησὶ καθημένην πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων  
 ἐφορᾶν, εἰς ἑαυτὸν ἕκαστον νομίσαντα βλέπειν οὕτω  
 773 ψηφίζεσθαι, φυλαττόμενον καὶ προορώμενον μὴ κα-  
 ταισχύναι ταύτην, ἥς ἐπώνυμός ἐστιν ὑμῶν ἕκαστος ὁ  
 αἰεὶ δικάζειν λαχών, πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει καλὰ καὶ  
 5 δίκαια καὶ συμφέροντα φυλάττειν καὶ ταύτην τὴν  
 ἡμέραν παρακαταθήκην ἔνορκον εἰληφὸς παρὰ τῶν  
 νόμων καὶ τῆς πολιτείας καὶ τῆς πατρίδος. (12) Ὡς  
 εἰ μὴ τοῦτον ἔξετε τὸν τρόπον, ἀλλ' ἀπὸ τῆς συνήθους  
 εὐθιείας εἰσεληλυθότες καθεδείσθε· φοβοῦμαι μὴ τὸ  
 10 πρᾶγμα εἰς τοῦναντίον περιστῆ καὶ δοκοῦντες ἡμεῖς  
 Ἀριστογείτωνος κατηγορεῖν, ὑμῶν κατηγοροῦντες φα-  
 νώμεν. ὅσῳ γὰρ ἂν μᾶλλον ἡμῶν δεξιάντων τὴν  
 τούτου πονηρίαν μὴδὲν ὑμεῖς φροντίσσητε, τοσοῦτον

tur. spem enim salutis suæ in eximia improbitate collocat.

(6) Quæ quum ita sint, recte dici possit, opinor, reum quidem esse nunc Aristogitonem, iudicium autem fieri de vobis et existimationem agi vestram. nam si iracundiam in adeo magnis et manifestis sceleribus declarabitis et severitatem vestram; ut iudices esse vos et legum custodes, ut estis, ingressos putabunt. (7) si alterum plus valuerit, quod etsi nemo se fecisse fateatur, in suffragiis tamen apparebit; vereor, ne eos, qui quovis tempore velint esse improbi in urbe, instituere quibusdam videamini. omnes enim improbi per se infirmi sunt, quem vero vos fovetis, hic fit potens. hoc ei, cui hæc licentia contigit, quæstum et potentiam auget, vobis ejus licentiæ auctoribus est opprobrio. (8) Priusquam autem, Athenienses, de privatis istius factis dicam, vos diligenter expendere velim paucis, in quantum dedecus et ignominiam civitatem publice conjecerint omnes istiusmodi belluæ, quarum medius et postremus et primus iste est. (9) Qui quæ reliqua perpetrent prætereo, sed in conciones ascendunt (in quibus vos sententiæ dictionem, non improbitates oratoribus proponitis) audacia et vociferatione et falsis criminationibus et calumnia et impudentia et omnibus ejus generis rebus instructi, quæ deliberantibus sunt omnium inimicissimæ et mea sententia turpissimæ. Quibus probris omnia civitatis decora superant, leges, præsides, programma, disciplinam. (10) Quod si vos illa approbabit et si vestro consilio fiunt; pergunt via sua nec prohiberi debent. sin ea corrigenda vel nunc esse ducitis, et quæ neglecta prolabantur et longo jam tempore turpiter ab istis et male divexata sunt, restituenda; omnes hujus generis mores hodie debetis despiciere et vere judicare, (11) et æquitatis amicam Eunomiam maximi facientes, quæ omnes et urbes et regiones tuetur, et inexorabilem et venerandam Justitiam, quam qui sanctissima initia nobis monstravit Orpheus solio Jovis assidentem omnia facta hominum dicit intueri, unusquisque in se deligere putans oculos, ita sententiam ferre, ut caveat et provideat, ne eam pudefaciat, a qua cognomen habetis singuli, qui sorte iudices quocunque tempore delecti estis, omnium civitatis decorum et jurum et commodorum custodiam etiam hodierno die sibi creditam jurejurando interposito nacti a legibus et republica et patria. (12) Quod ni ita eritis animati, sed pro solita facilitate ingressi sedebitis; vereor ne res in diversum vertatur, et nos dum Aristogitonem accusare videamur, vos accusemus. Quo enim evidentius ostensam a nobis istius

μειζον ἢ καθ' ἑμῶν αἰσχύνῃ γενήσεται. Καὶ περὶ μὲν  
15 τούτων ἱκανά.

13. Πάνυ δ', ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μετὰ πάσης οἰ-  
κειότητος ἐρῶ τάληθῃ πρὸς ὑμᾶς. ἐγὼ γὰρ ἐν ταῖς  
ἐκκλησίαις ὁρῶν ὑμᾶς κατατάττοντάς με καὶ προχειρι-  
ζομένους ἐπὶ τὴν τούτου κατηγορίαν, ἠχθόμην καὶ μὴ  
20 τὸν Δία καὶ πάντας θεοὺς οὐκ ἠβουλόμην. οὐ γὰρ  
ἠγνόουν ὅτι ὁ ποιήσας τι τοιοῦτον παρ' ὑμῖν καὶ παθῶν  
ἀπέργεται, εἰ δὲ μὴ τηλικούτον ὥστε εὐθὺς αἰσθῆσθαι,  
ἀλλ' ἔαν πολλὰ τοιαῦτα ποιῆ καὶ μὴ παύηται, ταχὺ  
γνώσεται. ὅμως δὲ ἀναγκαῖον ἠγούμην εἶναι πείθεσθαι  
25 τοῖς ὑμετέροις βουλήμασιν. (14) Τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς  
ἐνδείξεως καὶ τῶν νόμων δίκαια αὐτὸν, ὅπερ πεποίηκε,  
Λυκούργον ἐρεῖν ἠγούμην, καὶ τοὺς μάρτυρας τῆς πο-  
νηρίας τῆς τούτου τοῦτον ἑώρων προσκαλούμενον, ἃ δὲ  
καὶ λογιζέσθαι τοὺς ὑπὲρ πόλεως καὶ νόμων βουλευομέ-  
774νοὺς προσήκει καὶ σκοπεῖσθαι δεῖ, ταῦτα προηρούμην  
εἰπεῖν, καὶ νῦν ἐπὶ ταῦτα πορεύσομαι. Δότε δ', ὧ  
ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δότε καὶ συγχωρήσατέ μοι πρὸς  
Διὸς, ὡς πέφυκα καὶ προήρημαι, περὶ τούτων δια-  
5 λεχθῆναι πρὸς ὑμᾶς. καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἄλλως δυ-  
ναίμην.

15. Ἄπας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, ὧ ἄνδρες Ἀθη-  
ναῖοι, κἂν μεγάλην πόλιν οἰκῶσι κἂν μικρὰν, φύσει  
καὶ νόμοις διοικεῖται. τούτων δ' ἡ μὲν φύσις ἐστὶν  
10 ἄτακτον καὶ κατ' ἄνδρα ἴδιον τοῦ ἔχοντος, οἱ δὲ νόμοι  
κοινὸν καὶ τὸ τεταγμένον ταῦτό πᾶσιν. Ἡ μὲν οὖν φύσις,  
ἂν ᾗ πονηρὰ, πολλὰκίς φαῦλα βούλεται, διόπερ τοὺς  
τοιοῦτους ἐξαμαρτάνοντας εὐρήσατε. (15) οἱ δὲ νόμοι  
τὸ δίκαιον καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον βούλονται,  
15 καὶ τοῦτο ζητοῦσι, καὶ ἐπειδὴν εὐρεθῆ, κοινὸν τοῦτο  
πρόσταγμα ἀπεδείχθη, πᾶσιν ἴσον καὶ ὅμοιον, καὶ τοῦτ'  
ἔστι νόμος, ᾧ πάντας πείθεσθαι προσήκει διὰ πολλὰ,  
καὶ μάλιστα' ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὐρημα μὲν καὶ δῶρον  
θεῶν, δόγμα δ' ἀνθρώπων φρονίμων, ἐπανόρθωμα δὲ  
20 τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἀμαρτημάτων, πόλεως δὲ  
συνθήκη κοινὴ, καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ  
πόλει. (17) Ἀλλὰ μὴν ὅτι νῦν Ἀριστογείτων τοῖς μὲν  
τῆς ἐνδείξεως δίκαιοι ἄπασιν ἕάλωκεν, ἕτερος δ' οὐδεὶς  
25 ἔστιν ἀνεκτὸς αὐτῶ λόγος, περὶ τούτων βραδὶον διδάξαι.  
δυοῖν γὰρ ὄντων, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἰὼν ἕνεκα πάντες  
τίθενται οἱ νόμοι, τοῦ τε μηδένα μηδὲν ὁ μὴ δίκαιόν  
ἔστι ποιεῖν, καὶ τοῦ τοὺς παραβαίνοντας ταῦτα κολα-  
ζομένους βελτίους τοὺς ἄλλους ποιεῖν, ἀμφοτέροις τού-  
τοις ὁστος ἕνοχος ὧν φανήσεται. ἐπὶ μὲν γὰρ οἷς ἐξ  
775ἀρχῆς παρέβη τοὺς νόμους, τὰ ὀφλήματ' αὐτῶ γέγονεν,  
ἐπὶ δ' οἷς οὐκ ἐμμένει τούτοις, νῦν ἐπὶ τὴν παρ' ἑμῶν  
ἀγεται τιμωρίαν, ὥστε μηδεμίαν καταλείπεσθαι πρό-  
φασιν δι' ἣν ἂν τις αὐτὸν ἀφείη. (18) Οὐδὲ γὰρ αὖ  
5 τοῦτ' ἐστὶν εἰπεῖν, ὡς ἀρ' ἐκ τούτων οὐδὲν ἡ πόλις βλέ-  
πεται. ἐγὼ γὰρ, ὅτι μὲν πάντ' ἀπόλλυται τὰ τῆς  
πόλεως ὀφλήματα, εἰ τὰ τούτου σοφίσματα προσδέξεσθε,  
καὶ ὅτι, εἰ ἀρα δεῖ τινὰς ἐκ τῶν ὀφειλόντων ἀφιέναι,

improbisatem vos non curaveritis, eo majus dedecus susci-  
pietis. Ac de his hactenus.

13. Omnino autem, Athenienses, familiarissime agam  
vobiscum et vera dicam. Ego in concionibus quum viderem  
constitui me a vobis et deligi ad istius accusationem; aere  
tuli, et, ita me Jupiter diique omnes ament, abhorruui. neque  
enim ignorabam eum, qui tale munus apud vos obisset, non  
sine malo abiturum, quod si non tantum esset, ut stathm  
sentiretur, at si saepe fecisset nec desisteret, celeriter eum  
cogniturum. necesse tamen esse duxi vestris parere volun-  
tatibus. (14) Ac delationis quidem et legum locos ipsam,  
id quod fecit, Lycurgum exposituram putabam eumque  
testes improbitatis istius citare videbam, quæ autem et  
cogitare eos, qui de republica et legibus deliberant, decet  
et considerare convenit, ea dicere institui, et ad illa expli-  
canda nunc aggrediar. Per Jovem autem oro vos, date,  
Athenienses, date et concedite mihi, ut natura mea fert  
utque institui, de illis rebus disserendi facultatem. etenim  
haud aliter possim.

15. Universa vita hominum, Athenienses, sive magnam  
urbem incolant sive parvam, natura et legibus regitur. ac  
natura quidem eorum confusa est et a peculiari pendet ingenio.  
leges autem communes et ordinatæ sunt eadem universis.  
Quod si prava natura fuerit, sæpe mala vult, quare tales in  
delicta ruere invenietis. (16) Leges autem æqua et ho-  
nesta et utilia volunt et quærunt. quæ inventa si fuerint;  
commune hoc mandatam est, omnibus par et æquabile,  
atque ea lex est, cui parere omnes debent quum propter  
multa tum hac de causa potissimum, quod omnis lex inven-  
tum est et donum deorum, decretum hominum sapientium,  
correctio delictorum quæ de industria et fortuito commit-  
tuntur, civitatis commune pactum, cui vivere convenienter  
omnes, qui sunt in urbe, debent. (17) At vero Aristogi-  
tonem nunc omni jure delationis esse convictum neque  
ullam ei restare tolerabilem excusationem, hoc facile po-  
test ostendi. Quum enim res duæ sint, Athenienses, pro-  
pter quas omnes feruntur leges, tum ut ne quisquam injusti  
aliquid agat, tum ut iis, qui hoc violarunt, punitis alii  
meliores reddantur; utroque nomine supplicium de isto  
sumendum esse apparebit. nam et propter leges violatas  
ab initio, mulctatus est, et quia mulctam inflictam negligit,  
eo nunc apud vos pænæ de eo expetuntur, ut nulla reliqua  
sit defensio, propter quam quis enim absolvere possit. (18)  
Neque enim illud contra dici potest, hoc reipublicæ non  
nocere. nam ego, omnes interciderere mulctas reipublicæ,  
si cavillationes istius approbabitis, et si qui forte ærarii  
dimittendi sunt, humanissimos et optimos et minime ob

τοὺς ἐπεικαστάτους καὶ βελτίστους καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς  
 10 ἥμισθα δεινοὶς ὠφληκότας, τοὺτους ἀριεῖναι δεῖ, οὐχὶ  
 τὸν πονηρότατον καὶ πλείστῃ ἡμαρτηκότα καὶ δικαιοτάτῃ  
 ὠφληκότα καὶ ἐπὶ τοῖς δεινοτάτοις (19) (τί γὰρ ἂν γέ-  
 νοιτο συκοφαντίας καὶ παρανομίας δεινότερον, ἐφ' οἷς  
 ἀμφοτέροις οὕτως ὠφληκεν;) καὶ ὅτι οὐδ' εἰ πᾶσι τοῖς  
 15 ἄλλοις ἀφίετε, οὐχὶ τῷ βιαζομένῳ δήπου συγχωρῆσαι  
 προσήκει (ἕβρις γὰρ δὴ τοῦτό γε), καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα  
 ἔασω, ἀλλ' ὅτι καὶ πᾶς ὁ τῆς πόλεως καὶ τῶν νόμων  
 κόσμος, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, συνταράττεται καὶ δια-  
 20 φθείρεται κατὰ τοῦτον, καὶ τοῦτ' οἴμαι σαφῶς ὑμῖν  
 ἐπίδειξιν. (20) Λέξω δὲ οὔτε καινὸν οὔτε περιττὸν  
 οὐδὲν οὐτ' ἴδιον, ἀλλ' ὅ πάντες ὑμεῖς ἴστε ὁμοίως ἑμοί.  
 εἰ γὰρ τις ὑμῶν ἐξετάσαι βούλεται τί ποτ' ἐστὶ τὸ αἴτιον  
 καὶ τὸ ποιοῦν τὴν βουλήν συλλέγεσθαι, τὸν δῆμον εἰς τὴν  
 25 ἐκκλησίαν ἀναβαίνειν, τὰ δικαστήρια πληροῦσθαι, τὰς  
 ἑνας ἀρχὰς ταῖς νέαις ἐκούσας ὑπεξίναμι, καὶ πάντα δι'  
 ὧν ἡ πόλις οἰκεῖται καὶ σώζεται γίνεσθαι τοὺς νόμους  
 εὐρήσει τούτων αἰτίους καὶ τὸ τοῦτοις ἅπαντας πείθε-  
 σθαι, ἐπεὶ λυθέντων γε τούτων, καὶ ἐκάστῳ δοθείσης  
 77 βέξουσας ὅ τι βούλεται ποιεῖν, οὐ μόνον ἡ πολιτεία  
 οἴχεται, ἀλλ' οὐδ' ὁ βίος ἡμῶν τοῦ τῶν θηρίων οὐδὲν  
 ἂν διενέγκαι. (21) Τί γὰρ ἂν τοῦτον αὐτὸν οἴεσθε ποιή-  
 5 σαι λυθέντων τῶν νόμων, ὅς ὄντων κυρίων τοιοῦτός ἐστιν;  
 Ἐπειδὴ τοίνυν οἱ νόμοι μετὰ τοὺς θεοὺς ὁμολογοῦνται  
 σώζειν τὴν πόλιν· δεῖ πάντας ὑμᾶς τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅς-  
 περ ἂν εἰ καθῆσθε ἐράνου πληρωταί, τὸν μὲν πειθόμενον  
 τοῦτοις ὡς φέροντα τὴν τῆς σωτηρίας φορὰν πλήρη τῇ  
 10 πατρίδι τιμᾶν καὶ ἐπαινεῖν, τὸν δ' ἀπειθοῦντα κολάζειν.  
 (22) Ἐρανός γάρ ἐστι πολιτικὸς καὶ κοινὸς πάνθ', ὅσα  
 ταξάντων τῶν νόμων ἕκαστος ἡμῶν ποιεῖ. ὅν ὁ λέπιων,  
 ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πολλὰ καὶ καλὰ καὶ σεμνὰ καὶ  
 15 μεγάλα ὑμῶν ἀφαιρεῖται καὶ διαφθείρει τὸ καθ' αὐτόν.  
 (23) ὧν ἐν τῇ δύο ἐρῶ παραδείγματος ἕνεκα, τὰ γνωρι-  
 μώτατα : τὸ τὴν βουλήν τοὺς πεντακοσίους ἀπὸ τῆς  
 ἀσθενοῦς τοιαυτῆς κηκλίδος τῶν ἀποβρήτων κυρίαν  
 εἶναι καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας ἐπειεῖναι, τὸ τὴν ἐξ Ἀρείου  
 20 πάγου βουλήν, ὅταν ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ καθεζομένη  
 περισχοινίσθαι, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι  
 καὶ ἅπαντας ἐκποδῶν ἀποχωρεῖν, τὸ τὰς ἀρχὰς ἀπάσας,  
 ὅσας οἱ λαχόντες ἀρχοῦσιν ὑμῶν, ἅμα τῷ τὸν ὑπέρτερον  
 25 εἰπεῖν « μετὰστῆτε ἔξω » τῶν νόμων κρατεῖν, ἐφ' οἷς  
 εἰς ἐπέμφοθησαν, καὶ μὴ τοὺς ἀσελεγεστάτους βιάζεσθαι,  
 ἀλλὰ μυρία. (24) Πάντα γὰρ τὰ σεμνὰ καὶ καλὰ, καὶ  
 δι' ὧν ἡ πόλις κοσμεῖται καὶ σώζεται, [οὔτοι φυλάτ-  
 777 τουσιν] ἡ σωφροσύνη, ἡ πρὸς τοὺς γονεῖς καὶ τοὺς  
 πρεσβυτέρους ὑμῶν, ἡ παρὰ τῶν νέων, αἰσχύνη, ἡ  
 εὐταξία, τῇ τῶν νόμων προσθήκῃ τῶν αἰσχρῶν περιέσσι,  
 τῆς ἀνασχυντίας, τῆς θρασύτητος, τῆς ἀναιδείας.  
 ἰταμὸν γὰρ ἡ πονηρία καὶ τολμηρὸν καὶ πλεονεκτικόν,  
 5 καὶ τούναντιον ἡ καλοκαγαθία ἡσύχιον καὶ ἄνηρτον  
 καὶ βραδύ καὶ δεινὸν ἔλαττωθηναί. Τοὺς νόμους οὖν  
 δεῖ τηρεῖν καὶ τοῦτοις ἰσχυροὺς ποιεῖν τοὺς ἀεὶ δικά-  
 ζοντα ὑμῶν. μετὰ γὰρ τούτων οἱ χρηστοὶ τῶν πο-

atrocia delicta mulctatos hos esse dimittendos, non homi-  
 nem improbissimum et vitijs coopertum et justissime mul-  
 ctatum et ob gravissima scelera, (19) (quid enim fieri  
 possit calumnia et violatione legum, propter quarum  
 utramque iste mulctatus est, atrocius?) et ut aliis omnibus  
 remittatis, vim tamen facienti non dandam esse veniam  
 (ea enim contumelia est), denique quæ sunt ejus generis,  
 omnijs prætereo, sed illud, omnem etiam reipublicæ et  
 legum ornatum conturbari et everti, quantum iste potest,  
 id quoque ego me vobis evidenter ostensurum arbitror.  
 (20) Dicam autem nec novum nec eximium nec peculiare  
 quicquam, sed quod nostis omnes æque mecum. Si  
 quis enim vestrùm indagare vult, quæ tandem causa sit  
 quidve moveat, ut senatus conveniat, ut populus in con-  
 cionem ascendat, ut judicia frequententur, ut veteres ma-  
 gistratus novis libenter cedant, ut omnia postremo per quæ  
 urbs regitur et conservatur, fiant; leges in causa esse et  
 omnium obedientiam inveniet, quoniam, si hæ solvuntur  
 et pro sua cuique vivendi libidine licentia datur, non res-  
 publica duntaxat interit, sed nihil etiam inter nostram et  
 belluarum vitam interesset. (21) Quid enim istum ipsum  
 facturum putabitis abrogatis legibus, qui vigentibus illis  
 talis est? Quum autem in confesso sit leges proxime secun-  
 dum deos conservatrices esse reipublicæ; decet omnes vos,  
 perinde ac si ad eranium (officium mutuum) explendum se-  
 deretis, obtemperantem aliquem illis, ut qui salutis con-  
 tributum ferat integrum patriæ, honorare et laudare, con-  
 tumacem punire. (22) Eranus enim civilis et communis  
 sunt omnia, quæ ex constitutione legum quisque facimus.  
 quem qui negligit, Athenienses, multa et præclara et splen-  
 dida et magnifica vobis eripit et, quantum potest, corrup-  
 pit. (23) Quorum unum alterumve, quæ notissima sunt,  
 exempli gratia proferam: senatus quingentorum, propter  
 infirmos tales cancellos secreto deliberandi potestatem habet  
 et privatorum arcendorum, senatus Areopagiticus, quum  
 in porticu regia sedenti funiculus obtenditur, tranquillitate  
 magna et solitudine fruitur et omnes e medio excedunt,  
 magistratus omnes, quos il gerunt e vobis, quibus illi sortito  
 obtigerunt, simulac minister egrediendum esse foras jus-  
 serit, legum sunt compotes, quarum exercendarum causa  
 intromissi sunt, et importunissimi per vim non intrant, alia  
 sexcenta. (24) Omnia enim præclara et augusta, et ea, per  
 quæ urbs ornatur et conservatur, modestia, erga parentes  
 et natu majores adolescentiæ verecundia, disciplina, legum  
 adjumento sunt turpibus superiora, impudentia, audacia,  
 impudicitia. nam temeraria res est improbitas et audax et  
 violenta, contra bonitas tranquilla et dubia et tarda et damni  
 patiens. Leges igitur tuendæ sunt eoque a vobis, quotiescun-  
 que judices estis, confirmandæ. harum enim auxilio boni-

νηρῶν περιβίαισι. (26) Εἰ δὲ μή· λελυται πάντα, ἀνέμκται, συγχεύεται, τῶν πονηροτάτων καὶ ἀναιδε-  
 10 στάτων ἢ πόλις γίγνεται. Φέρε γὰρ πρὸς θεῶν, εἰ  
 ἕκαστος τῶν ἐν τῇ πόλει τὴν Ἀριστογείτονος τὸλμαν  
 καὶ ἀναίτηντιαν λαδῶν, καὶ διαλογισάμενος ταυθ'  
 ἀπερ οὗτος, ὅτι ἐξεσι καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν μέχρη παν-  
 15 τὸς ὅ τι ἂν βούληται τις ἐν δημοκρατίᾳ (ἐάνπερ τοῦ  
 ποιός τις εἶναι δόξει ὁ ταῦτα ποιῶν ὀλιγωρήσῃ) καὶ οὐ-  
 δεῖς ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀδικημάτων εὐθὺς αὐτὸν ἀποκτεί-  
 νει, (28) εἰ ταῦτα διανοηθεὶς ὁ μὴ λαχὼν τῷ λαχόντι  
 καὶ ὁ μὴ χειροτονηθεὶς τῷ χειροτονηθέντι ἐξ Ἰσοῦ ζητοίη  
 20 εἶναι καὶ τῶν αὐτῶν μετέχειν, καὶ θλωσ μὴ νέος, μὴ  
 πρεσβύτερος τὰ προσήκοντα πράττοι, ἀλλὰ πᾶν τὸ  
 τεταγμένον ἐξελάσας ἕκαστος ἐκ τοῦ βλοῦ τὴν ἑαυτοῦ  
 βούλησιν νόμον, ἀρχὴν, πάνθ' ὑπολαμβάνοι, εἰ ταῦτα  
 ποιῶμεν ἔστι τὴν πόλιν οικεῖσθαι; τί δέ; τοὺς νόμους  
 25 κυρίου εἶναι; πόσην δ' ἂν οἰεσθε βίαν καὶ ὕβριν καὶ  
 παρανομίαν ἐν ἀπάσῃ τῇ πόλει καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέ-  
 ραν γίνεσθαι καὶ βλασφημίαν ἀντὶ τῆς νῦν εὐφημίας  
 καὶ τάξεως; (27) Καὶ τί δεῖ λέγειν ὅτι τοῖς νόμοις ἀπαντα  
 178χοσμεῖται καὶ τῷ τούτοις πείθεσθαι; ἀλλ' ὑμεῖς αὐτοὶ  
 πάντων ἄρτι κληρουμένων Ἀθηναίων, καὶ πάντων εὐ-  
 οἶδ' ὅτι βουλομένων εἰς τοῦτο λαχεῖν τὸ δικαστήριον,  
 5 μόνου δικάζεσθ' ἡμῖν. διὰ τί; ὅτι ἐλάχετε, εἴτ' ἀπε-  
 κληρώθητε. ταῦτα δὲ οἱ νόμοι λέγουσιν. εἴθ' ὑμεῖς  
 αὐτοὶ κατὰ τοὺς νόμους ἐσεληλυθότες τὸν παρὰ τοὺς  
 νόμους λέγειν ἢ πράττειν τι βιαζόμενον λαδόντες ἀφή-  
 σετε; καὶ οὐδεὶς ὑμῶν γολὴν οὐδὲ ὄργην ἔχων φανήσε-  
 10 ται ἐπ' οἷς ὁ βδελυρὸς καὶ ἀναιδὴς ἄνθρωπος οὗτος  
 βιάζεται τοὺς νόμους; (28) Ὅσοι, ὧ μισαρῶτατε πάντων  
 τῶν ὄντων ἀνθρώπων, κεκλειμένης σοι τῆς ἐξουσίας οὐ  
 κινχλίσιν οὐδὲ θύραις, ἀ καὶ παρανοίξειεν ἂν τις, ἀλλὰ  
 τοσοῦτοις καὶ τηλικούτοις ὀφλήμασι, καὶ τούτων παρὰ  
 τῇ θεῷ κειμένων, ἐς τὸ ἐντὸς τούτων βιάζῃ καὶ προς-  
 15 ἐρχῃ πρὸς ταῦτ', ἀφ' ὧν ἀπελαύνουσαι σε οἱ νόμοι. ἀπε-  
 σχοιτισμένος πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις, γνώσει  
 δικαστηρίων τριῶν, ἐγγραφῇ θεσμοθετῶν, ἑτέρα πρα-  
 κτόρων, τῇ τῆς βουλευσεως, ἣν αὐτὸς διώκεις, γραφῇ,  
 20 μόνον οὐχ ἄλυσει σιδηρᾷ δεδεμένος, ὑποδύη παρὰ ταῦτα  
 καὶ διασπῆξ, καὶ προφάσεις πλάττων καὶ ψευδεῖς αἰτίας  
 συντιθεὶς τὰ κοινὰ δίκαι' ἀνατρέψειν οἰει. (29) Καὶ  
 μὴν μέγα καὶ σαφὲς ὑμῖν ἔρω παράδειγμα, ὅτι ταῦτ'  
 οὐδὲ καθ' ἐν προσήκει καριδεῖν. εἰ γὰρ τις αὐτίκα δὴ  
 25 μάλα εἴποι ὡς ἐκ τῶν νεωτάτων ἢ τῶν πλουσιωτάτων  
 ἢ τῶν λειλιουργηκότων ἢ τῶν τοιοῦτων τινὸς μερῶν,  
 ἀφορίσας, τοὺς λέγοντας εἶναι δεῖ· ἀποκτείναιτ' ἂν  
 αὐτὸν εὐ οἶδ' ὅτι, ὡς καταλύοντα τὸν δῆμον. καὶ δι-  
 778καίως ἂν τοῦτο ποιήσαιτε. (30) Καὶ μὴν ὅτι βούλεσθε  
 τούτων ἤττον ἔστι δεινόν, ἢ εἰ τις, ἐξ ὧν οὗτός ἐστι  
 μερῶν, εἴποι τοῖς βιαζόμενοις ἐξείναι λέγειν, ἢ τοῖς ἐκ  
 τοῦ δεσποτηρίου, ἢ τοῖς ὧν ἀπέκτεινεν ὁ δῆμος τοὺς  
 5 πατέρας, ἢ τοῖς ἀποδοκιμασμένοις ἀρχεῖν λαχοῦσιν,  
 ἢ τοῖς ὀφείλουσι τῷ δημοσίῳ, ἢ τοῖς καθάπαξ ἀτίμοις,  
 ἢ τοῖς πονηροτάτοις καὶ δοκοῦσι καὶ οὔσι. πάντα γὰρ

sunt improbis superiores. (25) Sin minus; dissipata, aperta,  
 confusa sunt omnia, in perditissimorum et improbiissimo-  
 rum potestate est respublica. Agite enim, per deos, si quis-  
 que, qui in urbe degit, Aristogitonis sumpta audacia et  
 impudentia, et ita ut iste secum cogitans, licere et dicere  
 et facere omni modo quicquid libeat in populari imperio  
 (siquidem qui hæc faciat, existimationem suam negligat)  
 et a nemine in ullo facinore deprehensus statim occidit, (26)  
 si ita quisque cogitaret, et sorte non delectus cum delecto  
 ac non designatus cum designato eadem esse dignitate et  
 potestate stoderet et omnino non adolescens, non senex  
 officio fungeretur, sed omni ordine repudiato e vita suam  
 quisque voluntatem pro lege, pro magistratu, pro summa  
 rerum omnium haberet, si ita ageremus; num urbe admini-  
 strari potest? quid vero? est futura legum auctoritas? quan-  
 tum autem violentiæ et insolentiæ tota urbe quotidie fore  
 putatis et leges violari et maledicta audiri pro benedictis et  
 pro ea quæ nunc est disciplina? (27) Et quorsum dicere  
 attinet, legibus et observantia legum ornari omnia? sed vos  
 ipsi, omnibus modo Atheniensibus sortientibus et omnibus,  
 quod satis scio, cupientibus hujus judicii sortem adipisci,  
 soli nobis jus dicitis. cur? quia sors vobis obtigit, tum sor-  
 tito selecti estis. ita autem leges jubent. ipsi igitur se-  
 cundum leges ingressi quum nacti sitis eum qui contra leges  
 vi dicere aut agere aliquid instituit, dimittitis? neque ve-  
 strum quisquam iram ac dolorem declarabit in iis, quibus  
 nefarius et impudens iste leges violat? (28) Tu, impu-  
 rissime omnium qui usquam sunt, quum tibi potestas clausa  
 sit non cancellis, non foribus, quæ etiam aperiri fortasse  
 possint, sed tot et tantis mulctis, iisque apud deam assignatis,  
 intra hæc penetras vi, et ad hæc accedis, a quibus te leges  
 arcent. exclusus omnibus civitatis institutis, cognitione  
 trium judiciorum, inscriptione Thesmothetarum, altera ex-  
 actorum, accusatione Buleusis (nominis insidiosè non delicti)  
 quam ipse persequeris, tantum non ferrea catena ligatus, per  
 hæc penetras, hæc convellis, et confingendis causis et falsis  
 criminibus componendis te communia jura eversurum pa-  
 tas. (29) Atqui maguum et perspicuum vobis dicam exem-  
 plum, cur ad ista nullo modo sit connivendum: Si quis,  
 ut exemplo utar obvio, diceret segregans e natu minimis  
 aut ditissimis aut liturgiarum munere perfunctis aut aliqua  
 talium partium oratores esse eligendos; eum dubio procul  
 interficeretis, ut evertentem reipublicam. idque jure face-  
 retis. (30) At quidvis horum levius est, quam si quis iis, ex  
 quibus iste est, partibus assereret dicendi faciendam esse  
 potestatem violentis vel e carcere elapsis vel iis, quorum  
 patres occidit populus, vel iis qui sortituri magistratum  
 reprobati sunt, vel iis, qui reipublicæ debent, vel in uni-  
 versum ignominiosis, vel iis qui improbiissimi et habentur



ταῦθ' ὑπάρχει τούτῳ καὶ πρόςσεσιν οἷος οὗτός ἐστι τὴν  
 10 φύσιν. ἐγὼ γάρ, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζω μὲν αὐτὸν  
 καὶ ἐφ' οἷς νυνὶ ποιεῖ δικαίως ἂν ἀποθανεῖν, πολλὸ μὲν-  
 τοι μᾶλλον, ἢ οὐδὲν γε ἦττον, ἐφ' οἷς δῆλός ἐστι ποιή-  
 σων, εἰ τὴν παρ' ἡμῶν ἐξουσίαν λήψεται καὶ καιρὸν.  
 ὃ μὴ γένοιτο. (31) Ὁ καὶ θαυμαστόν ἐστιν εἰ τις ἡμῶν  
 15 ἀγνοεῖ, ὅτι μὲν καλὸν ἢ χρηστὸν ἢ τῆς πόλεως ἄξιον  
 πρᾶγμα οὐδὲν οὗτός ἐστι χρήσιμος (μὴ γάρ, ὡς Ζεῦ καὶ  
 θεοί, τοσαύτη σπάνιος ἀνδρῶν γένοιτο τῇ πόλει, ὥστε  
 παρὰ Ἀριστογείτονος τῶν καλῶν τι ποιήσασθαι), ἐφ'  
 20 ἃ δ' ἂν καὶ χρήσαιτό τις τοιούτῳ θηρίῳ, ἀπεύχασθαι  
 τοῖς θεοῖς μὴ γενέσθαι δεῖ. εἰ δ' ἄρα συμβαίη μειζόν  
 ἐστὶν εὐτύχημα τῇ πόλει ἀπορῆσαι τοὺς βουλομένους  
 ἐξαμαρτεῖν δι' οὗ τοῦτο ποιήσουσιν, ἢ τοῦτον ἀφειμένον  
 αὐτοῖς ἔτοιμον ὑπάρξει. (32) Τί γὰρ οὗτος ἀνήσειεν  
 ἂν ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ἀνηκέστων ἢ δεινῶν, ἂν-  
 25 θρωπος μιαιφὸς καὶ πατρικῆς ἔχθρας πρὸς τὸν δῆμον  
 ἀνάμεικτος; τίς δ' ἂν ἄλλος μᾶλλον, ὃ μὴ γένοιτο, ἀνα-  
 τρέψειε τὴν πόλιν, εἰ λάβοιτ' ἐξουσίας; οὐχ ὄρατε, ὅτι  
 τῆς φύσεως αὐτοῦ καὶ πολιτείας οὐ λογισμὸς οὐδ' αἰδώς  
 οὐδεμία, ἀλλ' ἀπόνοια ἡγίγαι; μᾶλλον δ' ὄλον ἐστὶν  
 780 ἀπόνοια ἢ τούτου πολιτεία; ἢ μέγιστον μὲν ἐστὶν  
 αὐτῶ τῶ ἔχοντι κακόν, δεινὸν δὲ καὶ χαλεπὸν καὶ πᾶσι,  
 πόλει δ' οὐκ ἀνεκτόν. ὃ γὰρ ἀπονεομημένος ἅπας αὐτὸν  
 μὲν προσεῖται καὶ τὴν ἐκ λογισμοῦ σωτηρίαν, ἐκ δὲ τοῦ  
 5 παραδόξου καὶ παραλόγου, ἑὰν ἄρα σωθῆ, σώζεται.  
 (33) Τίς ἂν οὖν εὖ φρονῶν ἑαυτὸν ἂν ἢ τὰ τῇ πατρίδι  
 συμφέροντα ταύτη συνάψειεν; τίς οὐκ ἂν εἰς ὄσον δυ-  
 νατὸν φεύγοι, καὶ τὸν ἔχοντα ταύτην ἐκποδὸν ποιήσαιο,  
 10 ἵνα μηδ' ἄκων αὐτῇ ποτὲ περιπέσῃ; οὐκ ἀπονοίας, ὡς  
 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς ὑπὲρ πατρίδος βουλευομένους  
 δεῖ ζητεῖν ὅτῳ κοινωθήσουσιν, ἀλλὰ νοῦ καὶ φρενῶν  
 ἀγαθῶν καὶ προνοίας πολλῆς. Ταῦτα μὲν γὰρ εἰς εὐ-  
 δαιμονίαν ἄγει πάντας ἀνθρώπους, ἐκείνη δὲ, ὅτι τοῦτον  
 ἀπελθεῖν δεῖ. (34) Θεωρεῖτε δὲ μὴ πρὸς τὸν ἐμὸν λόγον,  
 15 ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔθη βλέποντες.  
 εἰσὶ ταῖς πόλεσι πάσαις βωμοὶ καὶ νεῶ πάντων τῶν  
 θεῶν, ἐν δὲ τούτοις καὶ Προνοίας Ἀθηναῖς ὡς ἀγαθῆς  
 καὶ μεγάλης θεοῦ, καὶ παρὰ τῶ Ἀπολλωνί ἐν Δελφοῖς  
 κάλλιστος καὶ μέγιστος νεῶς εὐθὺς εἰσιόντι εἰς τὸ ἱερὸν,  
 20 ὃς ὦν θεὸς καὶ μάντις οἶδε τὸ βελτιστόν. ἀλλ' οὐκ  
 ἀπονοίας οὐδ' ἀναιδείας. (35) Καὶ δίκης γε καὶ εὐνο-  
 μίας καὶ αἰδοῦς εἰσὶ πᾶσιν ἀνθρώποις βωμοὶ, οἱ μὲν  
 κάλλιστοι καὶ ἀγιώτατοι ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἐκάστου καὶ  
 25 τῇ φύσει, οἱ δὲ καὶ κοινῇ τοῖς πᾶσι τιμᾶν ἱδρυμένοι,  
 ἀλλ' οὐκ ἀναισχυντίας οὐδὲ συκοφαντίας οὐδ' ἐπιορκίας  
 οὐδ' ἀχαριστίας, ἃ πάντα τούτῳ πρόςσεσιν.  
 36. Οἶδα τοίνυν ὅτι τὴν μὲν ὀρθὴν καὶ δικαίαν ὁδὸν  
 τῆς ἀπολογίας οὗτος φεύσεται, ἔξωθεν δὲ κύκλω περι-  
 781 εἰσι λοιδορούμενος καὶ διαβάλλων καὶ ὑπισχνούμενος  
 κρινεῖν, εἰςᾧσει, παραδώσειν. ἔστι δὲ πάντ' αὐτῶ  
 ταῦτα, ἐάνπερ ἡμεῖς ὀρθῶς ἀκούητε, ἀδόκιμα. τί γὰρ  
 οὐκ ἐξεληλεγμαι τούτων ἐπὶ πάντων πολλάκις; (37)  
 6. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἔειπα, ἀλλ', Ἀριστόγιτον, ἐπιτὰ γρα-

et sunt. Omnia enim hæc in isto reperiuntur et insunt  
 qua est comparatus natura. Nam ego quidem, Athenienses,  
 existimo eum ob hæc quoque quæ nunc facit, jure occisum  
 iri, multo autem magis, aut nihilo certe minus, ob ea  
 quæ eum facturum esse patet, si licentiam a vobis et occa-  
 sionem acceperit. id quod dii prohibeant! (31) Atque adeo  
 mirandum est quenquam id ignorare vestram, istum ad  
 nullum honestam aut republica dignum adhiberi posse  
 munus (Jupiter enim et dii omnes prohibeant, ne republica  
 ea virorum laboret inopia, ut ab Aristogitone honesti ali-  
 quid administrandum velit), quibus autem in rebus aliquis  
 belluæ istius usus esse possit, eæ ne usu veniant, esse a  
 diis exoptandum. quæ si forte eveniant; major est rei-  
 publicæ felicitas, eos, qui scelus aliquod cogitant, faci-  
 norum carere ministro, quam istum absolutum paratum  
 invenire. (32) Quod enim facinus tam perniciosum vel  
 atrox est, Athenienses, quod iste fugiat, homo perditus et  
 patrio in populum odio refertus? quis autem alius repu-  
 blicam (quod absit) expeditius everteret, si attingeret  
 potentiam? nonne videtis ejus ingenium et actiones non  
 ratione neque ulla verecundia, sed vecordia gubernari? imo  
 omnino ejus actiones esse vecordiam? quæ quum ipsi ei  
 maximo malo sit in quo est, tum acerba et gravis est  
 omnibus quoque, et reipublicæ intolerabilis. omnis enim  
 homo vecors semetipsum projicit et quæ consilio retineri  
 potest incolumitatem, sed præter opinionem et præter rati-  
 onem, si forte conservetur, conservatur. (33) Quis igitur  
 homo cordatus semetipsum aut commoda reipublicæ isti ve-  
 cordiæ commiserit? quis non, quantum possit, eam fugiat  
 et prædium ea tollat e medio, ne quando invitus in eam in-  
 cidat? De patria deliberantibus, Athenienses, non quæren-  
 dus is est, cujus ipsi sint socii vecordiæ, sed is, cujus men-  
 tem et ingenii bonitatem et magnam providentiam imitentur.  
 nam hæc ad felicitatem perducunt homines omnes, illa eo,  
 quo iste abire debet. (34) Idque æstimate non e meis verbis,  
 sed in omnes hominum mores intuentes. Omnibus urbibus  
 aræ sunt et sana deorum omnium, atque inter eos etiam  
32. Ἐγὼ τοίνυν, ᾧ ἄνδρες δικασταί, καὶ τεκμηρίῳ 10 μεγάλῳ γινῶμαι βράδιον ὅτι τῇ ἀληθείᾳ συνοικεῖ καὶ οὐδέπω καὶ τήμερον ἀπολείπειν. αὐτὴ γὰρ ἡ γυνὴ πρὶν μὲν ὡς Ἀφόβον ἐλθεῖν μίαν ἡμέραν οὐκ ἐχέρευσεν, ἀλλὰ παρὰ [ζῶντος] Τιμοκράτους ἐκείνῳ συνώκησε, νῦν δ' ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἄλλῳ συνοικοῦσ' οὐδενὶ φαίνεται. καίτοι τῷ πιστὸν, ὡς τότε μὲν, ἵνα μὴ χηρεύσειε, 15 παρ' ἀνδρὸς ὡς ἀνδρ' ἐβάδιζε, νῦν δ', εἴπερ ὡς ἀληθῶς ἀπολείπει, τοσοῦτον ἂν χρόνον χηρεύουσ' ἠνείχετο, ἐξὸν ἄλλῳ συνοικεῖν, τοῦτ' ἀδελφοῦ κεκτημένου τοσαύτην οὐσίαν, αὐτῇ τε ταύτην ἐχουσα τὴν ἡλικίαν; (31) Οὐκ ἔχει ταῦτ' ἀληθεῖαν, ᾧ ἄνδρες δικασταί, πιθανήν, ἀλλὰ λόγοι ταῦτ' εἰσὶ, συνοικεῖ δ' ἡ γυνὴ φανερώς, καὶ οὐκ ἐπικρύπτεται τὸ πρῆγμα. παρέξομαι δ' ὁμῖν Πασιφώντος μαρτυρίαν, ὃς ἀβρῶστοῦσαν αὐτὴν θεραπεύων ἑώρα παρακαθήμενον Ἀφόβον ἐπὶ τούτου τοῦ ἀρχοντος, ἧδη τούτῃ ταυτησί τῆς δίκης εἰληγμένης. Καὶ μοι λαβὲ τὴν 25 Πασιφώντος μαρτυρίαν.

## ΜΑΡΤΥΡΙΑ

35. Ἐγὼ τοίνυν εἰδώς, ᾧ ἄνδρες δικασταί, καὶ μετὰ τὴν δίκην τοῦτον εὐθὺς ἀποδεδεγμένον τὰχ τῆς οἰκίας τῆς Ἀφόβου χρήματα, καὶ κύριον τῶν τ' ἐκείνου καὶ τῶν 874 μῶν ἀπάντων γεγενημένον, καὶ συνοικοῦσαν αὐτῷ τὴν γυναῖκα σαφῶς ἐπιστάμενον, τρεῖς θεραπαινίδας ἐζήτησ' αὐτὸν, αἱ συνοικοῦσάν τε τὴν γυναῖκα ἧδεσαν καὶ τὰ 5 χρήμαθ' ὅτι παρὰ τούτοις ἦν, ἵνα μὴ λόγοι μόνον, ἀλλὰ καὶ βάσανοι περὶ αὐτῶν γίγνοιτο. (36) Οὗτος δ' ἐμοῦ

esse post iudicium instrumento, præter dolia solo adhaerentia, cape hæc testimonia et lege.

## TESTIMONIA.

31. Etsi autem ego tot argumentis nitior, Onetor tamen vel in primis ipse ostendit eam revera divortium non fecisse. quem enim par erat, numerata dote, ut ait, moleste ferre se pro argento controversum prædium recipere; is non ut adversarius, aut ut affectus injuria, sed ut conjunctissimus omnium in iudicio contra me ab illo statit, ac me una cum illo fraudare patrimonio instituit, quantum in ipso quidem fuit, a quo nulla ei unquam orta fuerat injuria, Aphobum autem, quem alienum a se judicare debebat, si quid eorum, quæ nunc dicunt, verum esset, meis quoque opibus adjectis collocupietare studuit. (32) Neque solum hic id fecit, sed etiam lata jam sententia contra eum, conscenso iudicio supplex orabat et obtestabatur iudices cum fletu et ploratu, talento litem ut æstimarent, atque ipse sponsorem ejus rei se offerebat. Hæc multis modis constant. nam et qui tum in iudicio jus dicebant et qui aliunde aderant, multi ea norunt. nihilominus tamen vobis etiam testes adducam. Cape mihi hoc testimonium.

## TESTIMONIUM.

32. Ad hæc, iudices, magno indicio facile cognoscitor, eam re vera cum illo vivere ac necdum hodie fecisse divortium. nam hæc mulier, antequam ad Aphobum veniret, nec unum diem vidua vixit, sed a Timocrate ad illum se contulit, nunc vero triennio alii nupsit nemini scilicet. Quis vero credit eam tum, ne viri consuetudine careret, a marito ad maritum se contulisse, nunc (si revera discessisset) tam longum tempus viduam vivere tolerasse, quum alii nubere liceret, et frater tantas opes possideret, et ipsa ea esset ætate? (34) A veritate, iudices, probabili hæc abhorrent, fabulæque sunt hæc, et mulier aperte cum illo vivit, et rem non obscure fert. sed Pasiphontis vobis exhibebo testimonium, qui quum eam ægrotantem curaret, assidentem ei vidit Aphobum hoc anno, hoc jam isti iudicio constituto. Age cape mihi Pasiphontis testimonium.

## TESTIMONIUM.

35. Ego igitur, iudices, quia et post iudicium istum statim recepissem ad se pecuniam ex ædibus Aphobi, et tum illic tum mea omnia in sua potestate habere, et mulierem manere apud Aphobum sciebam; tres ancillas ab eo postulavi, quæ et mulierem cum eo vivere et pecuniam penes istos esse norant, ut non verba modo, sed questionum etiam de re haberentur. (36) Quæ quum hæc



προκαλεσαμένους ταῦτα καὶ πάντων τῶν παρόντων δίκαια λέγειν μ' ἀποφαναμένους οὐκ ἠθέλησεν εἰς τοῦτο τὰ κριβέ καταφυγεῖν, ἀλλ' ὡς περ ἐτέρων τινῶν ὄντων περὶ τῶν τοιούτων σαφεστέρων ἐλέγχων ἢ βασάνων καὶ μαρτυριῶν, οὔτε μάρτυρας παρεχόμενος τὴν προίχ' ὡς ἀπέδωκεν, οὔτ' εἰς βάσανον ἐκδιδοῦς τὰς συνειδυίας περὶ τοῦ μὴ συνοικεῖν τὴν ἀδελφήν, ὅτι ταῦτ' ἤξιουν, ὕβριστικῶς 15 πάνυ καὶ προπηλακιστικῶς οὐκ εἶα μ' αὐτῶν διαλέγεσθαι. Τούτου γένοιτ' ἂν τις σχετικώτερος ἄνθρωπος, ἢ μάλλον ἐκὼν τὰ δίκαια ἄγνοιεν προσποιούμενος; Ἀαβὲ δ' αὐτὴν τὴν πρόκλησιν καὶ ἀνάγνωθι.

## ΠΡΟΚΛΗΣΙΣ.

20 37. Ὑμεῖς τοίνυν καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ βάσανον ἀκριβεστάτην πασῶν † νομίζετε, καὶ ὅπταν δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι παραγέγονται, δέη δ' εὐρεθῆναι τὸ ζητούμενον, οὐ χρῆσθε ταῖς τῶν ἐλευθέρων μαρτυρίαις, ἀλλὰ τοὺς δούλους βασανίζοντες οὕτω ζητεῖτε 25 τὴν ἀλήθειαν εὐρεῖν, εἰκότως, ὡς ἄνδρες δικασταί. τῶν μὲν γὰρ μαρτυρησάντων ἤδη τινὲς οὐ τάληθῆ μαρτυρῆσαι ἔδοξαν, τῶν δὲ βασανισθέντων οὐδένες πώποτε ἐξηλέγχθησαν ὡς οὐκ ἀληθῆ τὰ τῆς βασάνου εἶπον. 875(28) Οὗτος δὲ τηλικαῦτα δίκαια φυγῶν καὶ σαφεῖς οὕτω καὶ μεγάλους ἐλέγχους παραλιπών, Ἄφοβον παρεχόμενος μάρτυρα καὶ Τιμοκράτην, τὸν μὲν ὡς ἀπέδωκε τὴν προίκα, τὸν δ' ὡς ἀτείληφεν, ἀξιώσει πιστεῦσθαι 5 παρ' ἡμῖν, ἀμάρτυρον τὴν πρὸς τούτους πρᾶξιν γεγενῆσθαι προσποιούμενος. τοσαύτην ἡμῶν εὐήθειαν κατέγνωκεν. (39) Ὅτι μὲν τοίνυν οὐτ' ἀληθῆ, οὐτ' ἀληθείᾳ ἐοικῶτα λέξουσιν, καὶ ἐκ τοῦ ἐξ ἀρχῆς αὐτοὺς ὁμολογεῖν τὴν προίκα μὴ δοῦναι, καὶ ἐκ τοῦ πάλιν ἄνευ μαρτύρων 10 ἀποδεδωκέναι φάσκειν, καὶ ἐκ τοῦ τὸν χρόνον μὴ ἐγχεῖν ἀμφισβητουμένης ἤδη τῆς οὐσίας ἀποδοῦναι τὰργύριον, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἀπάντων ἰκανῶς ἀποδεδείχθαι μοι νομίζω.

31.

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

## Ο ΠΡΟΣ ΟΝΗΤΟΡΑ

## ΕΞΟΥΛΗΣ Β.

## ΛΙΒΑΝΤΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Παραλειμμένα τινὰ ἐν τῷ προτέρῳ λόγῳ διὰ τοῦτου προστίθησιν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐπισημαίνεται, καὶ δὴ καὶ πρὸς τινὰς ἀντιβῆσεις ἴσταιται.

Περὶ δὲ τῶν λόγων τούτων προειρήκαμεν ὅτι πολλοὶ φασιν αὐτοὺς ὑπὸ Ἰσίου συνεθῆναι, τοῦ ῥήτορος ἀπιστοῦντας εἶναι διὰ τὴν ἡλικίαν, οἱ δὲ γε, εἰ μὴ τοῦτο, διαρθῶσθαι γε ὑπὸ τοῦ Ἰσίου. εἰκόσαι γὰρ τοῖς ἐκείνου λόγοις. θαυμαστὸν δ' οὐδέν, εἰ τὸν διδάσκαλον ἐμιμήσατο καὶ μηδέπω πρὸς τὸ τέλος ἐκινῶν 10 ἐπὶ τὸν ἐκείνου χαρακτῆρα μετῆι τέως.

† Addendum κίστεων

provocassem, et qui aderant omnes æquum postulare me pronuntiassent; ad hanc accuratam confugere probationem noluit, sed perinde ac si talibus in negotiis aliæ probationes essent quæstionibus et testimoniis clariores, nec testibus adductis de numerata dote, nec ad quæstiones datis ancillis de sororis divortio consciis, me, quia hæc ab eo postulabam, superbe omnino et contumeliose a colloquio suo repulit. Quis isto fieri posset homine iniquior aut quis magis de industria se ignarum esse æqui hincque simularet? Cape autem ipsam provocationem et recita.

## PROVOCATIO.

37. Vos igitur et privatim et publice quæstionibus summam fidem habetis, et quum servi et ingenui adsunt, et controversia explicanda est, non utimini testimoniis ingenuorum, sed servis torquendis, sic veritatem exquirere studetis. neque injuria, judices. nam illorum testium aliqui, jam falsa esse testificati deprehensi sunt, sed horum quæstionibus subjectorum nulli unquam in tormentis mendacil quidquam dixisse comperti sunt. (38) Iste vero tot jura aspernatus tamque perspicuis et magnis argumentis prætermisissis, Aphobum testem adducendo et Timocratem, hunc de data, illum de accepta dote, sibi fidem haberi a vobis postulabit, rem cum istis sine testibus transactam fingens. tantæ vos vecordię suspicatus est. (39) Eos igitur neque vera neque verisimilia dicturos, tum e prima eorum confessione de dote non reddita, tum ex affirmatione de eadem sine testibus reddita, tum ex ipso tempore, quod, in discrimen jam adducta re familiari, pecuniam redditam esse non sivit, tum e ceteris rebus omnibus satis a me ostensum esse existimo.

31.

## DEMOSTHENIS

## ORATIO II

## ADVERSUS ONETOREM

## UNDE VI.

## LIBANII ARGUMENTUM.

Prætermisissæ quædam in superiore oratione, in hac adjleat, ut ipse significat, atque etiam quasdam objectiones diluit.

De his autem orationibus ante diximus, dicere multos eas ab Isæo esse compositas, quod Demosthenis esse propter ætatem non credunt. alios, ut hoc non sit, ab Isæo saltem esse correctas. nam illius orationibus similes videntur. Neque vero mirum est eum imitatum esse magistrum, et quum non dum perfectionem esset adeptus, ad illius interea dicendi genus se contulisse.

## 876. Ο ΠΡΟΣ ΟΝΗΤΟΡΑ ΕΞΟΥΤΗΣ Β.

1. Ὁ παρελίπον ἐν τῷ προτέρῳ λόγῳ τεκμήριον, οὐδενὸς τῶν εἰρημένων ἔλαττον, τοῦ μὴ δεδωκέναι τὴν προίκα τούτους Ἀφόβῳ, τοῦτο πρῶτον εἰπὼν, μετὰ τοῦτο καὶ περὶ ὧν οὗτος ἐψευσται πρὸς ὑμᾶς ἐξελέγχειν αὐτὸν πειράσομαι. οὗτος γάρ, ὡς ἄνδρες δικασταί, τὰ πρῶτον ὅτε τῶν Ἀφόβου διανοεῖτ' ἀμφισβητεῖν, οὐχὶ τάλαντον ἔφη τὴν προίχ', ὡς περ νυνί, ἀλλ' ὀγδοήκοντα μνᾶς δεδωκέναι καὶ τίθησιν θροῦς ἐπὶ μὲν τὴν οἰκίαν διςχιλίων, ἐπὶ δὲ τὸ χωρίον ταλάντου, βουλόμενος μὴ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ κάκεινῃν διασώζειν αὐτῷ. (2) Γενομένης δέ μοι τῆς δίκης πρὸς αὐτόν, ἰδὼν ὡς διάκρισθ' ὑμεῖς πρὸς τοὺς λίαν ἀναιδῶς ἀδικούντας, ἔννου γίγνεται, καὶ δεῖνὰ πάσχειν ἡγήσατο δόξειν ἐμὲ τοσούτων 15 χρημάτων ἀπεστερημένον, εἰ μὴδ' ὅτι οὖν ἔξομι τῶν Ἀφόβου λαβεῖν τοῦ ταῦμ' ἔχοντος, ἀλλ' ὑπὸ τούτου κωλυόμενος φανερὸς γενήσομαι. (3) Καὶ τί ποιεῖ; τοὺς θροῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας ἀφαιρεῖ, καὶ τάλαντον μόνον εἰ- 20 ναι τὴν προικὰ φασιν, ἐν ᾧ τὸ χωρίον ἀποτετιμῆσθαι. Καίτοι δῆλον ὅτι, τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκίας θροῦς εἰ δικαίους ἔθηκε καὶ ὄντως ἀληθεῖς, δικαίους καὶ τοὺς ἐπὶ τοῦ χωρίου τέθεικεν. εἰ δὲ τούτους ἀδικεῖν βουλόμενος ψευδεῖς ἔθηκε· κάκεινους εἰκὸς καὶ τούτους οὐκ ἀληθεῖς ἑπάρ- 877 χεῖν. (4) Τοῦτο τοίνυν οὐκ ἐξ ὧν ἐγὼ δεδήλωκα λόγων δεῖ σκοπεῖν, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς οὗτος διεπράξατο. οὐδ' ὑφ' ἐνὸς ἀναγκασθεῖς ἀνθρώπων οὗτος ἀνείλε τοὺς θροῦς, 5 ἔργῳ φανερόν ποιήσας ὅτι ψεύδεται. Καὶ ταῦθ' ὡς ἀληθῆ λέγω, τὸ μὲν χωρίον καὶ νῦν οὗτος φησιν ἀποτετιμῆσθαι ταλάντου, τὴν δ' οἰκίαν ὡς προσωρίσατο διςχιλίων καὶ πάλιν τοὺς θροῦς ἀνείλε γενομένης τῆς δίκης, τοὺς εἰδότες ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι. Καὶ μοι λαβὴ τὴν μαρτυρίαν.

10

## ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

6. Δῆλον τοίνυν ὅτι διςχιλίων μὲν ὄρισμένος τὴν οἰκίαν, ταλάντου δὲ τὸ χωρίον, ὡς ὀγδοήκοντα μνᾶς δεδωκὼς ἤμελλεν ἀμφισβητήσῃν. Μείζον οὖν ἂν τι γένοιτο τεκμήριον ὑμῖν τοῦ μηδὲν ἀληθὲς νῦν λέγειν 15 τοῦτον, ἢ, εἰ φανείη μὴ ταῦτ' ἀλέγων τοῖς ἐξ ἀρχῆς περὶ τῶν αὐτῶν; ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν δοκεῖ τοῦτο μείζον εὔρεθῆναι.

6. Σκέψασθε τοίνυν τὴν ἀναιδείαν, ὅς ἐν ὑμῖν ἐτόλμησεν εἰπεῖν ὡς οὐκ ἀποστερεῖ με, ὅσω πλείονος ἄξιόν ἐστι ταλάντου, καὶ ταῦτ' αὐτὸς τιμήσας οὐκ ἄξιον εἶναι 20 πλείονος. τί γὰρ βουλόμενος διςχιλίων προσωρίσω τὴν οἰκίαν, ὅτε τὰς ὀγδοήκοντα μνᾶς ἐνεκάλες, εἶγε τὸ χωρίον ἄξιον ἦν πλείονος, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τούτῳ καὶ τὰς διςχιλίας ἐτίθει; (7) Ἢ, ὅταν μὲν σοὶ δοκῇ πάντα τὰ Ἀφόβου διασώζειν· τό τε χωρίον ἔσται ταλάντου μόνον 25 ἄξιον, καὶ τὴν οἰκίαν ἐν διςχιλίας πρὸς ἕξεις, ἢ τε προῖξ ὀγδοήκοντα μνᾶς γενήσονται, καὶ ἀξιώσεις ἔχειν ἀμφοτέρω; ὅταν δὲ σοὶ μὴ συμφέρῃ· τὰναντία πάλιν ἢ μὲν οἰκία ταλάντου, διότι νῦν ἐγὼ ταύτην ἔχω, τοῦ δὲ

## ADVERSUS ONETOREM OR. II, UNDE VI.

1. Quod in priore oratione argumentum praeterii, nullo eorum quae diximus minus, non datam esse dotem ab istis Aphobo, eo primum exposito, postea etiam mendacia istius dicta apud vos refutare aggrediar. Iste, iudices, primum, postquam de bonis Aphobi controversiam movere instituit, non talentum se dotem, ut nunc, sed octoginta minas dedisse dixit et ponit cippos ad aedes pro duobus millibus drachmarum, ad praedium pro talento sibi oppigneratum, ei non hoc solum, sed illas etiam conservaturus. (2) Jam autem quum iudicium mihi cum eo esset et ipse videret, ut vos in nimis impudenter injurios animati sitis; cantus fit et inique mecum agi visum iri existimavit, si tanta pecunia spoliatus, ab Aphobo mea detinente nihil recipere possem, sed a se manifeste prohiberer. (3) Qui id igitur facit? pignoris indices ab aedibus aufert, et talentum duntaxat dotem esse dicunt, cujus causa praedium pignori oppositum sit. Atqui perspicuum est, aedibus indices si justos apposuit et veros, justos etiam praedio eum apposuisse. sin hos injustos esse cogitans, falsos apposuit; probabile videtur et illos et hos non esse veros. (4) Hoc autem non e meis quae attuli verbis aestimandum est, sed e factis istius ipsius, ne ab uno quidem ullo hominum iste coactus indices sustulit, re ipsa declarans se mentiri. Atque haec a me vere dici, praedium quidem ob talentum esse oppigneratum etiam nunc iste dicit, aedibus autem pro duobus drachmarum millibus oppigneratis eum indices apposuisse et rursus eosdem facto iudicio sustulisse, testes rei gnaros vobis adducam. Cape mihi testimonium.

## TESTIMONIUM.

5. Constat igitur eum viginti minis aedes oppigneratas indicasse, praedium talento, quasi octoginta minas dedisset, de quibus controversiam esset factururus. Fuerint igitur vobis manifestius indicium istum nunc non vera dixisse, quam, quod eum initio non eadem de iisdem dixisse constat? mihi quidem hoc nullum videtur inveniri posse majus.

6. Considerate igitur hominis impudentiam, qui apud vos dicere ausus fuit, se, quanto id sit pluris quam talenti, eo me non fraudare, idque quum ex ipsius aestimatione non sit pluris. quid enim tibi voluisti, quum viginti minis etiam aedes oppigneratas esse indicares, dum octoginta minas petebas, si praedium pretii majoris fuit, ac non in eo potius etiam illa duo millia drachmarum collocasti? (7) An vero quum tibi visum fuerit, omnes Aphobi opes tueri; et praedium talenti duntaxat erit, et aedes duobus drachmarum millibus aestimatas adjunges, et dos octoginta minas fient, et utrisque potiri voles? sed ubi tibi istud non expediet; rursus aedes, quod nunc ego eas habeo, talenti erunt,

878 χωρίου τὸ περιὸν οὐκ ἐλάττωνος ἢ δυοῖν ἄξιον, ἢ ἐγὼ δοκῶ βλάπτειν τοῦτον, οὐκ ἀποστειρεῖσθαι; (8) Ὁρᾶς ὡς ὑποκρίνη μὲν δεδωκέναι τὴν προίκᾳ, φαίγη δὲ κατ' οὐδ' ὄντινοῦν τρόπον δεδωκίας; τὰ γὰρ ἀληθῆ 5 καὶ μὴ κακουργοῦμενα τῶν πραγμάτων ἀπλῶς, οἳ ἂν ἐξ ἀρχῆς πραχθῆ, τοιαῦτ' ἐστίν, οὐ δὲ τοῦναντίον ἐξελέγχῃ πράξας εἰς τὴν καθ' ἡμῶν ὑπηρεσίαν.

9. Ἄξιον τοίνυν καὶ τὸν ἄρκον, ἠποῖόν τιν' ἂν ὤμοσεν, εἴ τις ἔδωκεν, ἐκ τούτων ἰδεῖν. ὅς γὰρ ὀδοσῆκοντα 10 μνάς εἶπε τὴν προίκᾳ εἶναι, εἰ τότε αὐτῷ τις ἔδωκεν, ὁμόσαντι ταῦτ' ἀληθῆ λέγειν, κομίσασθαι τί ἐποίησεν ἄν; ἢ δῆλον ὅτι ὤμοσεν; τί γὰρ καὶ λέγων οὐ φήσει τοῦτ' ἂν ὁμόσαι νῦν γε τοιαῦτ' ἀξίων; οὐκοῦν ὅτι γ' 15 ἐπιώρησεν ἄν, ἑαυτὸν ἐξελέγχει. νῦν γὰρ οὐκ ὀδοσῆκοντα μνάς, ἀλλὰ τετάνοντα δεδωκέναι φησίν. τί μᾶλλον ἂν οὐν εἰκότως τις αὐτὸν ἐκείν' ἐπιόρειν ἢ τὰδ' ἡγοῖτο; ἢ τίνα τις δικαίως ἂν ἔχοι περὶ τούτου διάνοιαν τοῦ θραδῖως οὕτως ἑαυτὸν ἐξελέγχοντος ὄντ' ἐπιόρων;

20 10. Ἄλλὰ νῆ Δί' ἴσως οὐχὶ πάντ' αὐτῷ τοιαῦτα πέπρακται, οὐδὲ πανταχόθεν ὀηλός ἐστὶ τεχνάζων. Ἄλλὰ καὶ τιμώμενος φανερός γέγονεν ὑπὲρ Ἀφόβου ταλάντου, καὶ τοῦτ' αὐτὸς ἡμῖν ἀποδώσειν ἐγγυώμενος. Καίτοι σκέψασθε, ὅτι τοῦτ' ἐστὶ τεκμήριον οὐ μόνον 25 τοῦ τὴν γυναῖκα συνοικεῖν Ἀφόβῳ καὶ τοῦτον οικειῶς ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τοῦ μὴ δεδωκέναι τὴν προίκᾳ. (11) Τίς γὰρ ἄνθρωπος ἡλιθῶς ἐστὶν οὕτως, ὡς ἀργύριον μὲν δοῦς τοσοῦτον, ἔπειθ' ἐν λαθῶν χωρίον ἀμφισθητούμενον εἰς ἀποτίμησιν, σὺν οἷς πρότερον ἐζημίωτο, τὸν

879 ἀδικήσαντα, ὡς δίκαιόν τι ποιήσαντα, καὶ τοῦ τῆς δίκης ὀφλήματος προεγγυήσασθαι; ἐγὼ μὲν οὐδὲν οἶμαι. καὶ γὰρ οὐδὲ λόγον τὸ πρᾶγμα ἔχον ἐστὶ, τὸν αὐτὸν αὐτῷ μὴ 5 δυνάμενον κομίσασθαι τετάνοντα, τοῦτον ἄλλω τινὶ φάσκαι ἀποτίσειν καὶ ταῦτ' ἐγγυᾶσθαι. Ἄλλὰ καὶ ἀπ' αὐτῶν τούτων ἐστὶ δῆλον ὅτι τὴν μὲν προίκᾳ οὐκ ἔδωκεν, ἀντὶ δὲ πολλῶν χρημάτων τῶν ἐμῶν οικειῶς ἂν Ἀφόβῳ ταῦτ' ἀπετιμᾶτο, κληρονόμον τὴν ἀδελφὴν τῶν ἐμῶν

10 μετ' ἐκείνου καταστήσαι βουλόμενος. (12) Ἔῖτα νῦν παρακρούσασθαι ζητεῖ καὶ φενακίζει, λέγων ὡς πρότερον τοὺς ἄρκους ἔστησεν ἢ ἕκεινον τὴν δίκην ὀφλεῖν. οὐ πρότερόν γε, ἢ παρὰ σοὶ νυνί. δῆλον γὰρ ὅτι καταγνοὺς 15 ἀδικίαν αὐτοῦ ταῦτ' ἐποίησε. Ἔῖτα καὶ γελοῖον τοῦτο λέγει, ὡς περ οὐκ εἰδότες ὑμῶν ὅτι πάντες οἳ τὰ τοιαῦτ' ἀδικούντες σκοποῦσι τί λέξουσι, καὶ οὐδεὶς πώποτε οἴφει σιωπῶν οὐδ' ἀδικεῖν ὁμολογεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴν οἶμαι μὴδὲν ἀληθὲς λέγων ἐξελεγχθῆ. τότε γινώσκειται,

20 ὁποῖός ἐστιν. (13) Ὅπερ καὶ οὗτος ἐμοιγε δοκεῖ πάσχειν. ἐπεὶ φέρε, πῶς ἐστὶ δίκαιον, ἐὰν μὲν ὀδοσῆκοντα μῶν θῆς ἄρκους, ὀδοσῆκοντα μνάς εἶναι τὴν προίκᾳ, ἐὰν δὲ ἧ πλειόνας, πλέον, ἐὰν δ' ἐλάττωνος, ἐλάττων; ἢ πῶς ἐστὶ δίκαιον, τῆς ἀδελφῆς τῆς σῆς μηδέπω καὶ τήμερον ἄλλω συνοικουμένης μὴδ' ἀπηλλα- 25 γμένης Ἀφόβου, μὴδὲ τὴν προίκᾳ δεδωκότος σοῦ, μὴδ' ὑπὲρ τούτων εἰς βᾶσανον μὴδ' εἰς ἄλλο δίκαιον μὴδὲν

id vero, quod de prædio superest, non minoris erit quam duorum talentum, ut ego damnum videar isti dare, non affici injuria? (8) Vides, ut te dedisse dotem similes, ac te dedisse nulla prorsus ratione appareat? res enim veræ nullaque fraude concinnatæ, simpliciter, ut initio gestæ sunt, ita manent, tu vero contrarium fecisse convinceris, ad nos in illorum gratiam circumscribendos.

9. Jam ex his, quale jusjurandum, si quis deferret, juraret, videre est operæ pretium. qui enim octoginta minas dixit dotem esse, si quis tum ei largitus esset, ut, dato jurejurando se vera loqui, eas auferret; quidnam facturus fuisset? an constat eum jurasse? nam quo, quæso, prætextu negabit hoc se juratum fuisse, quum nunc talia postulet? pejeraturum igitur fuisse, se ipse arguit, qui nunc non octoginta minas, sed talentum se dedisse dicat. cur igitur quis putet eum verisimilius in illis, quam in his pejerare? an quid de eo jure sentiri potest, qui ipse se perjuri tam facile manifestum facit?

10. At per Jovem fortasse non omnia sic ab eo administrata sunt, nec undique commenta ejus patent. Imo et Aphobi talento litem palam æstimavit et ipse id se nobis redditurum spondidit. Sed considerate, hoc esse testimonio non modo mulierem cum Aphobo vivere et istum ei bene cupere, sed etiam dotem non numeratam esse. (11) Quis enim homo ita stultus est, ut tanta quidem pecunia data, post uno prædio controverso pro pignore accepto, præter ea damna, quæ prius fecerit, pro injuriarum auctore tanquam pro bene merito, se judicatum soluturum insuper spondeat? Nemo, equidem opinor. nulla enim hoc ratio sinit, qui ipse sibi talentum recuperare non possit, eum alteri cupiam se satis esse facturum polliceri, atque adeo spondere. Quin et isti ipsi declarant, Onetorem dotem non dedisse, sed pro magnis opibus, quæ eorū sunt, Aphobi familiarem pignus hoc cepisse, ut hæredem eorum suam sororem cum illo efficeret. (12) Et nunc effugia quæritat et prætextit se prius posuisse pignoris tabulas, quam ille damnatus esset. non prius certe, quam apud te nunc. constat enim te injuriæ illum damnantem, ea fecisse. Deinde ridiculum etiam istud dicit, quasi vero vos ignoretis omnes istiusmodi injuriarum studiosos meditari, quid dicturi sint, et neminem unquam damnatum esse, qui vel taceret, vel se injustum confiteretur. sed unusquisque nimium quum nihil veri dicere deprehenditur, tum cognoscitur, quo sit ingenio. (13) Id quod isti quoque accidere mihi quidem videtur. Age vero qui æquum est, si pro octoginta minis ponas indices pignoris, octoginta minas esse dotem, si pro plure, plus, sin autem pro minore, minus? aut qui æquum est, sorore tua ne hodie quidem alii nupta vel adeo ab Aphobo deserta, nec dote a te data, nec te in his rebus quæstiones, vel ullum aliud jus acci-

καταφύγειν ἐθέλοντος, ὅτι σὺ στήσαι φῆς ὄρους, σὺν εἶναι τὸ χωρίον; ἐγὼ μὲν οὐδαμῶς οἶμαι. τὴν γὰρ ἀλήθειαν σκεπτέον, οὐχ ἃ τις ἑαυτῷ παρεσκεύασεν ἐξεπί- 880 τῆδες εἰς τὸ λέγειν τι δοκεῖν, ὡς περ ὑμεῖς. (14) Ἐπειτα τὸ δεινότατον : εἰ καὶ δεδωκότες ἦθ' ὡς μάλιστα τὴν προίκα, ἣν οὐ δεδώκατε· τίς ὁ τούτων αἴτιος; οὐχ ὑμεῖς, ἐπεὶ τὰμ' ἔδοτε; οὐχ ὄλοις ἔτεσι πρότερον δέκα τὰμὰ λαβὼν, εἶχεν ἐκεῖνος ὧν ὄφλε τὴν δίκην, ἣ κηδεστήν σοι γενέσθαι; ἢ σὲ μὲν ἔδει κομίσασθαι πάν- 10 τῃ, τὸν δὲ καὶ καταδικασάμενον καὶ δι' ὄρφανίαν ἡδικημένον καὶ προικὸς ἀλθρητῆς ἀπεστερημένον, ὃν μόνον ἀνθρώπων οὐδὲ τῆς ἐπωθελαίας ἀξίον ἦν κινδυνεύειν, ἠναγκάσθαι τοιαῦτα παθεῖν, κεκομισμένον μηδ' ὄτιωῦν, καὶ ταῦτ' ἐθέλοντα ποιεῖν ὑμῖν αὐτοῖς, εἰ τι τῶν δεόντων ἠβούλευσθε πράττειν;

82.

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΠΑΡΑΓΡΑΦΗ

ΠΡΟΣ ΖΗΝΟΘΕΜΙΝ.

ΑΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Δανεισάμενος παρὰ Δήμωνος, ἐνὸς τῶν Δημοσθένους συγγενῶν, ἐμπορὸς τις, Πρώτος ὄνομα, ἐπρίατο τοῦ ἀργυρίου σίτον ἐν Συρακούσαις, καὶ τούτου ἐκόμισεν εἰς Ἀθήνας ἐπὶ νεὼς 5 ἢς Ἡγέστρατος ἐναυκλήρει. Ἡγέστρατος δὲ καὶ Ζηνόθεμις, πρὸς ὃν ἐστὶν ἡ παραγραφή, Μασσαλιῶται μὲν ἦσαν τὸ γένος, κακούργημα δὲ τοιοῦτον ἐν Συρακούσαις ἐκακούργησαν, ὡς ὁ 881 ῥήτωρ φησὶν : ἐδανείσαντο χρήματα, ταῦτα δὲ εἰς μὲν τὴν ναῦν οὐκ ἐπέβητο, λάθρα δὲ εἰς τὴν Μασσαλίαν ἀπέστειλαν, ἀποστερησάμενοι τοὺς δανείσαντας βεβουλευμένοι. ἐπειδὴ γὰρ ἐγγράπτο ἐν τῷ συμβολαίῳ, εἰ πάθοι τι ἡ ναῦς, μὴ ἀπαιτεῖσθαι αὐτοῦς τὰ χρήματα, ἐσκέψαντο καταδύσαι τὴν ναῦν. νύκτωρ οὖν ἐν τῷ πλῶ καταλθὼν ὁ Ἡγέστρατος διέκοπτε τοῦ πλοίου τὸ 10 ἔδαφος. φωραθεὶς δὲ καὶ φεύγων τοὺς ἐπιβάτας εἰς τὴν θάλασσαν εἰσπίπτει καὶ παραχρῆμα ἀπόλλυται. Ὁ τοίνυν Ζηνόθεμις, ὁ κοινῶς, ὡς φησὶν ὁ ῥήτωρ, τοῦ Ἡγεστράτου, μολίς σωθεὶς εἰς Ἀθήνας τῆς νεὼς, ἠμφισβήτη τοῦ σίτου, λέγων εἶναι τὸν σίτον Ἡγεστράτου, ἐκεῖνον δὲ παρ' ἑαυτοῦ δεδανείσθαι 15 χρήματα. Ἐνοστάντων δὲ αὐτῶ τῷ τε Πρώτῳ καὶ τοῦ Δήμωνος, ἀμφοτέροις ἐλαχε δίκην ἐμπορικὴν. καὶ τὸν Πρώτον ἐξ ἐρήμης ἐλὼν ἐκόνη, ὡς φησὶ Δημοσθένης, καὶ συγκακουροῦντα, εἰσάγει καὶ τὸν Δήμωνα δεῦτερον εἰς τὸ δικαστήριον. 20 ὁ δὲ παραγράφεται μὴ εἰσαγωγίμων εἶναι τὴν δίκην, νόμον παρεχόμενος τὸν δίδοντα τοῖς ἐμπόροις τὰς δίκας εἶναι περὶ τῶν Ἀθηνᾶς καὶ τῶν Ἀθηγηθεν συμβολαίων, Ζηνοθέμιδι δὲ φησὶ μηδὲν συμβόλαιον εἶναι πρὸς αὐτόν. Καὶ ὁ μὲν ἀγὼν ἐστὶ παραγραφικός, ὁ δὲ λόγος, ὡς τῆς εὐθυδικίας τοῦ πράγματος εἰσηγμένης, οὕτως εἰρηται περὶ τοῦ μὴ Ζηνοθέμιδος εἶναι τὸν 25 σίτον, ἀλλὰ τοῦ Πρώτου, ὅτι ὁ Δήμων ἐδάνεισε τὸ ἀργύριον. οὐ γὰρ βούλεται δοκεῖν ῥημάτι τοῦ νόμου μόνον ἰσχυρίζεσθαι

piente, quod affirmas te indices apposuisse, ideo tuum esse prædium? Ego vero æquum esse minime arbitror. veritas enim spectanda est, non de industria quæsitæ effugia et commenticiæ causæ, qualibus vos utimini. (14) Deinde, quod gravissimum est, si revera maxime dedissetis dotem, quam non dedistis; quis earum rerum culpandus esset? nonne vos, quoniam mea (i. e. ut mea sint) dedissetis? nonne totos decem annos ante mea ille acceperat, propter quæ damnatus fuit, quam affinitatem tecum contraheret? an te omnia recuperare decebat, me vero, qui et iudicio viceram et popillus circumventus eram et vera dote spoliatus (quem solum omnium vel sine sextæ partis periculo accusare decuerat), ad talia perpetienda cogi, ne quocunque quidem recepto, idque qui paratus essem vobis ipsis prodesse, si vos officio fungi ex ulla parte voluissetis?

82.

## DEMOSTHENIS

EXCEPTIO

ADVERSUS ZENOTHEMIDEM.

LIBANI ARGUMENTUM.

Mutuatus a Demone quodam Demosthenis cognato negotiator quidam nomine Protus pecuniam, ea frumentum emit Syracusis, quod Athenas vexit in navi, cuius dominus erat Hegestratus. Hegestratus autem et Zenothemis, adversus quem hæc exceptio scripta est, genere Massilienses, Syracusis tale facinus moliti sunt, ut orator assertit: Mutuati sunt pecuniam, ac eam navi non imposuerunt, sed clam Massiliam miserunt, eo consilio, ut creditores defraudarentur. Quum enim in contractu scriptum esset, si quid navi accidisset, non repetendam esse ab his pecuniam; de navi perdenda delibenterunt. Noctu igitur in navigatione descendit Hegestratus, et navigii fundamentum perforat. deprehensus autem et vectores fugiens, in mare delapsus statim perit. Zenothemis navi socius, ut orator ait, Hegestrati, vix Athenas perducta navi incolumi, controversiam de frumento movet, affirmans, frumentum Hegestrati esse, illum vero a se pecuniam esse mutuatum. Quum vero contra eum contenderent et Protus et Demon; utrumque litis mercatoris accusavit. Quumque Protum absentem vicisset, volentem, ut ait Demosthenes, et cum adversario colludentem; etiam Demonem secundo loco in iudicium adducit. Is vero exceptione utens hanc actionem convenire negat, lege nitens, quæ negotiatoribus quidem actionem det de contractibus, qui Athenas allunde et Athenis alio referantur, Zenothemidi vero secum quicquam esse contractum negat. Ac de exceptione quidem agitur, oratio vero, tanquam controversia recta in iudicium deducta sit, ita dicta est Zenothemidis non esse frumentum, sed Protæ, cui Demon pecuniam mutuam crediderit. non enim videri vult solo verbo legis nisi, tanquam in re injustus, sed ostendit

882κατὰ τὸ πρᾶγμα ἀδικῶν, ἀλλὰ δείκνυσιν ὡς θαρραῖ μὲν καὶ τῆ  
εὐθείᾳ, ἐκ παρουσίας δὲ αὐτῶ καὶ παραγραφῆν ὁ νόμος δίδωσι.

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

## ΠΑΡΑΓΡΑΦΗ ΠΡΟΣ ΖΗΝΟΘΕΜΙΝ.

1. Ἄνδρες δικασταί, βούλομαι παραγεγραμμένος μὴ  
εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην περὶ τῶν νόμων πρῶτον  
εἰπεῖν, καθ' οὓς παρεγρῆψάμην. Οἱ νόμοι κελεύουσιν,  
5 ὡς ἄνδρες δικασταί, τὰς δίκας εἶναι τοῖς ναυκλήροις καὶ  
τοῖς ἐμπόροις τῶν Ἀθήναζε καὶ τῶν Ἀθήνηθεν συμ-  
βολαίων, καὶ περὶ ὧν ἂν ὦσι συγγραφαί. ἂν δὲ τις  
παρὰ ταῦτα δικάζηται· μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δί-  
κην. (2) Τούτῳ τοίνυν Ζηνοθέμιδι, πρὸς μὲν ἐμὲ, ὅτι  
10 οὐδὲν ἦν συμβόλαιον οὐδὲ συγγραφή, καὶ αὐτὸς ἠμολο-  
γεῖ, ἐν τῷ ἐγκλήματι. δανείσαι δὲ φησὶν Ἡγεστράτῳ  
ναυκλήρῳ, τούτου δ' ἀπολομένου ἐν τῷ πελάγει, ἡμᾶς  
τὸ ναῦλον σφετερίσασθαι. τοῦτ' ἐγκλήμα' ἐστίν. Ἐκ  
δὲ τοῦ αὐτοῦ λόγου τὴν τε δίκην οὐκ εἰσαγώγιμον οὖσαν  
15 μαθήσεσθε, καὶ τὴν δὴν ἐπιβουλήν καὶ πονηρίαν του-  
τοῦτ' οὗ ἀνθρώπου ὤψεσθε. (3) Δέομαι δ' ὑμῶν πάν-  
των, ὡς ἄνδρες δικασταί, εἴπερ ἄλλῳ τινὶ πρόποτε πρᾶ-  
γματι τὸν νοῦν προσέχετε, καὶ τούτῳ προσχεῖν. ἀκού-  
σεσθε γὰρ ἀνθρώπου τόλμαν καὶ πονηρίαν οὐ τὴν τυ-  
883χούσαν, ἀνπερ ἐγὼ τὰ πεπραγμέν' αὐτῷ πρὸς ὑμᾶς  
πολλάκις εἰπεῖν δυνηθῶ. οἴομαι δέ.

4. Ζηνοθέμις γὰρ οὗτος, ὃν ὑπηρετῆς Ἡγεστράτου  
τοῦ ναυκλήρου, ὃν καὶ αὐτὸς ἔγραψεν ἐν τῷ ἐγκλήματι,  
5 ὡς ἐν τῷ πελάγει ἀπώλετο (πῶς δέ, οὐ προσέγραψεν,  
ἀλλ' ἐγὼ φράσω), ἀδίκημα τοιούτου μετ' ἐκείνου συν-  
εσκευάσατο. Χρήματ' ἐν ταῖς Συρακούσαις ἐδανείζεθ'  
οὗτος καὶ ἐκεῖνος. ἠμολογεῖ δ' οὗτος μὲν πρὸς τοὺς τούτῳ  
10 δανείζοντας, εἰ τις ἔροιτο, ἐνεῖναι σίτον ἐν τῇ νηὶ τούτῳ  
πολύν, οὗτος δὲ πρὸς τοὺς ἐκείνῳ τὸν γόμον οἰκτεῖον  
ἔχειν αὐτὸν τῆς νεώς. ὡς δ' ὁ μὲν ναυκλήρος ὁ δ' ἐπι-  
βάτης ἐπιστεύοντ' εἰκότως ἂ περὶ ἀλλήλων ἔλεγον. (5)  
15 Λαμβάνοντες δὲ τὰ χρήματα, οἴκαδε ἀπέστειλλον εἰς  
τὴν Μασσαλίαν, καὶ οὐδὲν εἰς τὴν ναῦν εἰσέφερον. οὐσῶν  
δὲ τῶν συγγραφῶν, ὥσπερ εἰώθασιν ἅπανσαι, σωθείσης  
τῆς νεώς ἀποδοῦναι τὰ χρήματα, ἵν' ἀποστερήσαιεν  
τοὺς δανείσαντας, τὴν ναῦν καταδῦσαι ἐβουλεύσαντο.  
20 ὁ μὲν οὖν Ἡγέστρατος, ὡς ἀπὸ τῆς γῆς ἀπῆραν οὐοῖν  
ἢ τριῶν ἡμερῶν πλοῦν, καταβάς τῆς νυκτὸς εἰς κοίλην  
ναῦν διέκοπτε τοῦ πλοίου τὸ ἔδαφος, οὗτος δ', ὡς οὐδὲν  
εἰδώς, ἄνω μετὰ τῶν ἄλλων ἐπιβατῶν διέτριβεν. ψόφου  
δὲ γενομένου, αἰσθάνονται οἱ ἐν τῷ πλοίῳ, ὅτι κακόν τι  
25 ἐν κοίλῃ νηὶ γίγνεται, καὶ βοηθοῦσι κάτω. (6) Ὡς δ'  
ἤλπισθε ὁ Ἡγέστρατος καὶ εἰκὴν δώσειν ὑπέλαθε·  
φεύγει καὶ διωκόμενος ῥίπτει ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλατταν,  
διαμαρτῶν δὲ τοῦ λέμβου διὰ τὸ νύκτ' εἶναι, ἀπεπνίγη.  
Ἐκεῖνος μὲν οὖν οὕτως, ὥσπερ ἄξιός ἦν, κακὸς κακῶς  
884ἀπώλετο, ἂ τοὺς ἄλλους ἐπεβούλευσε ποιήσαι, ταῦτα  
παθῶν αὐτός. (7) Οὗτος δ' ὁ κοινῶν αὐτοῦ καὶ  
συνεργῶς τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἐν τῷ πλοίῳ παρὰ τὰ δι-

se etiam rectum iudicium non pertimescere, sed ex abundan-  
tia exceptionem quoque sibi a lege concedi.

## DEMOSTHENIS

## EXCEPTIO ADVERSUS ZENOTHEMIDEM.

1. Quum, iudices, exceptione sum usus, non convenire  
hanc actionem; de legibus primum dicam, secundum quas  
exceptionem opposui. Leges jubent, iudices, actiones dari  
navicularis et negotiatoribus in iis contractibus, qui Athe-  
nas aliunde et Athenis alio referantur, et de quibus exstent  
tabulae. sin quis praeter haec litem intendat; non dandam  
esse hanc actionem. (2) Zenothemidi autem isti nihil fuisse  
mecum negotii, neque ullas literas, et ipse confitetur in  
accusatione. sed se naviculario Hegestrato mutuasae, nos  
autem post ejus in mari interitum onera nobis vindicasse  
dicit. haec accusatio est. Jam vos ex eadem oratione tum  
hanc actionem non convenire cognoscetis, tum universas  
istius hominis insidias et improbitatem videbitis. (3) Vos  
autem omnes, iudices, oratos volo, si quod unquam negotii-  
um attente audistis, ut et hanc causam attente audiat. audietis enim hominis audaciam et improbitatem haud  
vulgarem, si modo forte ego hominis facinora vobis, uti  
spero, exponere potuero.

4. Zenothemis iste, minister Hegestrati navicularii,  
quem et ipse in accusatione scripsit in mari periisse (sed  
quomodo perierit, non adscripsit, ego vero dicam), tale scelus  
cum illo excogitavit. Pecuniam Syracusis mutuatus  
est iste et ille, qui quidem ad eos, qui isti mutuum dabant,  
si quis rogaverat, dicebat, multum ei in navi esse frumenti,  
iste vero ad eos, qui illi, onus navis esse illius proprium.  
Quum autem alter navicularius, alter vector esset; non  
mirum fuit esse iis credita, quae alter de altero affirmabat.  
(5) Pecuniam autem acceptam, domum Massiliam miserunt  
neque quicquam in navem intulerunt. Sed quia tabulae,  
id quod omnes solent, continebant « si navis mansisset in-  
columis, pecuniam esse reddendam »; in fraudem credito-  
rum, navem submergere statuerunt. Hegestratus igitur,  
quum a terra bidui aut tridui iter navem abduxissent, noctu  
in carinam descendit et fundum navis perforat. iste vero,  
tanquam totius rei ignarus, supra cum ceteris vectoribus  
versabatur. Orto strepitu, qui in navi erant, sensere in ca-  
rina mali quippiam geri, atque opitulaturi descendunt. (6)  
Deprehensus Hegestratus, ut se poenas daturum putaverat,  
fugit fugatusque se in mare jacit, et lembum propter no-  
ctem non adeptus, suffocatur. Ille igitur sic, ut merebatur,  
malus male perit, suis ipse insidiis, quas in alios instruxerat,  
oppressus. (7) Iste vero socius ejus et adjutor primum sta-  
tim, in navigio in ipso facinore, tanquam ignarus, sed et

κῆματα, ὡς οὐδὲν εἰδὸς ἀλλ' ἐκπεπληγμένος καὶ αὐ-  
 5 τός, ἔπειθε τὸν πρῶρα καὶ τοὺς ναύτας εἰς τὸν λέμβον  
 ἐκβαίνειν καὶ ἐκλείπειν τὴν ναῦν τὴν ταχίστην, ὡς  
 ἀνεπίστου τῆς σωτηρίας οὐσης καὶ καταδυσομένης τῆς  
 νεῶς αὐτίκα μάλα, ἔν' ὅπερ διανοήθησαν, τοῦτ' ἐπι-  
 10 τελεσεθεὶ καὶ ἡ ναῦς ἀπόλοιτο καὶ τὰ συμβόλαι' ἀπο-  
 στερήσαιεν. (8) Ἀποτυχὼν δὲ τούτου, καὶ τοῦ παρ'  
 ἡμῶν συμπλέοντος ἐναντιωθέντος καὶ τοῖς ναύταις μι-  
 σθοῦς, εἰ διασώσαιεν τὴν ναῦν, μεγάλους ἐπαγγεिलाμέ-  
 νου, σωθείσης εἰς Κεφαλληνίαν τῆς νεῶς διὰ τοὺς θεοὺς  
 15 μάλιστα γε, εἶτα καὶ διὰ τὴν τῶν ναυτῶν ἀρετὴν, πά-  
 λιν μετὰ τῶν Μασσαλιωτῶν τῶν τοῦ Ἡγεστράτου πο-  
 λιτῶν μὴ καταπλεῖν Ἀθήναζε τὸ πλοῖον ἔπραττε, λέ-  
 γων ὡς αὐτός τε καὶ τὰ χρήματ' ἐκείθεν ἐστί, καὶ ὁ  
 ναύκληρος εἶη καὶ οἱ δεδανεικότες Μασσαλιῶται. (9)  
 20 Ἀποτυχὼν δὲ καὶ τούτου, καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐν τῇ  
 Κεφαλληνίᾳ γνόντων Ἀθήναζε τὴν ναῦν καταπλεῖν,  
 ὅθενπερ ἀνήχθη, ὃν οὐδ' ἂν εἰς ἔλθειν φέτο δεῦρο τολ-  
 μῆσαι τοιαῦτά γ' ἐσκευωρημένον καὶ πεποιηκότα, οὐ-  
 25 δειὰ καὶ τόλμη, ὥστ' οὐκ ἐλήλυθε μόνον, ἀλλὰ καὶ  
 τοῦ σίτου, τοῦ ἡμετέρου, ἀμφισθητήσας ἡμῖν δίκην  
 πρὸς εἰληχεν.

10. Τί οὖν ποτ' ἐστὶ τὸ αἴτιον, καὶ τῷ ποτ' ἐπρη-  
 μένος οὗτος καταλήλυθε καὶ τὴν δίκην εἰληχεν; ἐγὼ ὑμῖν  
 ἐρῶ, ἄνδρες δικασταί, ἀχθόμενος μὲν νῆ τὸν Δία καὶ  
 885 θεοῦς, ἀναγκαζόμενος δέ. Ἔστιν ἐργαστήρια μογηρῶν  
 ἀνθρώπων συνεστηκότων ἐν τῷ Πειραιεῖ. οὐς οὐδ' ὑμεῖς  
 ἀγνοήσετε, ἰδόντες. (11) Ἐκ τούτων ἕνα, ἡνίχ' οὗτος  
 ἔπραττεν ὅπως ἡ ναῦς μὴ καταπλεύσεται δεῦρο, πρε-  
 5 σβευτὴν ἐκ βουλῆς τινὰ λαμβάνομεν γινώριμον οὕτως,  
 ὅτι δ' ἦν τοιοῦτος οὐκ εἰδότες, ἀτύχημα' οὐδὲν ἔλαττον,  
 εἰ οἴοντ' εἰπεῖν, ἀτύχησαντες ἡ τὸ ἐξ ἀρχῆς πονηροῖς  
 ἀνθρώποις συμμεῖται. οὗτοι πεμφθεὶς ὑπ' ἡμῶν, Ἀρι-  
 10 στοφῶν ὄνομ' αὐτῷ, ὅς καὶ τὰ τοῦ Μικκαλίωνος πρά-  
 γματ' ἐσκευώρηται (ταῦτα γὰρ νῦν ἀκούομεν), ἤργο-  
 λάβηκεν αὐτὸς καὶ κατεπήγγελται τουτωί, καὶ ὄλωσ  
 ἐστὶν ὁ πάντα πράττων οὗτος, ὅδι δ' ἄσμενος δέδεκται  
 15 ταῦτα. (12) Ὡς γὰρ διήμαρτε τοῦ διαφθαρηῆναι τὸ  
 πλοῖον, οὐκ ἔχων ἀποδοῦναι τὰ χρήματα τοῖς δανείασαι  
 (πῶς γάρ, εἰ γ' ἐξ ἀρχῆς μὴ ἐνέθετο;) ἀντιποιεῖται τῶν  
 ἡμετέρων, καὶ φησι τῷ Ἡγεστράτῳ, ἐπὶ τούτῳ τῷ  
 σίτῳ, δεδανεικέναι, ὃν ὁ παρ' ἡμῶν ἐπιπλέων ἐπρίατο.  
 20 οἱ δὲ δανείσται τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐξηπατημένοι, ὀρῶντες ἑαυ-  
 τοῖς ἀντὶ τῶν χρημάτων ἀνθρωπῶν πονηρὸν χρῆσιν,  
 ἄλλο δ' οὐδὲν, ἐλπίδα ἔχοντες ὑπὸ τούτου παρακρου-  
 σθέντων ὑμῶν ἐκ τῶν ἡμετέρων ἀπολήψεσθαι τὰ  
 25 ἑαυτῶν, ὃν ἴσασι ψευδόμενον ταῦτα καθ' ἡμῶν, τούτῳ  
 συνδικεῖν ἀναγκάζονται τοῦ συμμέροντος εἴνεκα τοῦ  
 ἑαυτῶν.

13. Τὸ μὲν οὖν πρᾶγμα, ὑπὲρ οὗ τὴν ψῆφον οἴσατε,  
 ὡς εἰπέην ἐν κεφαλαίῳ, τοιοῦτόν ἐστι. βούλομαι δὲ τοὺς  
 μάρτυρας ὧν λέγω πρῶτον ὑμῖν παρασχόμενος, μετὰ

ipse perterritus, rectori prorae et nautis suadebat, ut in  
 lembum descendentes, navem quam celerrime relinquerent,  
 quasi nulla esset speranda salus et navis statim submer-  
 geret, ut, quod illi cogitarent, id conficeretur navique  
 perdita pactum fraudarent. (8) Quo consilio frustratus, et ve-  
 ctore, qui a nobis in hanc navigationem missus erat,  
 adversato et nautis mercedes, si navem conservassent,  
 magnas pollicito, perducta in Cephalleniam navi deorum  
 ope in primis, deinde etiam virtute nautarum, rursus ibi  
 cum Massiliensibus Hegestrati civibus agebat, ne navigium  
 Athenas perveheretur: et se et merces esse illinc (Massilia),  
 et tum navicularium tum creditores esse Massilienses.  
 (9) Quod ubi et ipsum non successit, et Cephalleniorum ma-  
 gistratus pronuntiaverunt, navem Athenas, unde solvisset,  
 perducendam, quem nemo omnium huc venire ausurum  
 putaret post tales quidem insidias taliaque facinora, Athe-  
 nienses, is tam insigni est impudentia et audacia, ut non  
 modo venerit, sed et nostro frumento sibi vindicato nos  
 insuper in jus vocarit.

10. Quae causa est igitur, et qua re fretus devenit et in  
 jus vocavit? Ego vobis dicam, iudices, invitatus per Jovem  
 et deos, sed coactus. Sunt officinae hominum in Piraeo  
 improborum, qui conspirarunt. quos neque vos ignorabitis,  
 si videatis. (11) Horum unum, quum iste id ageret, ne  
 huc perveheretur navis, post deliberationem legatum quen-  
 dam deligimus nobis sic notum, sed talem esse eum igna-  
 ri, in quo, prope dixerim, aequae magnam cladem experti  
 sumus quam quod ab initio in hominum improborum com-  
 mercium incidimus. Is missus a nobis, Aristophon nomine,  
 qui et Miccalionis negotia instruxit (ea enim nunc audimus),  
 et ipse praevanicatus et isti pollicitatus est, ac denique is  
 perfecit omnia, iste autem avidè amplexus est laeae. (12)  
 Navis enim interitu frustratus, creditoribus pecuniam red-  
 dere non potest, (qui enim posset, quam quidem nunquam  
 imposuit?) nostra sibi vindicat, et Hegestrato se pro eo fru-  
 mento fœnerasse dicit, quod ille a nobis illuc misus emerat.  
 At creditores statim initio decepti, videntes sibi pro pecunia  
 improbum debitorem esse reliquum, nihil aliud, quum  
 sperarent se deceptis ab isto vobis de nostris fortunis sua  
 recepturos esse, quem in nos ista mentiri sciunt, ab eo stare  
 in iudicio coguntur sui commodi causa.

13. Res igitur, de qua suffragia feretis, in summa fere  
 ita gesta est. Volo autem testibus eorum, quae dico, primum

ταῦτα δὴ καὶ τᾶλλα διδάσκειν. Καὶ μοι λέγε τὰς μαρτυρίας.

886

## ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

14. Ἐπειδὴ τοίνυν ἀφίκετο δεῦρο τὸ πλοῖον, γνόντων τῶν Κεφαλλήνων ἀντιπράττοντος τούτου, ὅθεν ἐξέπλευσε τὸ πλοῖον, ἐνταῦθα καὶ καταπλεῖν αὐτό, τὴν μὲν ναῦν οἱ ἐπὶ τῇ νηϊ δεδανεικότες ἐνόηδ' εὐθὺς εἶχον, τὸν δὲ σίτον δ' ἡγορακῶς εἶχεν. ἦν δ' οὗτος δ' ἡμῖν τὰ χρήματα ὀφειλων. μετὰ ταῦθ' ἦκεν οὗτος ἔχων τὸν παρ' ἡμῶν πεμφθέντα πρεσβευτήν, τὸν Ἀριστοφῶντα, καὶ ἡμφεσβήτει τοῦ σίτου, φάσκων Ἡγεστράτῳ δεδανεικέναι. (15) « Τί λέγεις, ἄνθρωπε; » εὐθὺς δ' Πρῶτος (τοῦτο γὰρ ἦν τὸ νόμα τῶν τὸν σίτον εἰσαγαγόντι, τῷ τὰ χρήμαθ' ἡμῖν ὀφειλοντι), « σὺ χρήματα δέδωκας Ἡγεστράτῳ, μεθ' οὗ τοὺς ἄλλους ἐξηπάτηκας, ὅπως δανείσθαι, καὶ σοὶ πολλάκις λέγοντος, ὅτι τοῖς προιεμένοις ἀπολείται τὰ χρήματα; σὺ οὖν ταῦτ' ἀκούων αὐτὸς ἀνπροσῆκω; » ἔφη καὶ ἀναιδῆς ἦν. « οὐκοῦν εἰ τὰ μάλιστ' ἀληθῆ λέγεις, » τῶν παρόντων τις ὑπέλαβεν, « ὁ σὸς κοινωδὸς καὶ πολίτης, ὁ Ἡγέστρατος, ὡς ἔοικεν, ἐξηπάτηκέ σε, καὶ ὑπὲρ τούτων αὐτὸς αὐτῷ θανάτου τιμῆσας ἀπόλωλεν. » (16) « Καὶ ὅτι γ', » ἔφη τις τῶν παρόντων, « ἀπάντων ἐστὶ συνεργὸς οὗτος ἐκείνῳ, σημείον ἡμῖν ἔρω. πρὸ γὰρ τοῦ διακόπτειν ἐπιχειρήσαι τὴν ναῦν, τίθενται πρὸς τινὰ τῶν συμπλεόντων οὗτος καὶ ὁ Ἡγέστρατος συγγραφῆν. καίτοι, εἰ μὲν εἰς πίστιν ἔδωκας τί πρὸ τοῦ κακουργήματος ἀν τὰ βέβαι' ἐποιού; εἰ δ' ἀπιστῶν ἐτύγχανες τί οὐχ, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, τὰ δίκαι' ἐλάμβανες ἐν τῇ γῇ; » (17) Τί ἀν τὰ πολλὰ λέγοι τις; ἦν γὰρ οὐδ' ὀτιοῦν πλέον ἡμῖν ταῦτα λέγουσιν, 887 ἰλλ' εἴχετο τοῦ σίτου. ἐξῆγεν αὐτὸν δ' Πρῶτος καὶ ὁ κοινωδὸς τοῦ Πρώτου, Φέρτατος, οὗτος δ' οὐκ ἐξήγετο, οὐδ' ἀν ἔφη διαβρήδην ὑπ' οὐδενὸς ἐξαχθῆναι, εἰ μὴ αὐτὸν ἐγὼ ἐξάξω. (18) Μετὰ ταῦτα προὔκαλετ' ὁ Πρῶτος αὐτὸν καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὴν τῶν Συρακοσίων, ἀν μὲν ἐνονημένος τὸν σίτον ἐκείνος φαίνεται καὶ τὰ τέλη κείμεν' ἐκείνου καὶ τὰς τιμὰς ὁ διαλύων ἐκείνος, τοῦτον πονηρὸν ὄντ' ἀξιοῦμεν ζημιοῦσθαι, εἰ δὲ μή, καὶ τὰ διάφορ' ἀπολαβεῖν καὶ τάλαντον προκλαβεῖν, καὶ τοῦ σίτου ἀφιστάμεθα. Ταῦτ' ἐκείνου προκαλουμένου καὶ λέγοντος καὶ ἡμῶν οὐδὲν ἦν πλέον, ἀλλ' ἦν ἀφραδία τοῦτον ἐξάγειν ἢ ἀπολωλεκέναι σωθέντα καὶ παρόντα τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν. (19) Ὁ γὰρ αὖ Πρῶτος διεμαρτύρετ' ἐξάγειν, βεβαιῶν ἀναπλεῖν ἐθέλειν εἰς τὴν Σικελίαν, εἰ δὲ ταῦτ' ἐθέλοντος αὐτοῦ προήσομεν ἡμεῖς τούτῳ τὸν σίτον, οὐδὲν αὐτῷ μέλει. Καὶ ὅτι ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, καὶ οὗτ' ἀν 20 ἐξαχθῆναι ἔφη, εἰ μὴ ὅπ' ἐμοῦ, οὐθ' ἄ προὔκαλετο περὶ τοῦ ἀναπλεῖν ἐδέχετο, ἐν τε τῷ πλοῖῳ τὴν συγγραφῆν ἔθετο, λέγε τὰς μαρτυρίας.

## ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

20. Ἐπειδὴ τοίνυν οὗτ' ἐξάγεσθαι ἤθελεν ὑπὸ τοῦ Πρώτου οὗτ' εἰς τὴν Σικελίαν ἀναπλεῖν ἐπὶ τὰ δίκαια,

ad vos adductis, postea jam et reliqua docere. Recita ergo mihi testimonia.

## TESTIMONIA.

14. Ut igitur pervenit huc navigium, quum Cephallenii, quanquam isto adversante, pronuntiassent, ut eodem, unde solvisset, reduceretur; navem, qui in eam hinc mutuant, statim tenebant, frumentum autem is, qui emerat, erat autem hic, qui pecuniam nobis debebat. Post hæc venit iste, legatum a nobis missum Aristophontem adducens, et de frumento litem movit, se mutuo dedisse Hegestrato dicens. (15) « Quid ais, homo? » statim inquit Protus (nam id nomen erat ei, qui frumentum advexerat, qui nobis pecuniam debebat), « tune Hegestrato pecuniam mutuasti, cum quo decepisti ceteros, ut mutuum sumeret, quum tibi sæpe diceret, perituram illis pecuniam, qui credidissent? Tu igitur illa audiens, ipse ei credidisses? » Affirmabat et erat impudens. « Proinde ut maxime vera dicas, » subjecit eorum quidam, qui aderant, « tuus te socius et civis Hegestratus, ut appareat, circumvenit, proptereaque seipsum damnavit capitis et periit. » (16) « Quin istum, » inquit adstantium quidam, « ad omnia illi fuisse adiutorem, signum vobis dicam: antequam navem perforare cœpissent, componunt apud quendam, qui cum iis navigabat, iste et Hegestratus tabulas. quod si bona fide dederas; quamobrem ante maleficium caveri tibi velles? sin diffidebas, » cur non in terra jus tuum ut ceteri persequere? » (17) Quid multa dicam? prorsus enim nihil his verbis proficiebamus, sed frumentum iste sibi vindicabat. volebat deducere (i. e. ex frumenti possessione moribus expellere) eum Protus et Proti socius Pheratus, iste vero deduci se nolebat, seque ab ullo deductum iri palam negabat, nisi ego deduxissem. (18) Post hæc Protus eum et nos ad magistratum Syracusanum provocabamus, et, si illum (Protum) emisse frumentum et illius vectigalia esse inscripta et illum pretium (frumenti) numerasse constaret, iste improbitatis suæ pœnas daret, sin minus, ut et damna compensata reciperet et talentum insuper acciperet nosque ei frumento cederemus. Hæc offerente et pollicente illo et nobis, nihil proficiebamus, sed dabatur optio aut istum deducendi aut nostras ipsorum merces conservatas et præsentis amittendi. (19) Nam rursus Protus se istum deducere contestabatur, recipiens se redire velle in Siciliam. quæ quum ipse vellet, si nos isti frumentum concederemus, id sibi curæ non fore. Atque hæc a me vere dici et eum nisi a me deduci velles negasse et quæ ille ei offerebat de reditu in Siciliam accepisse et in navigio tabulas confecisse, recita testimonia.

## TESTIMONIA.

20. Quum igitur nec deduci vellet a Proto nec ad jus adipiscendum redire in Siciliam, et omnium Hegestrati

25 προειδώς θ' ἄπαντ' ἐφαίνοτο, ἀ δ' Ἠγέστρατος ἐξακούρ-  
γει· λοιπὸν ἦν ἡμῖν τοῖς ἐνθὲνδε μὲν πεποιημένοις τὸ  
συμβόλαιον, παρειληφῶσι δὲ τὸν σίτον παρὰ τοῦ δικαίως  
ἐκεῖ πριαμένου, ἐξάγειν τοῦτον. (21) Τί γὰρ ἂν καὶ  
ἄλλ' ἐποιούμεν; οὐπω γὰρ τοῦτο γ' οὐδεὶς ἡμῶν τῶν  
888 κοινωνῶν διέλαθεν, ὡς ἡμεῖς γνώσεσθαι ποτ' εἶναι  
τούτου τὸν σίτον, ὃν καταλείπειν οὗτος ἔπειθε τοὺς  
ναύτας, ὅπως ἀπόλοιτο τοῦ πλοίου καταδύοντος. 8  
5 μέγιστόν ἐστι σημεῖον τοῦ μηδὲν προσήκειν αὐτῶ. τίς  
γὰρ ἂν τὸν ἑαυτοῦ σίτον ἔπειθε προέσθαι τοὺς σώζειν  
βουλομένους; ἢ τίς οὐκ ἂν ἔπλει δεξάμενος τὴν πρόκλη-  
σιν εἰς τὴν Σικελίαν, οὗ ταῦτ' ἦν ἐλέγξει καθαρώς; (22)  
Καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτ' ἡμελλόν ἡμῶν καταγνώσεσθαι, ὡς  
10 εἰσαγωγίμων ψηφείσθε τούτῳ τὴν δίκην περὶ τούτων τῶν  
χρημάτων, ἀ κατὰ πολλοὺς τρόπους οὗτος ἐπραττεν ὅπως  
μὴ εἰσαγωγήμα δεῦρ' ἔσται, πρῶτον μὲν ὅτ' αὐτὰ κατα-  
λείπειν τοὺς ναύτας ἔπειθεν, εἴθ' ὅτ' ἐν Κεφαλληνίᾳ  
15 μὴ δεῦρο πλεῖν τὴν ναῦν ἐπραττεν. (23) Πῶς γὰρ οὐκ  
αἰσχρὸν καὶ δεινὸν ἂν γένοιτο, εἰ Κεφαλλῆνες μὲν,  
ὅπως τοῖς Ἀθηναίοις σωθῆ τὰ χρήματα, δεῦρο πλεῖν  
τὴν ναῦν ἔκριναν, ἡμεῖς δ' ὄντες Ἀθηναῖοι τὰ τῶν πο-  
λιτῶν τοῖς καταποντίσαι βουλευθείσι δοῦναι γνοίητε,  
καὶ ἀ μὴ καταπλεῖν ὄντος δεῦρ' ἐπραττε, ταῦτ'  
20 εἰσαγωγήμα τούτῳ ψηφείσισθε; Μὴ δήπου, ὦ Ζεῦ καὶ  
θεοί. Λέγε δή μοι, τί παραγέγραμμαι.

## ΠΑΡΑΓΡΑΦΗ.

Λέγε δή μοι τὸν νόμον.

## ΝΟΜΟΣ.

24. Ὅτι μὲν τοίνυν ἐκ τῶν νόμων παραγεγράμμη  
25 μὴ εἰσαγωγήμων εἶναι τὴν δίκην, ἱκανῶς οἴομαι δεδει-  
χθαι, τέχνην δ' ἀκούσεσθε τοῦ σοφοῦ τοῦ ταῦτα πάντα  
συντεταχότος, τοῦ Ἀριστοφάνους. ὡς γὰρ ἐκ τῶν πρα-  
γμάτων ἀπλῶς οὐδὲν ἑώρων δίκαιον αὐτοῖς ἐνόν· ἐπιξη-  
ρυκεύονται τῷ Πρώτῳ καὶ πείθουσι τὸν ἄνθρωπον  
889 ἐνδοῦναι τὰ πράγμαθ' αὐτοῖς, πράττοντες μὲν, ὡς εἴοικε,  
καὶ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο, ὡς ἡμῖν νυνὶ φανερὸν γέγονεν, οὐ  
δυνάμενοι δὲ πείσαι. (25) Ὁ γὰρ ἄνθρωπος, ὁ Πρῶτος,  
ἕως μὲν ἔφετο τὸν σίτον κέρδος [ἄλθόντα ποιήσειν]· ἂν-  
5 τεύχετο τούτου καὶ μᾶλλον ἤρειτ' αὐτός τε κερδᾶναι  
καὶ ἡμῖν τὰ δίκαι' ἀποδοῦναι, ἢ κατακοινωνήσας τού-  
τοις τῆς μὲν ὠφελείας τούτους ποιῆσαι μερίτας, ἡμᾶς  
δ' ἀδικῆσαι. ὡς δὲ δεῦρ' ἦκοντος αὐτοῦ καὶ περὶ ταῦτα  
πραγματευομένου, ἐπανῆκεν ὁ σίτος ἄλλην εὐθέως  
10 ἔλαβε γνώμην. (26) Καὶ ἅμα (εἰρήσεται γὰρ, ὦ ἄνδρες  
Ἀθηναῖοι, πᾶσα πρὸς ἡμᾶς ἢ ἀλήθεια) καὶ ἡμεῖς οἱ  
δεδανεικότες προσεκρούομεν αὐτῶ καὶ πικρῶς εἴχομεν,  
τῆς τε ζημίας ἐφ' ἡμᾶς ἰούσης τῆς ἐπὶ τὸν σίτον καὶ  
16 συκοφάντην ἀντὶ χρημάτων αἰτιώμενοι τούτον ἡμῖν  
ἐκ τούτων, οὐδὲ φύσει χρηστὸς ὢν ἄνθρω-  
πος δηλονότι, ἐπὶ τούτους ἀποκλίνει, καὶ συγχωρεῖ  
τὴν δίκην ἔρημον ὄφλειν, ἣν οὗτος αὐτῷ λαγχάνει τότε,  
ὅτ' οὐπω ταῦτ' ἐφρόνον (27) (εἰ μὲν γὰρ ἀφῆκε τὸν

scelerum manifesto fuisset praescius; reliquum erat nobis,  
qui hinc contractum feceramus et frumentum ab eo, qui  
legitime illic emerat, receperamus, ut istum deduceremus.  
(21) Quid enim etiam aliud faceremus? Neodum enim hoc  
quisquam e nostra societate putaverat, vos isti usquam  
frumentum adjudicatueros, quod ipse relinquendum suaderet  
nautis, ut periret navi demersa. id quod vel maximum si-  
gnum est id nihil ad eum attinere. quis enim suum fru-  
mentum projiciendum suaderet iis, qui id conservare vel-  
lent? an quis non navigasset accepta provocacione in Sici-  
liam, ubi haec liquido probari poterant? (22) Atqui neque ita  
de vobis existimare poteram, fore ut pronuntiaretis isti  
adducendam esse (in judicium) actionem de his rebus, quae  
ne huc adducerentur, ipse multis modis studuisset probi-  
bere, primum suadendo nautis, ut eas relinquerent, deinde  
in Cephallenia laborando, ne navis huc veheretur. (23) Quid  
enim fieri turpius aut iniquius posset, quam quum Cephalle-  
nenses pronuntiarint, ut Atheniensium merces incolumes es-  
sent, navem huc pervehendam, vos qui sitis Athenienses,  
ea, quae civium sunt, iis, qui submergere conati sunt,  
tradere et quae iste, ne huc adducerentur, avertere omnino  
studuit, haec adducenda esse isti decernere? Absit quocun-  
que modo, o Jupiter et dii. Jam recita mihi, quid excepe-  
rim.

## EXCEPTIO.

Recita jam mihi legem.

## LEX.

24. Me igitur secundum leges exceptionem de non danda  
actione adversario opposuisse, satis opinor est ostensum,  
artem autem audietis sapientis illius instructoris horum  
omnium, Aristophontis. Ut enim in causa nihil sibi pro-  
sus esse praesidii reliquum videbant; legatis ad Protum  
missis, homini persuadent, ut ipsis causam tradat, quod  
quidem, ut convenit, etiam statim ab initio egerunt, id  
quod nos nunc cognovimus, sed persuadere non potuerunt.  
(25) Homo enim hic, Protus, dum frumentum putabat lo-  
crum fore; id retinebat et praetoptabat potius tum ipse lu-  
crari tum id praestare nobis quod aequum esset, quam con-  
spiratione cum istis inita, eos in lucri portionemmittere,  
nobis autem facere injuriam. Ut vero, quum huc pervenis-  
set et hoc negotio occuparetur, laxata annona est; statim  
mutavit consilium. (26) Et simul (dicetur enim apud vos,  
Athenienses, tota veritas) tum nos creditores eum urgeba-  
mus tum inique ferebamus, quod et jactura frumenti in  
nos redundabat et nobis iste calumniator pecuniae loco alla-  
tus esset. his de causis, quum etiam natura nimirum non  
sit bonus homo, ad istos se confert et concedit ut in causa de-  
serta condemnatur, ab isto tum vocatus in judicium, quum  
nondum conspirasset (27) (nam si Protum dimisisset; statim



20 Πρώτων· ἐξελέληχετ' ἂν εὐθέως ἡμᾶς συκοφαντῶν.  
 ὄφλειν δὲ παρῶν ἐκεῖνος οὐ συνεχώρει, ἔν' ἂν μὲν αὐ-  
 τῶ ποιῶσιν ἃ ὠμολογήκασιν, — εἰ δὲ μή, τὴν ἔρημον  
 ἀντιλάχῃ. Ἄλλὰ τί ταῦτα; εἰ μὲν γὰρ, ἃ γέγραφε  
 οὗτος εἰς τὸ ἐγκλημα, ἐποίησε οὐκ ὄφλειν ἂν δίκην δι-  
 25 καίως ἀλλ' ἀποθανεῖν Πρώτος ἔμοιγε δοκεῖ. εἰ γὰρ ἐν  
 κακοῖς καὶ χειμῶνι τοσοῦτον οἶνον ἔπινεν ὥς ὁμοιοῦ  
 εἶναι μανίας· τί οὐκ ἀξίός ἐστι παθεῖν; ἢ εἰ γράμματα  
 ἔκλεπτεν, εἰ ὀπανεῶγεν; (28) Ἄλλὰ ταῦτα μὲν αὐτοὶ  
 890 πρὸς ἑαυτοὺς ἡμεῖς ὅπως ποτ' ἔχει διακρίνεσθε, τῇ δ'  
 ἐμῇ δίκῃ μηδὲν ἐκεῖνης πρόσραγε. εἰ τί σ' ἠδίκηκεν ὁ  
 Πρώτος ἢ λέγων ἢ ποιῶν· ἔχεις, ὡς εἶοικε, δίκην.  
 οὐδεὶς ἡμῶν ἐκώλυεν, οὐδὲ νῦν παραιτεῖται. εἰ σεσυκο-  
 5 φάντηκας οὐ περιεργαζόμεθα. (29) « Νῆ Δία, ἀλλ'  
 ἐκποδῶν ἐστὶν ἄνθρωπος. » Διὰ γ' ὑμᾶς, ἵνα τὰς τε  
 μαρτυρίας τὰς ἡμετέρας λίπη, καὶ νῦν ὑμεῖς ὅ τι ἂν  
 βούλησθε λέγητε κατ' αὐτοῦ. εἰ μὴ γὰρ δι' ὑμῶν ἔρη-  
 10 μος ἐγένεθ' ἢ δίκη· ἅμ' ἂν αὐτὸν προσεκαλοῦ καὶ κα-  
 τηγύας πρὸς τὸν πολέμαρχον, καὶ εἰ μὲν κατέστησέ  
 σοι τοὺς ἐγγυητάς, μένειν ἠναγκάζετ' ἂν ἢ σὺ παρ'  
 ὧν λήψει δίκην ἐτοίμους εἶχες, εἰ δὲ μὴ κατέστησεν, εἰς  
 τὸ οἴκημ' ἂν ἦει. (30) Νῦν δὲ κοινοσάμεναι τὸ πρᾶ-  
 15 γμα, ὃ μὲν διὰ σοῦ γενοῦσιν ἐνδεῖαν οὐκ ἀποδώσειν  
 ἡμῖν οἶεται, σὺ δ' ἐκεῖνου κατηγορῶν τῶν ἡμετέρων  
 κύριος γενήσεσθαι. τεκμήριον δέ : ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτὸν  
 κλητεύσω, σὺ δ' οὔτε κατηγογήσας οὔτε νῦν κλη-  
 τεύεις.

31. Ἔτι τοίνυν ἑτέρα τίς ἐστὶν ἐλπὶς αὐτοῖς τοῦ πα-  
 20 ρακρούσεσθαι καὶ φανακίειν ὑμᾶς : αἰτιάσονται Δημο-  
 σθένην, καὶ ἐκείνῳ με πιστεύοντα φήσουσιν ἐξάγειν  
 τούτον, ὑπολαμβάνοντες τῶν ῥήτορα καὶ γνώριμον εἶ-  
 ναι ἐκεῖνον πιθανὴν ἔχειν τὴν αἰτίαν. (32) Ἔμοι δ' ἐστὶ  
 μὲν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Δημοσθένους οἰκείος γένει,  
 25 καὶ πάντας ὑμῖν ὁμνυμι τοὺς θεοὺς ἢ μὴν εἶρεῖν  
 τᾶληθῆ, προσελθόντος δ' αὐτῷ μου καὶ παρῆναι καὶ  
 βοηθεῖν ἀξιοῦντος, εἰ τι ἔχοι, « Δῆμον », ἔφη, « ἐγὼ  
 ποιήσω μὲν ὡς ἂν σὺ κελεύης (καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη),  
 δεῖ μὲντοι καὶ τὸ σαυτοῦ καὶ τοῦμόν λογίσασθαι. ἔμοι  
 891 συμβέβηκεν, ἀφ' οὗ περὶ τῶν κοινῶν λέγειν ἠρξάμην,  
 μηδὲ πρὸς ἐν πρᾶγμα ἴδιον προσελλυθέναι, ἀλλὰ καὶ  
 τῆς πολιτείας αὐτῆς τὰ τοιαῦτ' ἐξέστηκα.....

animadversum esset eum nobis facere calumniam. damnari autem ille, si praesens fuisset, passus non esset), ut si pactis conventis isti ei starent, [bene esset,] sin minus, causam desertam exceptione contumaciae contra infirmaret. At quid ad nos haec? si fecit ea, quae iste in accusatione scribit, non damnandus modo causae, sed interficiendus jure fuit Protus mea quidem opinione. nam si in malis et tempestate tantum vini hausit, ut insano similis esset; quod supplicium non meretur? aut si tabulas surripuit, si clam aperuit? (28) Sed vos ipsi haec inter vos, quo tandem pacto se habeant, transigite, meae autem causae nihil inde admisce. si te laesit Protus sive verbis sive factis; habes, ut par erat, jus. nemo nostrum prohibuit, nec nunc recusat. si calumniatus es; non curamus. (29) « Sane per Jovem, at e medio excessit homo. » Propter vos nimirum, ut et testificationes nostras desereret, et nunc vos, quicquid libuerit, in eum dicatis. nisi enim per vos causa deserta esset; simul eum et citasses et apud Polemarchum vadimonio obligasses, et, si vades tibi dedisset, aut manere cogeretur, aut tu, a quibus tibi satisfaceret, haberes, sin non dedisset, in carcerem ivisset. (30) Nunc communicato negotio et alter, quod defecerit tuae opera, se nobis non redditurum esse putat et tu te illum accusando nostris mercibus potiturum. cujus rei argumentum hoc est: ego eum per praeconem citabo, tu nec vadimonio obligasti nec nunc citas.

31. Praeterea spes alia iis est vestri circumveniendi et fallendi: criminabuntur Demosthenem, eoque me fretum dicent deducere velle istum, existimantes, quia et orator ille sit et celebris, probabile se crimen afferre. (32) Mihi est quidem, Atheniensis, genere conjunctus Demosthenes, et per omnes vobis adjuro deos me vera dicturum, quum autem ad eum accessissem et ut mihi adesset opemque ferret, si quid posset, postulare; « ego, Demon! » inquit, « faciam, utcunque tu jusseris (neque enim aliud me decuerit), sed tamen et tui et mei est tibi habenda ratio. mihi usuenit, ex quo de rebus publicis dicere coepi, ut ad nullam unquam privatam causam accesserim, sed etiam ipsius reipublicae talia declinarim.... (Desunt.)

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΠΑΡΑΓΡΑΦΗ

ΠΡΟΣ ΑΠΑΤΟΥΡΙΟΝ.

ΑΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ὁ παραγραφόμενος τὴν δίκην ἴδια μὲν τινα συμβόλαια πρὸς Ἀπατούριον ἔχων ἄρσιν ἐπ' ἐκείνοις καὶ ἀπαλλαγὴν ἐποίησατο, νῦν δὲ ὑπὲρ Παρμένοντος ἐγκαλεῖται καὶ ἀπαιτεῖται χρήματα. ὁ γὰρ Παρμένων πολίτης μὲν ἦν τοῦ ἐμπορίου τοῦ Ἀπατουρίου Βυζάντιος, φυγὴν δὲ ἐκ τῆς πατρίδος καταδέδικαστο. φίλῳ δὲ κατ' ἀρχὰς τῷ Ἀπατουρίῳ χρώμενος, ὕστερον προσκρούσας εἰς δίκας ἦλθε, καὶ ἐδίωκε τὸν Ἀπατούριον πληγῶν τε καὶ βλάβης, κάκεινος αὖθις τῷ Παρμένοντι δίκην ἀντίλαχεν. Ὁ μὲν οὖν Ἀπατούριος ἐν διαίτῃ τὸ πρᾶγμα ἐπιτραπήναι φησὶν Ἀριστοκλεί, κάκεινον καταγνῶναι τοῦ Παρμένοντος. Διόπερ ἐπὶ τούτῳ ἤκει τὸν νῦν παραγραφόμενον τὴν δίκην, ἐγγυητὴν τοῦ Παρμένοντος γεγενῆσθαι φάσκων. ὁ δὲ οὐδὲν τούτων ὁμολογεῖ, ἀλλὰ πρῶτον μὲν φησὶ τρισὶν αὐτοῦς ἐπιτρέψαι δαιτηταῖς, οὐχ ἓν τῷ Ἀριστοκλεί, ἔπειτα ἐγγυητὴν τοῦ Παρμένοντος ἐν ταῖς συνθήκαις Ἀρχιππον γραφήναι, κάκεινος δὲ ἀφανισθῆναι τὰς συνθήκας κακουργίᾳ τοῦ Ἀπατουρίου, πείσαντος τὸν Ἀριστοκλέα τὸν ἔχοντα αὐτὰς μὴ κομίζειν 892 εἰς μέσον, ἀλλὰ λέγειν ὡς ἀπολώλειεν τὸ γραμματεῖον καθέδων ὁ παῖς, ἑτέρας δὲ οὐκέτι γραφήναι συνθήκας, οὐδὲ ἐπιτραπήναι τὸ πρᾶγμα διαίτῃ, τῆς μὲν πρότερον ἀναιρεθείσης τῆς τῶν συνθηκῶν ἀπωλείας, δευτέρας δὲ οὐκέτι συμβαθείσης αὐτοῖς, τὸν δὲ Ἀριστοκλέα παρὰ πάντα τὰ δίκαια κατὰ τοῦ Παρμένοντος ἀπορήνασθαι οὐκέτ' ὄντα δαιτητὴν, καὶ ταῦτα ἀποδημούντας τε τοῦ Παρμένοντος κατὰ συμφορὰν μεγάλην καὶ 10 ἀπηγορευκὸς αὐτῷ μὴ διαίτην. Ταῦτά τε οὖν ὁ τὴν δίκην φεῖγων προτείνεται τὰ δίκαια, καὶ παραγράφεται τὸν ἀγῶνα, λέγων ἐπὶ μὲν τοῖς γενομένοις αὐτῷ πρὸς Ἀπατούριον συμβολαίοις ἄρσιν ὑπάρχειν, ὕστερον δὲ οὐδὲν ἔτι γεγενῆσθαι 15 συμβόλαιον, περὶ δὲ τῶν τοιοῦτων τοὺς νόμους μὴ δίδόναι δικάζεσθαι.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ  
ΠΑΡΑΓΡΑΦΗ ΠΡΟΣ ΑΠΑΤΟΥΡΙΟΝ.

1. Τοῖς μὲν ἐμπόροις, ὧς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τοῖς ναυκλήροις κελεύει ὁ νόμος εἶναι τὰς δίκας πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, ἐάν τι ἀδικῶνται ἐν τῷ ἐμπορίῳ ἢ ἐν θένδε ποι πλέοντες ἢ ἐτέρωθεν δεῦρο, καὶ τοῖς ἀδικούσι δεσμὸν ἔταξε τοῦπιτίμιον, ἕως ἂν ἐκτίσωσιν ὅ τι ἂν αὐτῶν καταγνωσθῇ, ἵνα μηδεὶς ἀδικῆ μηδένα τῶν ἐμπόρων εἰκῆ. (2) Τοῖς δὲ περὶ τῶν γενομένων συμβολαίων εἰς κρίσιν καθισταμένοις ἐπὶ τὴν παραγραφὴν 893 καταφεύγειν ἔδωκεν ὁ νόμος, ἵνα μηδεὶς συκοφαντῆται, ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς τῇ ἀληθείᾳ ἀδικουμένοις τῶν ἐμπόρων καὶ τῶν ναυκλήρων αἱ δίκαι ὤσιν. καὶ πολλοὶ ἤδη τῶν φευγόντων ἐν ταῖς ἐμπορικαῖς παραγραφάμε-

## DEMOSTHENIS

EXCEPTIO

ADVERSUS APATURIMUM.

LIBANI ARGUMENTUM.

Is qui iudicium excipit quum privatum contractum cum Apaturio quendam haberet, eum sustulit et transegit, nunc vero propter Parmenontem accusatur et de pecunia appellatur. nam Parmeno civis fuerat mercatoris Apaturii, Byzantius, sed iudicio actus in exilium. principio amicitia usus Apaturii, orto dissidio postea in iudicium venit, atque Apaturio et verborum et dati damni diem dixit, atque is rursus Parmenontem vicissim accusavit. Apaturius igitur in arbitrio Aristocli rem permissam esse dicit, qui Parmenontem damnarit. Quamobrem eum nunc aggreditur, qui exceptione iudicium deprecatur, atque eum pro Parmenonte spondidisse asserit. hic vero nihil eorum confitetur, sed negotium tribus primum arbitris esse permissum ait, non uni Aristocli, deinde sponsorem Parmenontis in pactis Archippum esse scriptum, atque illa pacta calliditate Apaturii esse abolita, qui Aristocli persuaserit ea asservanti, ne afferret in medium, sed diceret puerum tabulas dormientem perdidisse, alia autem pacta non esse scripta, nec rem arbitrio permissam, quum primum arbitrium tabularum amissione fuerit abolitum, de altero autem inter eos postea non convenerit, Aristoclem autem contra omnia iura, qui jam non esset arbiter, in Parmenontem dixisse sententiam, idque quum ob magnam cladem peregre abesset Parmeno et ejus arbitrium recusasset. His igitur firmamentis in iudicium vocatus nititur et exceptione iudicium deprecatur, asserens se his, quas cum Apaturio fuerint, contractis liberatum, postea nihil cum eo contraxisse, in talibus autem rebus non dari per leges actionem.

DEMOSTHENIS  
EXCEPTIO ADVERSUS APATURIMUM.

1. Mercatoribus, Atheniensibus, et naviculariis jubet lex actionem dari apud Thesmothetas, si qua injuria in mercatu afficiantur sive hinc alio navigantes sive alionde huc, et sontibus vincula poenam statuit, dum iudicatum solvant, ut ne quis temere ullum mercatorem laedat. (2) Qui vero contractus causa in jus vocantur, exceptionis iis confugium largitur lex, ne quis calumnia vexetur, sed ut mercatoribus et naviculariis solis, qui re vera laedantur, in jure experiri liceat. Ac multi jam actione mercatoria postu-

5 νοι κατὰ τὸν νόμον τουτονὶ καὶ εἰσελθόντες εἰς ἡμᾶς ἐξήλεγον τοὺς δικαζομένους ἀδίκως ἐγκαλοῦντας καὶ ἐπὶ τῇ προράσει τοῦ ἐμπορεύεσθαι συκοφαντοῦντας. (3) Ὁ μὲν οὖν μετὰ τούτου μοι ἐπιβεβουλευκῶς καὶ τὸν ἀγῶνα τουτονὶ κατεσκευακῶς προϊόντος τοῦ λόγου  
10 καταφανῆς ὑμῖν ἔσται. ἐγκαλοῦντος δέ μοι Ἀπατουρίου τὰ ψευδῆ καὶ παρὰ τοὺς νόμους δικαζομένου, καὶ ὅσα μὲν ἐμοὶ καὶ τούτῳ ἐγένετο συμβόλαια, πάντων ἀπαλλαγῆς καὶ ἀφέσεως γενομένης, ἄλλου δὲ συμβολαίου οὐκ ὄντος ἐμοὶ πρὸς τούτον, οὔτε ναυτικοῦ οὔτ' ἔγγειου, παρεγραψάμην τὴν δίκην μὴ εἰσαγώγιμον  
15 εἶναι κατὰ τοὺς νόμους τουτουςί.

## NOMOI.

4. Ὡς τοίων παρὰ τοὺς νόμους τούτους εἰληχέ μοι τὴν δίκην Ἀπατούριος καὶ τὰ ψευδῆ ἐγκέκληκεν, ἐκ πολλῶν ὑμῖν τοῦτ' ἐπιδείξω. † ἐγὼ γάρ, ὡς ἄνδρες  
20 δικασταί, πολλὸν ἤδη χρόνον ἐπὶ τῆς ἐργασίας ὧν τῆς κατὰ θάλατταν μέγχι μὲν τινος αὐτὸς ἐκινδύνησον, οὐπω δ' ἔτη ἔστιν ἑπτὰ ἀφ' οὗ τὸ μὲν πλεῖν καταλέλυκα, μέτρια δ' ἔχων, τούτοις περῶμαι ναυτικοῖς  
25 ἐργάζεσθαι. (6) Διὰ δὲ τὸ ἀφίχθαι πολλαχόσε καὶ διὰ τὸ εἶναι μοι τὰς διατριβὰς περὶ τὸ ἐμπόριον γνωρίμως ἔχω τοῖς πλείστοις τῶν πλεόντων τὴν θάλατταν, τούτοις δὲ τοῖς ἐκ Βυζαντίου καὶ πάνυ οἰκειῶς χρῶμαι διὰ τὸ ἐνδιατρίψαι αὐτόθι. ἔχοντος δέ μου οὕτως ὡς λέγω,  
89 κατέπλευσαν δεῦρο τρίτον ἔτος οὗτός τε καὶ πολίτης αὐτοῦ Παρμένων, Βυζάντιος μὲν τὸ γένος, φυγὰς δ' ἐκεῖθεν. (6) Προκίοντες δέ μοι ἐν τῷ ἐμπορίῳ οὗτος  
5 καὶ ὁ Παρμένων ἐμνήσθησαν περὶ ἀργυρίου. ἔτυχε δὲ οὗτος ὀφείλων ἐπὶ τῇ νηὶ τῇ αὐτοῦ τετραράκοντα μνᾶς, καὶ οἱ χρῆσται κατήπειγον αὐτὸν ἀπαιτοῦντας καὶ ἐνεθάτευσον εἰς τὴν ναῦν, εἰληφότες τῇ ὑπερμεμερία ἀπορουμένῳ δ' αὐτῷ μνᾶς μὲν δέκα ὁ Παρμένων ὁμο-  
10 λόγησε δώσειν, τριάκοντα δὲ μνᾶς ἐδεῖτό μου οὗτος συνευπορήσαι, αἰτιώμενος τοὺς χρήστας ἐπιθυμοῦντας τῆς νεὸς διαβεβληκέναι αὐτὸν ἐν τῷ ἐμπορίῳ, ἵνα κατὰσχῶσι τὴν ναῦν εἰς ἀπορίαν καταστήσαντες τοῦ ἀποδοῦναι τὰ χρήματα. (7) Ἐμοὶ μὲν οὖν οὐκ ἔτυχε πα-  
15 ρὸν ἀργύριον, χρώμενος δ' Ἡρακλείδῃ τῷ τραπεζίτῃ ἐπεισα αὐτὸν δανείσαι τὰ χρήματα λαβόντα ἐμὲ ἐγγυητήν. Ἦδη δὲ τῶν τριάκοντα μνῶν πεπορισμένων ἔτυχε προκεκρουκῶς τι τούτῳ ὁ Παρμένων. ὁμολο-  
20 γηκῶς δ' εὐπορήσειν αὐτῷ δέκα μνᾶς, καὶ τούτων δεδωκῶς τὰς τρεῖς, διὰ τὸ προϊέμενον ἀργύριον ἠναγκάζετο καὶ τὸ λοιπὸν διδόναι. (8) Αὐτὸς μὲν οὖν διὰ τοῦτ' οὐκ ἠβούλετο ποιήσασθαι τὸ συμβόλαιον, ἐμὲ δ' ἐκέλευε πρᾶξαι ὅπως αὐτῷ ὡς ἀσφαλέστατα ἔξει. Λα-  
25 βῶν δὲ τὰς ἑπτὰ μνᾶς παρὰ τοῦ Παρμένοντος, καὶ τὰς τρεῖς, ἃς προεἰλήφει οὗτος παρ' ἐκείνου, ἀνθομολογησάμενος πρὸς τούτον, ὧν τὴν ποιούμαι τῆς νεὸς καὶ τῶν παίδων, ἕως ἀποδοῖν τὰς δέκα μνᾶς, ἃς δι' ἐμοῦ ἔλαβε, καὶ τὰς τριάκοντα, ὧν κατέστησεν ἐμὲ ἐγγυη-

lati, ex hac lege exceptione opposita et ingressi ad vos convicere petitores ut inique questos et per speciem faciendae mercaturae calumniatos. (3) Vos igitur eum (Aristoclem), qui cum isto insidias mihi fecit, et hoc certamen instruxit, progressu orationis cognoscetis. quum autem Apaturius falso de me queratur et contra leges in jus vocet, et quidquid cum eo rei mihi fuerat, omne sit transactum et sublatum, neque alius mihi cum eo contractus intercedat vel nauticus vel terrester; exceptionem opposui, actionem in iudicium non ferendam esse his legibus.

## LEGES.

4. Ac Apaturium contra has leges diem mihi dixisse et falso me accusasse, id ego vobis multifariam ostendam. Ego, iudices, qui longo jam tempore ex mercatura maritima quæstum faciebam, aliquosque ipse periclitatus sum, nondum autem septimus annis abiit, quum navigatione ommissa mediocres opes, quas habeo, nautis credendo rem facere conor. (5) Quod vero et varia accessi loca et frequens in mercatu versor, plurimis eorum, qui mare navigant, notus sum, Byzantiis autem istis valde familiariter utor, ut ibi diutius commoratus. Quum autem ita se res meæ, ut dico, habebant, huc profectus est abhinc triennio iste cum cive suo Parmenonte, Byzantius quidem, sed exsul. (6) Adeuntes ad me in mercatu iste et Parmeno mentionem de argento fecerunt. debebat enim iste pro navi sua quadraginta minas et a creditoribus exigentibus urgebatur, qui navem ejus conscendentes pignerabantur, quod ad diem non solvisset. Æstuanti autem ei de pecunia se minas decem pollicetur daturum Parmeno, triginta autem minas iste orat ut sibi suppeditem, conquerens se a creditoribus, qui navem appeterent, in mercatu traductum, ut se in eas angustias redacto, ut pecuniam reddere non posset, ipsi navi potirentur. (7) Ac mihi quidem præsens pecunia non fuit, sed Heraclidis mensario, quo utebar, persuasi, ut ei pecuniam mutuo daret me sponsore. Triginta minis jam numeratis alienatus erat ab isto Parmeno. sed quia minas isti decem promiserat harumque tres dederat, ob projectum argentum, etiam reliquum dare cogebatur. (8) Ac ipse hac de causa facere tabulas volebat, me vero ita eas conficere jubebat, ut sibi optime cave retur. Ego acceptis septem a Parmenonte Annis et tribus illis collectis, quas ab illo acceperat antea, promissione cum isto mutua facta emo (per mancipationem sub fiducia) navem et servos, donec decem minas redderet, quæ

† Fort. ἐκ πολλῶν ἂν ὑμῖν τοῦτ' ἐπιδείξαιμι.

895 τὴν τῶν τραπέζιτη. Καὶ ὡς ἀληθῆ λέγω, ἀκούσατε τῶν μαρτυριῶν.

## ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

9. Τὸν μὲν τρόπον τοῦτον ἀπήλλαξε τοὺς χρήστας  
5 Ἀπατούριος οὗτος. οὐ πολλῶν δὲ χρόνων μετὰ ταῦτα  
τῆς τραπέζης ἀνασκευασθείσης καὶ τοῦ Ἡρακλείδου κατ'  
ἀρχὰς κεκρυμμένου, ἐπιβουλεύει οὗτος τοὺς τε παῖδας  
ἐκπέμψαι Ἀθήνηθεν καὶ τὴν ναῦν ἐξορμίσαι ἐκ τοῦ  
λιμένος. ὅθεν ἐμοὶ πρὸς τοῦτον ἡ πρώτη διαφορὰ ἐγένε-  
10 νετο. αἰσθόμενος γὰρ ὁ Παρμένων ἐξαγομένων τῶν παι-  
δων ἐπιλαμβάνεται καὶ τὴν ναῦν κατεκώλυσε αὐτὸν  
ἐξορμίζειν, καὶ μεταπεμφάμενος ἐμὲ λέγει τὸ πρᾶγμα.  
(10) Ὡς δ' ἤκουσα, τοῦτον μὲν ἀνοσιώτατον ἡγησάμην  
15 εἶναι τῶ ἐπιχειρήματι, ἐσκοπούμην δὲ, ὅπως αὐτός τ'  
ἀπολυθῆσομαι τῆς ἐγγύης τῆς ἐπὶ τὴν τράπεζαν καὶ ὁ  
ξένος μὴ ἀπολεῖ, ἀ δ' ἐμοῦ τούτω ἐδάνεισε. κατα-  
στήσας δὲ φύλακας τῆς νεῶς διηγησάμην τοῖς ἐγγυη-  
ταῖς τῆς τραπέζης τὴν πρᾶξιν, καὶ παρέδωκα τὸ ἐνέ-  
20 χυρον, εἰπὼν αὐτοῖς ὅτι δέκα μναὶ ἐνείησαν τῶ ξένου  
ἐν τῇ νηί. ταῦτα δὲ πράξας κατηγγύησα τοὺς παῖδας,  
ἴν', εἰ τις ἐνδεῖα γίγνοιτο, τὰ ἑλλείποντ' ἐκ τῶν παιδῶν  
εἴη. (11) Καὶ ἐγὼ μὲν ἐπειδὴ ἔλαβον τοῦτον ἀδικοῦντα,  
διωρθωσάμην ὑπὲρ ἑμαυτοῦ καὶ τοῦ ξένου, ὁ δ' ὡς περ  
25 ἀδικούμενος ἀλλ' οὐκ ἀδικῶν ἐμέμφετό μοι, καὶ ἠρώ-  
τα « ἢ οὐχ ἱκανόν μοι εἶη αὐτῷ ἀπολυθῆναι τῆς ἐγγύης  
« τῆς πρὸς τὴν τράπεζαν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀργυρίου  
« τοῦ Παρμένοντος τὴν ναῦν κατεγρυῶ καὶ τοὺς παι-  
896 « δας, καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπου φυγάδος ἀπεχθανοίμην αὐτῷ. »  
(12) Ἐγὼ δὲ τὸν πιστεύοντα ἑμαυτῷ τοσοῦτω ἔφη  
ἤττον ἂν περιδεῖν, ὅσω φυγάς ὢν καὶ ἀτυχῶν ἡδικεῖτο  
ὑπὸ τούτου. Πάντα δὲ ποιήσας καὶ εἰς πᾶσαν ἀπέ-  
5 χθαιαν τούτω ἑλθὼν μόλις εἰσέπραξα τὸ ἀργύριον, πρα-  
θείσης τῆς νεῶς τετραράκοντα μνῶν, ὅσου περ ἡ θέσις  
ἦν. ἀποδοθειῶν δὲ τῶν τριάκοντα μνῶν ἐπὶ τὴν τρά-  
πεζαν καὶ τῶν δέκα μνῶν τῷ Παρμένοντι, ἐναντίον  
10 πολλῶν μαρτύρων τὰς τε συγγραφὰς ἀνειλόμεθα, καθ'  
ὅς ἐδανείσθη τὰ χρήματα, καὶ τῶν συναλλαγμάτων  
ἀφείμεν καὶ ἀπηλλάξαμεν ἀλλήλους, ὥστε μήτε τούτω  
πρὸς ἐμὲ μήτ' ἐμοὶ πρὸς τοῦτον πρᾶγμ' εἶναι μηδέν.  
Καὶ ὡς ἀληθῆ λέγω, ἀκούσατε τῶν μαρτυριῶν.

15

## ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

13. Μετὰ ταῦτα τοίνυν ἐμοὶ μὲν οὔτε μείζον οὔτ'  
ἔλαττον πρὸς αὐτὸν συμβόλαιον γέγονεν, ὁ δὲ Παρμέ-  
νων ἐδικάζετο τούτω τῶν τε πληγῶν ὧν ἔλαβεν ὑπὸ  
τούτου, ὅτε τῶν παιδῶν ἐξαγομένων ἐπελάβετο, καὶ  
20 ὅτι τοῦ εἰς Συκελίαν πλοῦ διὰ τοῦτον κατεκώλυθη.  
ἐνεστηκῆναι δὲ τῆς δίκης δίδωσιν ὁ Παρμένων ὄρκον  
τούτω περὶ τινῶν ἐγκλημάτων, καὶ οὗτος ἐδέξατο,  
ἐπιδιαθέμενος ἀργύριον, ἐὰν μὴ ὁμολήσῃ τὸν ὄρκον. Καὶ  
ὅτι ἀληθῆ λέγω, λαβέ μοι τὴν μαρτυρίαν.

per me acceperat, et triginta quarum me sponsorem men-  
sario constituerat. Ac me vera dicere, audite testimonia.

## TESTIMONIA.

9. Ad hunc modum creditores absolvit Apatarius hicce.  
non multo post mensa eversa et Heraclide primum lati-  
tante iste insidiose Athenis ablegare mancipia et porta  
navem educere instituit. unde prima cum isto mihi con-  
troversia incidit. Animadversa enim re Parmeno et manci-  
pia quæ abducebantur arripit et navem eum educere porta  
prohibet et mihi accersito rem narrat. (10) Qua ego au-  
dita et istum, qui talia moliretur, hominem summe nefari-  
um esse duxi et viam quaesivi, qua et ego mensaria spon-  
sione liberarer et hospes ea, quæ per me isti mutuo dede-  
rat, non amitteret. Constitutis ergo navis custodibus,  
mensæ sponsoribus negotium exposui pignusque tradidi,  
ac decem minas peregrinam habere in navi dixi. hisque  
factis mancipia sponsione obstrinxi, ut, si quid defecisset,  
defectus per mancipia completeretur. (11) Ita ego depre-  
hensis istius injuriis mihi et peregrino consului. At iste  
perinde ac si acciperet, non faceret injuriam, me in-  
cusabat, rogans : « an mihi non satis sit sponsione ad  
« mensarium exsolvi, sed etiam pro Parmenontis argento  
« navem et mancipia sponsione obstringam et propter ho-  
« minem exsulam suas suscipiam inimicitias. » (12) Ego  
vero eum, qui mihi credit, eo minus me deserturum as-  
serebam, quo et exsuli et calamitoso fieret per istum in-  
juria. Postquam autem nihil prætermisi et in omnes istius  
inimicitias incidi; vix redegi argentum navi quadraginta  
minis vendita, quanti erat oppignerata. Redditis igitur tri-  
ginta minis ad mensam et decem minis Parmenonti, co-  
ram multis testibus et tabulas sustulimus, secundum quas  
credita erat pecunia, et mutua commercia renuntiavimus  
et invicem missos fecimus, ut neque isti mecum, neque  
mihi cum isto negotii quicquam esset. Ac vera me dicere,  
audite testimonia.

## TESTIMONIA.

13. Jam post hæc mihi nihil cum isto commercii vel  
magno vel parvi fuit, at Parmeno istum accusabat tum ver-  
berum, quibus ab eo, dum mancipia, quæ ablegabantur,  
corripere, affectus esset, tum impeditæ ab eo institutæ in  
Siciliam navigationis. Instante autem judicio deserti Par-  
meno jusjurandum isti de quibusdam criminibus. id iste  
accipit, deposita pecunia, nisi jusjurandum illud juraret.  
Ac me vera dicere, cape mihi testimonium.

25

## ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

14. Δεξάμενος τοίνυν τὸν ὄρκον, εἰδὼς ὅτι πολλοὶ αὐτῷ συνείσονται ἐπιπορήσαντι, ἐπὶ μὲν τὸ ὁμῶσαι οὐκ ἀπήντα, ὡς δὲ δίκη λύσων τὸν ὄρκον προσκαλεῖται τὸν Παρμένοντα. ἐνεστηκυῶν δ' αὐτοῖς τῶν δικῶν πεισθέν- 897 τας ἐπὶ τῶν παρόντων εἰς ἐπιτροπὴν ἔρχονται, καὶ γράψαντες συνθήκας ἐνὶ μὲν διαιτητῇ κοινῷ Φωκρίτῳ πολίτῃ αὐτῶν, ἕνα δ' ἑκάτερος παρεκαθίσαστο, οὗτος μὲν Ἀριστοκλέα Οἰῆθεν, ὁ δὲ Παρμένον ἐμέ. (14)

5 Καὶ συνέθεντο ἐν ταῖς συνθήκαις, εἰ μὲν τρεῖς ὄντες ἡμογνώμονες γενοίμεθα, ταῦτα κύρια εἶναι αὐτοῖς, εἰ δὲ μὴ, οἷς οἱ δύο γνώσων, τούτοις ἐπάναγκας εἶναι ἐμμένειν. Συνθέμενοι δὲ ταῦτα ἐγγυητάς τούτων ἀ- 10 λήσας κατέστησαν, οὗτος μὲν ἐκέλευε τὸν Ἀριστοκλέα, ὁ δὲ Παρμένων τούτῳ Ἀρχίππον Μυρβίνουσιον. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐτίθεντο τὰς συνθήκας παρὰ τῷ Φωκρίτῳ, εἶτα κελεύσαντος τοῦ Φωκρίτου παρ' ἄλλῳ τινὶ θέσθαι τίθενται παρὰ τῷ Ἀριστοκλεί. Καὶ ὡς ἀληθῆ λέγω, ἀκούσατε τῶν μαρτυριῶν.

15

## ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

16. Ὅτι μὲν ἐτίθησαν αἱ συνθήκαι παρὰ Ἀριστοκλεῖ καὶ ἡ ἐπιτροπὴ ἐγένετο Φωκρίτῳ καὶ Ἀριστοκλεῖ καὶ ἐμοί, οἱ εἰδότες ταῦτα μεμαρτυρήκασιν ὑμῖν. δέομαι δὲ, ὡς ἄνδρες δικασταί, τὰ μετὰ ταῦτα πράχθέντ' ἀκούσαι μου. ἐνταῦθεν γὰρ ἔσται φανερόν ὑμῖν ὅτι συκοφαντοῦμαι ὑπὸ τούτου Ἀπατουρίου. Ἐπειδὴ γὰρ ἤθετο ἡμογνώμονας ὄντας ἐμέ καὶ τὸν Φωκρίτον καὶ ἔγνω καταδιαιτησόντας ἡμᾶς ἑαυτοῦ, λύσαι βουλόμε- 25 νος τὴν ἐπιτροπὴν, διαφθεῖραι τὰς συνθήκας ἐπεχείρησε μετὰ τοῦ ἔχοντος αὐτάς. (17) Καὶ ἦλθεν ἐπὶ τὸ ἀμφισβητεῖν ὡς αὐτῷ διαιτητῆς εἶη ὁ Ἀριστοκλῆς, τὸν δὲ Φωκρίτον καὶ ἐμὲ οὐδενὸς κυρίου ἔφησεν εἶναι ἀλλ' ἢ τοῦ συνδιαλύσαι. Ἀγανακτήσας δὲ τῷ λόγῳ ὁ Παρμένων ἤξιον τὸν Ἀριστοκλέα ἐκφέρειν τὰς συνθήκας, οὐ 898 πόρρω φάσκων εἶναι τὸν ἔλεγχον, εἰ τι κακουροῖτο περὶ τὰ γράμματα. γεγραφέναι γὰρ αὐτὰ οἰκέτην ἑαυτοῦ. (18) Ὁμολογήσας δ' ἐξοίσειν τὰς συνθήκας ὁ Ἀριστοκλῆς ἐμφανεῖς μὲν οὕτω καὶ τήμερον ἐνήνογεν, 5 εἰς δὲ τὴν ἡμέραν τὴν συγκειμένην ἀπαντήσας εἰς τὸ Ἡφαιστεῖον προῦφασίζετο, ὡς ὁ παῖς περιμένων αὐτὸν ἀπολωλεκῶς εἶη τὸ γραμματεῖον καθεύδων. ὁ δὲ ταῦτα κατασκευάζων ἦν Ἐρυξίας ὁ ἰατρός ὁ ἐκ Πειραιῶς (οἰκείως ἔχων τῷ Ἀριστοκλεῖ), ὅσπερ καὶ ἐμοὶ τοῦ ἀγῶνος ἀτιός ἐστι διαφόρως ἔχων. Καὶ ὡς ἐσχίσατο ἀπολωλεκέναι ὁ Ἀριστοκλῆς, ἀκούσατε τῶν μαρτυριῶν.

## ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

15 19. Ἐνταῦθεν τοίνυν τὸ μὲν τῆς ἐπιτροπῆς ἐλλειυτο, ἠφανισμένων τῶν συνθηκῶν καὶ τῶν διαιτητῶν ἀντιλεγόμενων. ἐπιχειροῦντες δὲ γράφειν ἐτέρας συνθήκας περὶ τούτων διηνήχθησαν, οὗτος μὲν ἀξίων τὸν Ἀριστοκλέα, ὁ δὲ Παρμένων τοὺς τρεῖς, οἷσπερ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἦ

## TESTIMONIUM.

14. Accepto igitur iurejurando, haud ignarus multos sibi, si pejerasset, fore conscios, ad iusjurandum praesto non fuit, sed tanquam per iudicium soluturus iusjurandum, Parmenontem in jus vocat. Instante autem iis iudicio, commoti ab iis, qui aderant, ad arbitrium veniunt, et pactione conscripta pro uno quidem communi arbitro Phocrito cive suo, unum tamen uterque instituit, iste Aristoclem Censem, Parmeno me. (15) Itaque inter se paciscuntur: « quæ nos tres de communi sententia constituissemus, ea se rata habituros, sin minus, quæ duo decrevissemus, ea necessario fore servanda. » Hac pactione facta, sponsores harum rerum inter se dederunt, iste illi Aristoclem, Parmeno isti Archippum Myrrhinsium. Ac pactionem primum apud Phocritum, deinde, quum Phocritus eam alii cuidam tradi jussisset, apud Aristoclem deponunt. Ac vera me dicere, audite testimonia.

## TESTIMONIA.

16. Depositam igitur fuisse pactionem apud Aristoclem negotiumque Phocrito et Aristocli et mihi fuisse permissum, rei gnari apud vos testati sunt. rogo autem, iudices, ut, quæ post acciderunt, ex me audiat. inde enim calumniam mihi ab isto fieri Apaturio perspicue cognoscetis. Ubi animadvertit me et Phocritum consentire et se a nobis damnatum iri vidit; abolendi arbitrii cupidus, perdere tabulas cum eo, per quem asservabantur, instituit. (17) Ac contendere coepit, arbitrum sibi esse Aristoclem, Phocritum autem dixit et me non aliud habere auctoritatis nisi negotii una transigendi. Jam verba hæc ægre ferens Parmeno postulavit, ut Aristocles tabulas proferret, non procul esse querendum argumentum dicitans, si qua fraus in tabulis commissa esset, quas servus suus scripsisset. (18) Assensus Aristocles se prolaturum pactionem, in conspectum nec hodie protulit, sed ad dictam diem in Vulcani templum progressus prætexuit puerum, dum se is exspectaret, perdidisse tabulas dormientem. Auctor autem et adjutor istius commenti est ille e Piræo medicus Eryxias, Aristocli familiaris, qui idem, quod inimicus mihi est, in hoc discrimen me adduxit. Ac finxisse Aristoclem, eum perdidisse tabulas, e testimoniis audietis.

## TESTIMONIA.

19. Jam igitur abolitum erat arbitrium pactione abolita et arbitris repudiatis. Aliam igitur scribere pactionem quum instituerent; de ea dissenserunt, quod iste Aristoclem, Parmeno tres illos, quibus et initio res permissa esset,

ἐπιτροπὴ ἐγένετο. Οὐ γραφειῶν δ' ἐτέρων συνθηκῶν, τῶν δ' ἐξ ἀρχῆς ἀφανισθειῶν εἰς τοῦτ' ἦλθεν ἀναιδείας ὁ ἠφανικῶς τὰς συνθήκας, ὥστε εἷς ὢν ἀποφανείσθαι ἔφη τὴν δίκαιαν. παρακαλέσας δ' ὁ Παρμένων μάρτυ-  
 25 ρας ἀπέειπε τῷ Ἀριστοκλεί μὴ ἀποφαίνεσθαι παρὰ τὰς συνθήκας καθ' αὐτοῦ ἄνευ τῶν συνδαιτητῶν. Καὶ ὢν ἐναντίον ἀπέειπεν, ἀκούσατε τῆς μαρτυρίας.

## ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

20. Μετὰ ταῦτα τοίνυν τῷ Παρμένοντι συνέβη συμ-  
 899 ρορὰ δεινὴ, ἧ ἄνδρες δικασταί. οἰκοῦντος γὰρ αὐτοῦ ἐν Ὀφρυνίῳ διὰ τὴν οἰκοθεν φυγὴν, ὅτε ὁ σεισμός ἐγένετο ὁ περὶ Χερβρόνησον, συμπεσούσης αὐτῷ τῆς οἰκίας ἀπώλοντο ἡ γυνὴ καὶ οἱ παῖδες. καὶ ὁ μὲν πυθόμενος  
 5 τὴν συμφορὰν ὤχετο ἐνθὺνδε ἀποπλέων, ὁ δ' Ἀριστοκλῆς, διαμαρτυραμένου τοῦ ἀνθρώπου ἐναντίον μαρτύρων μὴ ἀποφαίνεσθαι καθ' αὐτοῦ ἄνευ τῶν συνδαιτητῶν, ἀποδημήσαντος τοῦ ἀνθρώπου διὰ τὴν συμφορὰν  
 10 ἐρήμην κατ' αὐτοῦ ἀπεφήνατο τὴν δίκαιαν. (21) Καὶ ἐγὼ μὲν καὶ ὁ Φῶκριτος ἐν ταῖς αὐταῖς συνθήκαις γεγραμμένοι, ὅτι ἠμφεσθήτησεν οὗτος μὴ εἶναι ἡμᾶς δαιτητὰς αὐτῶν, ἐφύγομεν τὸ δαιτητῆσαι, ὁ δ' οὐ μόνον ἀμφισβητήθεις, ἀλλὰ καὶ ἀποβῆθεν αὐτῶν, οὐδὲν ἤτον τὴν ἀπόφασιν ἐποιήσατο. ὁ οὐθ' ὑμῶν οὔτε τῶν  
 15 ἄλλων Ἀθηναίων ὑπομείναι ἂν ποιῆσαι οὐδεὶς.

22. Ἄ μὲν οὖν περὶ τὴν ἀφάνισιν τῶν συνθηκῶν καὶ περὶ τὴν γνῶσιν τῆς διαίτης Ἀπατουρίῳ καὶ τῷ δαιτητῇ πέπρακται, ἐάν ποτε σωθῆ ὁ ἡδίκημένος, δίκην  
 20 παρ' αὐτῶν λήψεται. ἐπειδὴ δ' εἰς τοῦτο ἐλήλυθεν Ἀπατούριος ἀναιδείας ὥστε κάμωι δικάζεσθαι, ἐπιφέρων αἰτίαν ὡς ἀνεδεξάμην ἐκτίσειν, εἰ τι καταγνωσθεὶς τοῦ Παρμένοντος, καὶ φησιν ἐγγραφῆναι εἰς τὰς συνθήκας ἐμὲ ἐγγυητὴν ὡς περὶ προσήκει τοιαύτην αἰτίαν  
 25 ἀπολύσασθαι, πρῶτον μὲν ὑμῖν μάρτυρας παρασχέσομαι ὡς οὐκ ἠγγυησάμην ἐγὼ τὸν Παρμένοντα, ἀλλ' Ἀρχίππος Μυρρηνίουσιος, ἔπειτα πειράσομαι καὶ ἐκ τεκμηρίων τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι, ἧ ἄνδρες δικασταί. (23) Πρῶτον μὲν οὖν τὸν χρόνον ἐμαυτῷ ἡγοῦ-  
 900 μαι μάρτυρα εἶναι τοῦ μὴ ἀληθὲς τὸ ἐγκλημα εἶναι. ἡ μὲν γὰρ ἐπιτροπὴ τούτῳ πρὸς τὸν Παρμένοντα τρίτον ἔτος γέγονε καὶ ἡ γνῶσις τοῦ Ἀριστοκλέους, αἱ δὲ λήξεις τῶν δικῶν τοῖς ἐμπόροις ἐμμηνοὶ εἰσιν ἀπὸ τοῦ Βοηδρομιῶνος μέχρι τοῦ Μουνυχιῶνος, ἵνα παραχρῆμα τῶν δικαίων τυχόντες ἀνάγωνται. εἰ δὲ τῇ ἀληθείᾳ ἐγγυητῆς ἦν τοῦ Παρμένοντος· διὰ τί πρῶτον μὲν οὐκ εὐθὺς τῆς γνώσεως γενομένης ἐπράττετο τὴν ἐγγύην;  
 10 (24) Οὐ γὰρ δὴ τοῦτ' ἔπειτα αὐτῷ ἐνὶ εἰπεῖν, ὡς διὰ τὴν πρὸς ἐμὲ φιλίαν ὠκνεῖ μοι ἀπέχεσθαι. Αὐτὸς γὰρ εἰς ἐπὶ πρακτοῦ ὑπ' ἐμοῦ πρὸς ἔχθραν τὰς χιλίας δραχμὰς τὰς τοῦ Παρμένοντος, καὶ ὅτ' ἐξώρμιζε τὴν ναῦν ἐπιβου-  
 15 λέων ἀποδρᾶναι καὶ ἀποστερήσαι τὸ ἐπὶ τὴν τράπεζαν γρέως, ἐκωλύθη ὑπ' ἐμοῦ. ὥστε, εἰ ἦν ἠγγυημένος ἐγὼ τὸν Παρμένοντα, οὐκ ἂν τρίτῳ ἔτει ὑστερον ἀλλ' εὐθὺς τότε εἰς ἐπὶ πρακτεν ἂν με τὴν ἐγγύην. (25) Ἄλλὰ νῆ

scribere volebat. Pactione igitur alia non scripta primaque abolita, eo impudentiæ processit is, qui tabulas aboleverat, ut ipse unus se pro arbitrio pronuntiaturum affirmaret. Parmeno autem testibus advocatis interdixit Aristocli, ne contra pactionem sine collegis contra se ferret sententiam. Ac quibus presentibus veterit, audite testimonium.

## TESTIMONIUM.

20. Post hæc vero Parmenontem acerba ciades oppressit, iudices. quum enim, ut patria pulsus, Ophryni habitaret; illo terræ motu, qui accidit in Chersoneso, collapsis ejus ædibus et uxor et liberi perierunt. qua ipse calamitate audita, navi conscensa hinc abiit, Aristocles autem, quum homo testibus adhibitis vetuisset contra se sine collegis arbitrium pronuntiari, homine propter calamitatem hinc profecto, quasi causam deseruisset, condemnavit. (21) Atque ego quidem et Phocritus in eadem pactione scripti, quoniam iste contenderat non esse sibi nos arbitros, abstinimus arbitrio, at ille, quum non modo non concessum, sed etiam interdictum ei esset, nihilominus sententiam dixit. id quod nec vestrum nec reliquorum Atheniensium facere quisquam sustineret.

22. Quæ igitur in abolitione tabularum et in sententia arbitrii Apaturius et arbiter ille perpetrarunt, is, cui facta est injuria, si quando redierit incolumis, ulciscetur. quum autem eo processerit impudentiæ Apaturius, ut et me in jus vocaret, criminans me, quanti damnaretur Parmeno, soluturum recepisse, et quum me sponsorem in tabulis inscriptum esse dicat; ut decet tale refutare crimen, primum vobis adducam testes non me pro Parmenonte spondisse, sed Archippum Myrrhinusium, post etiam argumentis me defendere conabor, iudices. (23) Jam primum omnium ipsum mihi tempus testatur non verum esse crimen. permissa est enim res ei ab isto et Parmenonte anno abhinc tertio et cognitio Aristoclis dicta, at sortitiones judiciorum mercatoribus menstruæ sunt a Boedromione ad Munychionem, ut jus suum statim adepti navigent. Quod si re vera ego sponsor sui Parmenontis, cur primum non statim facta cognitione sponsum exegit? (24) Neque enim scilicet hoc dicere postest, se propter amicitiam nostram molestum esse mihi noluisse. Ego enim illas mille drachmas Parmenontis odiose ab eo exegeram, et quum navem protraheret clam se subducturus et debito mensario fraudaturus, a me prohibitus fuerat. proinde, si ego pro Parmenonte fidem meam obstrinxissem, non tertio anno demum, sed tum statim a me sponsum exegisset. (25) « At per Jovem,

Δία εὐπόρως εἰέκειτο, ὥς τ' ἐναδέχτο αὐτῷ καὶ ὕστερον ἐπ' ἐμέ εἰλθεῖν, τότε δ' ἀσχόλως εἶχε περὶ ἀναγωγὴν ὧν. Ἄλλὰ δι' ἀπορίαν ἐξεστῆκει τῶν ἑαυτοῦ καὶ τῆν ναῦν ἐπεπράξει. εἰ δ' ἄρ' ἐμποδῶν τι αὐτῷ ἐγεγονέει τοῦ μὴ εὐθὺς τότε δικάσασθαι· διὰ τί πέρυσιν ἐπιδημῶν, μὴ ὅτι δικάσασθαι, ἀλλ' οὐδ' ἐγκαλέσαι μοι ἐτόλμησεν; καίτοι προσῆκεν, εἰ δὲ μὲν Παρμένων ὠφλήκει αὐτῷ τὴν δίκην, ἐγὼ δ' ἐγγυητὴς ἦν, προσελθεῖν αὐτόν μοι ἔχοντα μάρτυρας καὶ ἀπαιτῆσαι τὴν ἐγγύην, εἰ μὴ προπέρυσιν, ἐν τῷ ἐξελθόντι ἐνιαυτῷ, καὶ εἰ μὲν αὐτῷ ἀπεδίδου, κομίσασθαι, εἰ δὲ μὴ, δικάζεσθαι. (26)

901 Ἦν γὰρ τοιούτων ἐγκλημάτων πρότερον τὰς ἀπαιτήσεις ποιοῦνται; ἀπαντες ἢ δικάζονται, οὐκ ἔστι τοίνυν ὅστις μαρτυρήσει παραγενέσθαι, ὅπου οὗτος ἢ πέρυσιν ἢ προπέρυσιν δικάσατό μοι ἢ λόγον ὄντινῶν ἐποιήσατο πρὸς ἐμέ περὶ ὧν νυνὶ μοι δικάζεται. Ὅτι δ' ἐπεδήμει πέρυσιν, ὅτε αἱ δίκαι ἦσαν, λαβέ μοι τὴν μαρτυρίαν.

## ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

27. Λαβέ δὴ μοι καὶ τὸν νόμον, ὃς κελεύει τὰς ἐγγύας ἐπετείουσιν εἶναι. καὶ οὐκ ἰσχυρίζομαι τῷ νόμῳ, ὡς οὐ δεῖ με δίκην δοῦναι, εἰ ἡγγυησάμην, ἀλλὰ μάρτυρά μοι φημι τὸν νόμον εἶναι τοῦ μὴ ἐγγυήσασθαι καὶ αὐτὸν τοῦτον. ἐδεδίκαστο γὰρ ἂν μοι τῆς ἐγγύης ἐν τῷ χρόνῳ τῷ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένῳ.

## ΝΟΜΟΣ.

28. Γενέσθω τοίνυν καὶ τοῦτο ὑμῖν τεκμήριον τοῦ ψεύδεσθαι Ἀπατούριον· εἰ γὰρ ἡγγυησάμην ἐγὼ τούτων τῶν Παρμένων· οὐκ ἔστιν ὅπως τούτῳ μὲν ὑπερ ἐκείνου ἀπηχθόμην, πρόνοιαν ποιούμενος ὅπως μὴ ἀπολεῖ ἂν δι' ἐμοῦ τούτῳ συνέβαλεν, αὐτὸς δ' ἐμαυτὸν περιεῖδον ἂν ὑπ' ἐκείνου πρὸς τοῦτον ἐν ἐγγύῃ καταλειπόμενον. τίνα γὰρ ἐλπίδα ἔσχον τοῦτον ἀποσχῆσθαι μου, ὃν αὐτὸς ἠναγκάσειεν ἐκείνῳ τὰ δίκαια ποιῆσαι; καὶ τὴν ἐγγύην αὐτὸν εἰσπράξας τὴν πρὸς τὴν τράπεζαν πρὸς ἀπέχθειαν, τί προσεδόκων ὑπὸ τούτου αὐτὸς πείσεσθαι;

29. Ἄξιον τοίνυν καὶ τοῦτ' ἐνθυμηθῆναι, ὃ ἄνδρες δικάσταί, ὅτι οὐκ ἂν ποτε ἔξαρκος ἐγενόμην, εἰ ἡγγυησάμην. πολὺ γὰρ ὁ λόγος ἦν μοι ἰσχυρότερος βυολογῶντι τὴν ἐγγύην ἐπὶ τὰς συνθήκας ἰέναι, καθ' ἃς καὶ ἡ ἐπιτροπὴ ἐγένετο. ὅτι μὲν γὰρ τρισὶν ἐπεπράπη διαιτηταῖς, μεμαρτύρηται ὑμῖν, ὅποτε δὲ μὴ ἐγνωσται ὑπὸ 902 τῶν τριῶν, τί βουλόμενος ἠρνούμην ἂν τὴν ἐγγύην; μὴ γὰρ γενομένης τῆς γνώσεως κατὰ τὰς συνθήκας οὐδ' ἂν ἐγὼ τῆς ἐγγύης ὑπόδικος ἦν. ὥστε οὐκ ἂν ποτε, ὡ ἄνδρες δικάσταί, παραλείπων τὴν οὖσαν μοι ἀπολογία, εἰ ἡγγυησάμην, ἐπὶ τὸ ἀρνεῖσθαι ἦλθον.

30. Ἄλλὰ μὴν καὶ τοῦτο μεμαρτύρηται ὑμῖν, ὅτι, ἐπειδὴ ἠφανίσθησαν αἱ συνθήκαι ὑπὸ τούτων, ἐξήτουν ἐτέρας γράφεισθαι οὗτος καὶ ὁ Παρμένων, ὡς ἀκύρων 11 ὄντων αὐτοῖς τῶν πρότερον ὠμολογημένων. καίτοι ὅποτε περὶ τῆς μελλούσης γνώσεως γενήσεσθαι ἐτέρας ἐνεγεί-

abundabat opibus, ut ei etiam postea me convenire liceret, tum vero navigando erat occupatus. Imo propter inopiam et bonis suis cesserat et navem vendiderat. ut autem impeditenti aliquid ei objectum sit, quominus tum statim in jus vocaret; quamobrem anno superiore hic versatus, nedum in jus vocare, sed ne appellare quidem me ausus fuit? Atqui conveniebat, si et Parmeno iudicio victus ei debebat et ego sponderam, eum ad me testibus adhibitis accedere sponsumque postulare, si non abhinc tertio, superiore saltem anno, ac si praestitisset, auferre, sin minus, iudicio experiri. (26) In talibus enim causis omnes postulare prius, quam in iudicio contendere consueverunt. nemo est autem qui testaturus sit se adfuisse, quum iste vel superiore anno vel tertio abhinc in jus vocaret aut ullum apud me verbum faceret his de rebus, de quibus nunc litigat. Fuisse autem eum hic anno praeterito, quum iudicia exercerentur, cape mihi testimonium.

## TESTIMONIUM.

27. Age legem quoque, quae sponsiones annuas esse iubet, mihi cape. Neque vero ea lege nitor, ut, si sponderim, poenas dare me non oporteat, sed vel hanc ipsam legem me non spondidisse testimonio mihi esse affirmo. nam sponsionis egisset mecum tempore hac lege praefinito.

## LEX.

28. Sit igitur etiam hoc vobis argumento, mentiri Apaturium: si ei pro Parmenonte spondidisset; fieri non potuisset, ut, quum istius inimicitias propter illum suscepissem providens ne amitteret quae per me isti mutuo dederat, ipse me propter illum apud istum sponsione obligatum neglexissem. quid enim spei habere potui istum mihi passurum, quem ipse coegeram illi satisfacere? et a quo mensariam sponsionem odiose exegeram, quid ab eo me ipsum passurum arbitrarer?

29. Etiam illud considerare, iudices, est operae pretium, si spondidisset, me nunquam fuisse iturum infitias. multo enim, si confiterer, mihi ad pactionem eunti, ex qua eadem arbitris res permissa erat, firmior esset defensio. tribus enim arbitris rem fuisse permissam, per testes vobis confirmatum est, quum vero a tribus dicta sententia non sit, quid neganda sponsione mihi voluissem? cognitione enim secundum pactionem non facta, neque ego iam sponsione tenerer. Quare nequaquam, iudices, praetermittens veram defensionem, si spondidisset, ad infitiandum venissem.

30. At vero illud quoque a testibus confirmatum vobis est, pactione ab istis abolita, aliam istum et Parmenontem conscribere voluisse, quum irrita essent quae prius inter eos convenerant. atqui quum de futura cognitione aliam

ρουσιν συνθήκας γράφεσθαι, ἐπειδὴ αἱ ὑπάρχουσαι ἀπώ-  
 λοντο· πῶς ἐνῆν μὴ γραφείσων συνθηκῶν ἐτέρων ἢ  
 δαίταν γενέσθαι ἢ ἐγγυήν; περὶ αὐτοῦ γὰρ τούτου διε-  
 15 νεχθέντες οὐκ ἔγραψαν ἕτερα γράμματα, ὃ μὲν ἀξίων  
 ἓνα δαιτητὴν αὐτῶ εἶναι, ὃ δὲ τρεῖς. Ὅποτε δ' αἱ  
 μὲν ἐξ ἀρχῆς συνθήκαι ἠφανίσθησαν, καθ' ἃς ἐμέ φησι  
 γενέσθαι ἐγγυητήν, ἕτεροι δὲ μὴ ἐγράφησαν· πῶς ὀρ-  
 20 θῶς ἂν ἐμοὶ δικάζοιτο, καθ' οὗ μὴ ἔχει παρασχέσθαι  
 συνθήκας;

31. Ἄλλὰ μὴν καὶ ὡς ἀπηγόρευεν ὁ Παρμένων τῶ  
 Ἀριστοκλεῖ καθ' αὐτοῦ μὴ γιγνώσκειν ἄνευ τῶν συν-  
 δαιτητῶν, μεμαρτύρηται ὑμῖν. ὅταν δὲ ὁ αὐτὸς ἠφανι-  
 κῶς φαίνεται τὰ γράμματα καθ' ἃ εἶδει τὴν δαίταν γε-  
 25 νέσθαι, καὶ ἄνευ τῶν συνδαιτητῶν παρὰ τὴν ἀπόβρῃ-  
 σιν φῆ δεδιητηκέαι· πῶς ἂν τούτῳ τῶ ἀνθρώπῳ πι-  
 στεύσαντες δικαίως ἐμὲ ἀπολέσαιτε; (32) Σκέψασθε γὰρ  
 τοῦτ', ὡς ἄνδρες δικασταί: εἰ μὴ ἐμὲ νυνὶ ἀλλὰ τὸν  
 Παρμένοντα ἐδίωκεν Ἀπατούριος οὗτος, εἰσπράττων  
 903 τὰς εἴκοσι μνᾶς, ἰσχυριζόμενος τῇ Ἀριστοκλέους γνώ-  
 σει, ὃ δὲ Παρμένων παρὼν ἀπελογεῖτο ὑμῖν καὶ μάρ-  
 τυρας παρείχετο, τοῦτο μὲν ἐστὶ οὐ μόνον τῶ Ἀριστοκλεῖ  
 ἀλλὰ τρίτῳ ἐπέτρεψεν, (33) εἶθ' ὅτι ἀπέειπεν αὐτῶ ἄνευ  
 5 τῶν συνδαιτητῶν καθ' αὐτοῦ μὴ ἀποφαίνεσθαι, καὶ  
 ἐστὶ ἀπολομένης αὐτῶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παιδῶν ὑπὸ  
 τοῦ σεισμοῦ καὶ ἐπὶ τηλικαύτην συμφορὰν ἀπάραντος  
 οἴκαδε ὃ τὰς συνθήκας ἠφανικῶς ἐρήμην αὐτοῦ ἐν τῇ  
 10 ἀποδημίᾳ κατέγνω τὴν δαίταν· ἔστιν ὅστις ἂν ὑμῶν  
 ταῦτα τοῦ Παρμένοντος ἀπολογουμένου τὴν οὕτω παρα-  
 νόμως γνωσθεῖσαν δαίταν κυρίαν ἔγνω εἶναι; (34) Μὴ  
 γὰρ ἐστὶ ἀμφισβητούμενων ἀπάντων, ἀλλ' εἰ ἦσαν μὲν αἱ  
 συνθήκαι, ὠμολογεῖτο δ' εἰς εἶναι ὃ δαιτητῆς Ἀριστο-  
 15 κλῆς, μὴ ἀπέειπε δὲ ὁ Παρμένων αὐτῶ καθ' αὐτοῦ μὴ  
 δαιτῆν, ἀλλὰ συνέβη πρὶν [ἢ] τὴν ἀπόφασιν γενέσθαι  
 τῆς διαίτης ἢ συμφορᾶς τῶ ἀνθρώπῳ· τίς οὕτως ὠμός  
 ἐστὶν ἀντίδικος ἢ δαιτητῆς ὃς οὐκ ἂν ἀνεβάλετο εἰς τὸ  
 20 ἐπιδημῆσαι τὸν ἄνθρωπον; εἰ δ' ὁ Παρμένων εἰς λόγον  
 καταστάς πανταχοῦ δικαιοτέρ' ἂν φαίνοιτο λέγων τούτου  
 πῶς ἂν ὀρθῶς ἐμοῦ καταγιγνώσκοιτε, ὧ τὸ παράπαν  
 πρὸς τὸν ἄνθρωπον τουτοῖ μὴδὲν συμβόλαιόν ἐστιν;

35. Ὅτι μὲν οὖν ἐγὼ μὲν ὀρθῶς τὴν παραγραφὴν πε-  
 25 ποίημαι, Ἀπατούριος δὲ τὰ ψευδῆ ἐγκέκληκε καὶ παρὰ  
 τοὺς νόμους τὴν λῆξιν πεποίηται, ἐκ πολλῶν ὁμοίαι  
 ἐπιδεδεῖχθαι τοῦτο ὑμῖν, ὧ ἄνδρες δικασταί. τὸ δὲ κε-  
 φάλαιον, πρὸς ἐμὲ οὐδ' ἐπιχειρήσει λέγειν Ἀπατούριος,  
 ὡς συνθήκαι τινες αὐτῶ εἰσίν. ὅταν δὲ λέγη ψευδόμενος  
 904 ὡς ἐν ταῖς πρὸς τὸν Παρμένοντα συνθήκαις ἐνεγράφη  
 ἐγγυητῆς· ἀπαιτεῖτε αὐτὸν τὰς συνθήκας. (36) Καὶ  
 ἐνταῦθ' αὐτῶ ἀπαντᾶτε, ἐστὶ πάντες ἄνθρωποι, ὅταν  
 πρὸς ἀλλήλους ποῦνται συγγραφάς, τούτου ἕνεκα ση-  
 5 μνημόνοιο τίθενται παρ' οἷς ἂν πιστεύσωσιν, ἵν', ἐάν τι  
 ἀντιλέγωσιν, ἢ αὐτοῖς ἐπανελθοῦσιν ἐπὶ τὰ γράμματα  
 ἐντεῦθεν τὸν ἔλεγχον ποιήσασθαι περὶ τοῦ ἀμφισβη-  
 τουμένου. ὅταν δ' ἀφανίσας τις τάχριδὲς λόγῳ ἕξαπα-  
 τῶν πειρᾶται· πῶς ἂν δικαίως πιστεύοιτε; (37) Ἄλλὰ νῆ

pactionem conscribere voluerint, priore perdita; quo pacto  
 alia pactione non scripta vel arbitrium fieri vel sponsio po-  
 tuit? de hoc enim ipso orta controversia tabulas alias non  
 fecerunt, isto unum, illo tres arbitros postulante. Quum  
 autem prima pactio, qua me sponsorem esse factum dicit,  
 perierit, alia vero scripta non sit; quo jure mecum litigare  
 potest, contra quem nequit proferre pactionem?

31. At interdixisse Parmenontem Aristocli, ne contra se  
 absque collegis pronuntiaret, a testibus confirmatum vobis  
 est. quod si constat eundem hominem et pactionem abole-  
 visse, ex qua arbitrium fieri conveniebat, et quanquam ve-  
 titum erat sine collegis se dixisse sententiam ipse fatetur; qui  
 convenit vos fide isti homini habita me perdere? (32) Illud  
 enim considerate, iudices: si non me nunc, sed Parme-  
 nontem accusaret Apaturius iste, minas viginti postulans,  
 Aristoclis cognitione fretus, Parmeno autem praesens defen-  
 deret apud vos testesque adduceret, tum non soli se Aristocli  
 sed cum duobus aliis rem permisisset, (33) tum interdixisse,  
 ne se absque collegis damnaret, tum uxore sibi et liberis  
 terrae motu oppressis seque ad tantam calamitatem domum  
 profecto eum, qui pactionem abolevit, contra absentem  
 tanquam in deserta causa sententiam dixisse; estne vestrum  
 quiaquam, qui Parmenonte ita se defendente, decerneret,  
 ut tanta iniquitate factum arbitrium ratum esset? (34) Non  
 modo controversis omnibus, sed tametsi exstaret pactio et  
 constaret unum fuisse Aristoclem arbitrum, tametsi non  
 vetuisset Parmeno contra se eum arbitrum pronuntiare,  
 sed si evenisset ante arbitri sententiam homini talis cala-  
 mitas; quis ita inhumanus est adversarius aut arbiter, qui  
 non ad ejus reditum distulisset? sin autem Parmeno ratione  
 reddita ab omni parte aequiora dicere videretur, quam iste;  
 quo jure me damnaretis, cui cum isto homine pacti prorsus  
 nihil est?

35. Me igitur exceptionem recte opposuisse, Apaturium  
 autem falso accusasse contraque leges iudicium esse ade-  
 ptum, id vobis, iudices, multis argumentis probatum esse  
 confido. et, quod praecipuum est, quicquam sibi mecum  
 esse commercii Apaturius nec dicere instituet. sin per men-  
 dacium dicat me in pactione Parmenontis sponsorem esse  
 inscriptum; pactionem ab eo requirite. (36) Et hinc ei occurrite  
 omnes homines quum tabulas inter se faciunt, propterea  
 obsignatas apud eos deponere, quibus fidem habeant, ut,  
 si qua dissensio extiterit inter eos, ad tabulas reversi,  
 inde controversiarum explicationem petant. si quis autem  
 tabulis abolitis eludere accuratam inquisitionem verbis stu-  
 duerit; quid fidei jure ei habeatis? (37) At per Jovem, (id



10 Δία (τὸ βῆστον τοῖς ἀδικεῖν καὶ συκοφαντεῖν προσηρ-  
 μένοις) μαρτυρήσει τις αὐτῶ κατ' ἐμοῦ. Ἐάν οὖν  
 ἐπισκῆψωμαι αὐτῶ· πόθεν τὴν ἀπόδειξιν ποιήσεται τοῦ  
 ἀληθῆ μαρτυρεῖν; ἐκ τῶν συνθηκῶν; τοῦτο τοῖνον μὴ  
 15 ἀναβαλλέσθω, ἀλλ' ἤδη φερέτω ὁ ἔγων τὰς συνθήκας.  
 εἰ δ' ἀπολωλέναι φησί· πόθεν λάβω ἐγὼ τὸν ἔλεγχον  
 καταψευδομαρτυρηθείς; εἰ μὲν γὰρ παρ' ἐμοὶ ἐτέθη τὸ  
 γραμματεῖον· ἐνῆν αἰτιάσασθαι Ἀπατουρίῳ ὡς ἐγὼ  
 20 τῶ Ἀριστοκλεῖ· διὰ τί, εἴπερ ἄνευ τῆς τούτου γνώμης  
 ἀπολώλασιν αἱ συνθήκαι, τῶ μὲν λαβόντι αὐτὰς καὶ οὐ  
 παρέχοντι οὐ δικάζεται, ἐμοὶ δ' ἔγκαλει, μάρτυρα  
 παρεχόμενος κατ' ἐμοῦ τὸν ἠφανικότα τὰς συνθήκας,  
 25 ᾧ προσῆκεν αὐτὸν ὀργίζεσθαι, εἴπερ μὴ κοινῇ μετὰ  
 τούτου ἰκαροτέχνη;  
 Εἰρηταί μοι τὰ δίκαια, ὅσα ἡδυνάμην. ὕμεις οὖν  
 κατὰ τοὺς νόμους γιγνώσκετε τὰ δίκαια.

34.

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο ΠΡΟΣ ΦΟΡΜΙΩΝΑ  
ΠΕΡΙ ΔΑΝΕΙΟΥ.

905

## ΔΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

1. Φορμίον ἔμπορος δανείζεται παρὰ Χρυσίππου μνᾶς εἰ-  
 κοσι πλείον εἰς Βόσπορον. ἀρπικόμενος δὲ ἐκέλευε καταλαβεῖν  
 ἀπράσιαν τῶν φορτίων ἂν ἐκόμιζε. διόπερ τοῦ ναυκλήρου Λάμ-  
 5 πιδος ἀποπλεῖν βουλομένου Ἀθήναζε, καὶ κελεύοντος αὐτὸν  
 ἐνθάσθαι τῇ νηὶ τὰ ἀγοράσματα τῶν χρημάτων τῶν παρὰ Χρυ-  
 σίππου (τοῦτο γὰρ ἔπραξεν ἡ συγγραφή), οὔτε φόρτον τινὰ  
 ἐνέθετο οὔτε ἀργύριον, ἀλλ' ἔφη πρὸς τὸν Λάμπιν ἀδυνάτως  
 10 ἔχειν ἐν τῷ παρόντι ποιῆσαι ταῦτα, μικρὸν δ' ὕστερον ἐφ'  
 ἑτέρως ἐκπλεύσεσθαι νεὺς ἅμα τοῖς χρήμασιν. Ἡ μὲν οὖν τοῦ  
 Λάμπιδος ναὺς ἀναχθεῖσα διαφθείρεται, καὶ μετ' ὀλίγων ὁ Λάμ-  
 πιδος ἐν τῷ λήμβῳ σώζεται, καὶ ἀρπικόμενος Ἀθήναζε μὴνύει  
 15 Χρυσίππῳ τὸ εὐτύχημα τοῦ Φορμίονος, ὡς ἀπελείφθη τε ἐν  
 τῷ Βοσπόρῳ καὶ εἰς τὴν ναῦν οὐδὲν ἐνέθετο. ὁ δὲ Φορμίον κα-  
 ταπλεύσας ὕστερον καὶ τὸ ἀργύριον ἀπαιτούμενος, τὸ μὲν πρῶ-  
 τον, ὡς ἔφη Χρυσίππος, καὶ ὀφείλειν ὠμολόγη καὶ ἀποδώσειν  
 20 ὑπισχνεῖτο, ἔπειτα ὡς ἀποδεδωκὼς Λάμπιδι μὴδὲν ὀφείλειν  
 ἔλεγε. τὴν γὰρ συγγραφὴν κελεύειν παθούσης τι κατὰ θάλατ-  
 ταν τῆς νεὺς ἀπηλλάχθαι τοῦ ὀφλήματος τὸν Φορμίωνα. Ἐλα-  
 χεν οὖν δίκην αὐτῷ ὁ Χρυσίππος, ὁ δὲ συνεγράψατο. καὶ Λάμ-  
 25 πιδος ἑμαρτύρησε παρὰ τῷ δισαιτητῇ ὡς ἀπειληφῶς εἶη παρὰ  
 Φορμίονος ἐν Βοσπόρῳ τὰ χρήματα καὶ ἀπολωλεκῶς μετὰ τῶν  
 906 ἄλλων ἐν τῇ ναυαγίᾳ. πρότερον δὲ τάναντία τούτων εἰρήκει  
 πρὸς Χρυσίππον, ὡς οὐδὲν ὁ Φορμίον εἰς τὴν ναῦν ἐντέθεικεν.  
 Ἐλεγχόμενος δὲ ἐπὶ τούτοις ὁ Λάμπιδος ἐξεστηκέναι τότε ἔφησεν,  
 5 ὅτε ἐκεῖνα πρὸς τὸν Χρυσίππον ἔλεγε. τούτων ἀκούσας ὁ δισαι-  
 τητής καὶ μὴδὲν ἀποφηνάμενος εἰς τὸ δικαστήριον τὸ πρᾶγμα  
 πέποιμε.

quod est omnino factu facillimum injuriarum et calumnia-  
 rum studiosis) testimonium aliquis ei in me dicet. Si vero  
 contra eum exceptione utar; unde probabit se testari verum?  
 e pactione? id igitur ne differat, sed jam proferat qui habet.  
 sin eam periisse dicit; unde falsus testis me convincat?  
 nam si apud me depositae essent tabulae; Apaturio liceret  
 criminari me propter sponsonem pactionem abolevisse. (38)  
 sin apud Aristoclem; quamobrem, si absque istius consensu  
 pactio perit, de me queritur, quum eum, qui accepit illam  
 et non exhibet, in judicium non vocet, contra me testem  
 producens, qui tabulas abolevit, cui eum irasci convenie-  
 bat, nisi communitatis cum isto operis fallaciam istam  
 commentus esset?

Ego causam justam dixi, ut poteram. vos igitur secun-  
 dum leges decernite, quae sunt justa.

34.

## DEMOSTHENIS

ORATIO ADVERSUS PHORMIONEM  
DE PECUNIA MUTUO DATA.

## LIBANI ARGUMENTUM.

1. Phormio mercator in Bosporum navigaturus minas a  
 Chrysippo viginti mutuatur. quo quum venisset, res ita  
 comparatas offendit, ut, quas vehebat merces, non essent  
 vendibiles. quare naviculario Lampide Athenas redituro  
 eumque imponere navi ea, quae Chrysippea pecunia com-  
 parasset, jubente (sic enim tabulae continuebant) nec sarcinam  
 ullam, nec argentum imposuit, sed ad Lampidem dixit praes-  
 tare in praesentia se ea non posse, sed paulo post alia navi  
 cum pecunia e mercibus abiturum. Lampidis ergo navis in  
 altum provecta perit, et Lampis cum paucis lembo evadit,  
 Athenasque reversus Chrysippo felicitatem Phormionis signi-  
 ficat, qui et in Bosporo remansisset, et nihil navi imposuis-  
 set. Post Phormio Athenas pervectus, quum argentum ab  
 eo reposceretur, primum, ut ait Chrysippus, et debere se  
 fatetur et redditurum pollicetur, deinde quicquam debere  
 negat, ut qui Lampidi dedisset, quod tabulae juleant, si  
 quid in mari acciderit navi, Phormionem liberatum esse aere  
 alieno. Diem illi Chrysippus dixit, aliter autem simul illum  
 intendit. Lampis apud arbitrum testatur se pecuniam a  
 Phormione in Bosporo recepisse, et una cum ceteris in  
 naufragio perdidisse. prius autem contrarium dixerat apud  
 Chrysippum, Phormionem nihil in navem posuisse. quorum  
 quum Lampis coargueretur; se tum alienatae mensis fulasse  
 dicit, quum ad Chrysippum illa diceret. his arbiter auditis  
 nulla sententia dicta negotium in judicium remittit.

2. Καὶ ὁ ἀγὼν ὀνόματι μὲν ἐστὶ παραγραφικός, τῷ δὲ ἀληθεῖ πρὸς \* τὴν εὐθείαν γίγνεται. εὐ γὰρ καὶ ὁ ῥήτωρ κατ' ἀρχὰς  
10 ἐπισημαίνεται ὡς οὐκ ἐστὶν ὅλον παραγραφὴ τὸ λέγειν πεποιη-  
κέναι πάντα κατὰ τὰ συγκαίμενα, ἀποδεδωκέναι \* τὰ χρήματα  
Λάμπιδι, κελειούσης τοῦτο τῆς συγγραφῆς καὶ ἀπίσεως ἐπὶ  
τοιοῦτο πάθει τὸ ὄφλημα. ταῦτα γὰρ ἐστὶ τὴν εὐθυδικίαν ἀγ-  
15 νιζομένου καὶ τοῖς ἐπιφερομένοις ἐγγλήμασιν ἀπαντῶντος,  
ἀλλ' οὐχὶ ἀναφυόντος τὸν περὶ αὐτῶν ἀγῶνα καὶ τὴν εἰσαγω-  
γὴν τῆς δίκης. παραγραφὴν δέ, φησὶν, ὁ νόμος δίδωσι περὶ τῶν  
μὴ γενομένων \* ὅλως Ἀθήνησι μὴδὲ εἰς Ἀθήνας συμβολαίων.

3. Τετήρηται δὲ ἐν τῷ λόγῳ ταῦτόν ὅπερ καὶ περὶ τὸν \* κατὰ  
20 Νεαίρας, ὅτι μὴ ὑφ' ἐνὸς εἴρηται προσώπου, ἀλλ' ἡ θατέρου \*  
διαστολὴ φανερά, ἐνταῦθα δὲ συγχέυται. Δοκεῖ δὲ ἔμοιγε ἐν-  
τεῦθεν ὁ δεύτερος λέγειν; \* ἀκούσας τοῖνον ἡμῶν, ὡ ἄνδρες Ἀ-  
θηναῖοι, Θεόδοτος πολλάκις, καὶ νομίσας τὸν Λάμπιν ψευδῆ  
25 μαρτυρεῖν. » ἔβλον δὲ ὅτι κοινοῖοι τινές εἰσι οἱ πρὸς τὸν Φορ-  
μίωνα ἀγνιζόμενοι.

### ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ Ο ΠΡΟΣ ΦΟΡΜΙΩΝΑ ΠΕΡΙ ΔΑΝΕΙΟΥ.

907 1. Δίκαια ὑμῶν δεησόμεθ', ὡ ἄνδρες δικασταί, ἀκού-  
σαι ἡμῶν μετ' εὐνοίας ἐν τῷ μέρει λεγόντων, γνόντας  
ὅτι ἰδιώται παντελῶς ἐσμὲν, καὶ πολλὸν χρόνον εἰς τὸ  
ὑμέτερον ἐμπόριον εἰσαφικνούμενοι καὶ συμβόλαια  
5 πολλοῖς συμβάλλοντες οὐδεμίαν πώποτε δίκην πρὸς  
ὑμᾶς ἤλθομεν οὔτ' ἐγκαλοῦντες οὔτ' ἐγκαλοῦμενοι ὑφ'  
ἐτέρων. (2) Οὐδ' ἂν νῦν, ἀκριβῶς ἴσῃτε, ὡ ἄνδρες Ἀθη-  
ναῖοι, εἰ ὑπελαμβάνομεν ἀπολωλέναι τὰ χρήματα ἐπὶ  
10 τῆς νεῶς τῆς διαφθοραίσης, ἃ ἐδανείσαμεν Φορμίῳνι,  
οὐκ ἂν ποτ' ἐλάχομεν τὴν δίκην αὐτῶ. οὐχ οὕτως  
ἡμεῖς ἀνάσχυτοί ἐσμεν οὐδ' ἀπειροὶ τοῦ ζημιουῦσθαι.  
πολλῶν δ' ἡμᾶς κακιζόντων, καὶ μάλιστα τῶν ἐμπό-  
ρων ἐπιδημησάντων ἅμα Φορμίῳνι, ὅπερ τοῦτον ἤδε-  
15 σαν οὐ συναπολέσαντα τὰ χρήματα ἐν τῇ νηί, δεῖνόν  
ἡγούμεθ' εἶναι τὸ μὴ βοηθῆσαι ἡμῖν ἀδικουμένοις ὑπὸ  
τούτου.

3. Περὶ μὲν οὖν τῆς παραγραφῆς βραχύς ἐστιν ὁ  
λόγος. καὶ γὰρ οὗτοι οὐ τὸ παράπαν συμβόλαιον ἐξα-  
20 νοῦνται μὴ γενέσθαι ἐν τῷ ἐμπορίῳ τῷ ὑμετέρῳ, ἀλλ'  
οὐκέτι εἶναι φασὶ πρὸς ἑαυτοὺς οὐδὲν συμβόλαιον. πε-  
908 ποιηκέναι γὰρ οὐδὲν ἔξω τῶν ἐν τῇ συγγραφῇ γε-  
γραμμένων. (4) Οἱ μὲν οὖν νόμοι, καθ' οὓς ὑμεῖς δι-  
κασταὶ κάθησθε, οὐχ οὕτω λέγουσιν, ἀλλ' ὑπὲρ μὲν  
τῶν μὴ γενομένων ὅλως συμβολαίων Ἀθήνησι μὴδ'  
6 εἰς τὸ Ἀθηναίων ἐμπόριον παραγράφεσθαι δεδώκασιν,  
ἐὰν δέ τίς γενέσθαι μὲν ἠμολογῆ, ἀμφισβητῆ δὲ ὡς  
πάντα πεποίηκε τὰ συγκαίμενα, ἀπολογεῖσθαι κελεύου-  
σιν εὐθυδικίαν εἰσιόντα, οὐ κατηγορεῖν τοῦ διώκοντος.  
Οὐ μὴν ἀλλ' ἐγωγε ἐπιτίω καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγμα-  
τος δεῖξει εἰσαγώγιμον τὴν δίκην οὕσαν. (6) Σκέψα-  
10 σθε δ', ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τί ἠμολογεῖται παρ' αὐ-  
τῶν τούτων καὶ τί ἀντιλέγεται. οὕτω γὰρ ἂν ἄριστα  
ἐξετάσαιτε. Οὐκοῦν δανείσασθαι μὲν τὰ χρήματα  
15 ἠμολογοῦσι καὶ συνθήκας ποιήσασθαι τοῦ δανείσματος,

2. Ac causa nomen illa quidem habet exceptionis, re vera autem recto jure agitur. bene enim etiam orator innuit in principio, non omnino esse exceptionem, quum dicit se fecisse omnia secundum pacta et conventa, reddidisse Lampidi pecuniam, id quod tabulae jubebant et res alienam tali eventu remittebant. haec enim ejus sunt, qui recto jure contendit et objecta crimina diluit, non autem illius, qui totam controversiam tollit et hanc actionem recusat. Exceptionem autem, inquit, largitur lex de his, qui prorsus Athenis non fiunt neque Athenas referendi sunt, contractibus.

3. Idem autem et in hac oratione observatum est, quod et in oratione contra Neeram, non ab una persona eam esse habitam, sed alterius discrimen apparet, hic autem confusum est. Mihi vero secundus hinc ordiri videtur; « Quum igitur e nobis, Athenienses, saepe audivisset Theodotus atque existimaret Lampidem falsum esse testem. » Apparet autem socios esse, qui adversus Phormionem litigant.

### DEMOSTHENIS ORATIO ADVERSUS PHORMIONEM DE PECUNIA MUTUO DATA.

1. Rem aequam precabimur a vobis, iudices, ut nos cum benivolentia audiat alteris vicibus dicentes, eam ob causam, quod et judiciorum omnino rudes sumus et, quum longo jam tempore mercatum vestrum frequentemus ac cum multis negotia contrahamus, nunquam ad vos venimus vel ipsi rem petentes vel ab aliis petiti. (2) Ac nec nunc, Athenienses, credite nobis, si putaremus fracta navi periisse pecuniam, quam Phormioni mutuo dedimus, unquam cum eo litigaremus. non ita nos impudentes sumus aut jacturae insolentes. quum vero multi nostram ignaviam reprehendant, et in primis mercatores, quum una cum Phormione luuc venissent, qui eum sciebant non una cum ceteris in navi pecuniam amisisse, grave esse putabamus opem non ferre nobis laesis.

3. Ac de exceptione quidem non multis est opus. nam adversarii non omnino negant contractum in vestro mercatu esse factum, sed nihil secum rei nobis amplius esse dicunt, quod nihil extra ea, quae tabulis contineantur, fecerint. (4) Leges igitur, e quarum praescripto vos iudices sedetis, non ita loquuntur, sed de contractibus Athenis omnino non factis nec in Atheniensium mercatum referendis excipere forum permiserunt, sin quis factum esse fateatur, seque fecisse, quae convenerint, omnia contendat, recta intentionis depulsione se defendere jubent petitem, non accusare exceptione petitem. Atamen spero etiam ipsa re me ostensurum dandam esse nobis hanc actionem. (5) Considerate, Athenienses, quid isti ipsi fateantur et quid negent. sic enim rem optime intelligatis. Fateantur se et mutuos pecuniam et fecisse pactum de mutuo, sed

φασὶ δ' ἀποδεδωκέναι τὸ χρυσίον Λάμπιδι τῷ Δίωνος οἰκέτῃ ἐν Βοσπόρῳ. Ἡμεῖς τοίνυν οὐ μόνον τοῦτο δείξομεν, ὡς οὐκ ἀπέδωκεν, ἀλλ' ὡς οὐδ' ἐξῆν αὐτῷ ἀποδοῦναι. Ἀναγκαῖον δ' ἐστὶ βραχέα τῶν ἐξ ἀρχῆς διηγήσασθαι ὑμῖν.

20 6. Ἐγὼ γάρ, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐδάνεισα Φορμίωνι τούτῳ εἴκοσι μνᾶς ἀμφοτερόπλου ἐν τὸν Πόντον ἐπὶ † ἐτέρᾳ ὑποθήκῃ, καὶ συγγραφὴν ἐθέμην παρὰ Κίττῳ τῷ τραπέζιτῃ, κελευούσης δὲ τῆς συγγραφῆς  
25 ἐνθῆσθαι εἰς τὴν ναῦν τετρακιςχιλίων φορτία ἄξια, πρᾶγμα ποιᾷ πάντων δεινότατον. εὐθὺς γὰρ ἐν τῷ Πειραιεῖ ἐπιδανεῖζεται λάθρα ἡμῶν παρὰ μὲν Θεοδώρου τοῦ Φοινίκου τετρακιςχιλίας πεντακοσίας δραχμᾶς, παρὰ δὲ τοῦ ναυκλήρου Λάμπιδος χιλίας δραχμᾶς. Δέον δ' αὐτὸν καταγοράσαι φορτία Ἀθήνηθεν  
909 μνῶν ἑκατὸν δεκαπέντε, εἰ ἡμελλε τοῖς δανεισταῖς πᾶσι ποιήσῃν τὰ ἐν ταῖς συγγραφαῖς γεγραμμένα, οὐ κατηγόρασεν ἀλλ' ἢ πεντακιςχιλίων καὶ πεντακοσίων δραχμῶν, σὺν τῷ ἐπισιτισμῷ. ὀφείλει δ' ἐβδομή-  
5 κοντα μνᾶς καὶ πέντε. Ἄρχῃ μὲν οὖν αὕτη ἐγένετο τοῦ ἀδικήματος, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι. οὔτε γὰρ τὴν ὑποθήκην παρέσχετο, οὔτε τὰ χρήματ' ἐνέθετ' εἰς τὴν ναῦν, κελευούσης τῆς συγγραφῆς ἐπάναγκες ἐντίθεσθαι. Καί μοι λαβὴ τὴν συγγραφὴν.

10

## ΣΥΓΓΡΑΦΗ.

Λαβὴ δὴ καὶ τὴν τῶν πενηκοστολόγων ἀπογραφὴν καὶ τὰς μαρτυρίας.

## ΑΠΟΓΡΑΦΗ. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

8. Ἐλθὼν τοίνυν εἰς τὸν Βόσπορον, ἔχων ἐπιστολάς παρ' ἐμοῦ, ἃς ἔδωκ' αὐτῷ ἀπενεργεῖν τῷ παιδὶ τῷ ἐμῷ  
15 παραχειμαζόντι ἐκεῖ καὶ κοινῶν τινί, γράψας ἐν τῇ ἐπιστολῇ τό τε ἀργύριον ὃ ἐδεδανείκειν καὶ τὴν ὑποθήκην, καὶ προστάξας, ἐπειδὴν τάχιστα' ἐξαιρεθῆ τὰ χρήματα, ἐξετάξῃν καὶ παρακολουθεῖν, τὰς μὲν ἐπιστολάς οὐκ ἀποδίδωσιν οὗτος, ἃς ἔλαβε παρ' ἐμοῦ, ἵνα  
20 μὴδὲν εἰδείησαν ὧν ἔπραττεν οὗτος, καταλαβὼν δ' ἐν τῷ Βοσπόρῳ μοχθηρὰ τὰ πράγματα διὰ τὸν συμβάντα πόλεμον τῷ Παρυσάδῃ πρὸς τὸν Σκύθην καὶ τῶν φορ-  
25 τίων ὧν ἦγε πολλὴν ἀπρασίαν, ἐν πάσῃ ἀπορίᾳ ἦν. καὶ γὰρ οἱ δανεισταὶ εἶχοντο αὐτοῦ οἱ τὰ ἐτερόπλοια δανείσαντες. (9) Ὡστε τοῦ ναυκλήρου κελεύοντος αὐτὸν κατὰ τὴν συγγραφὴν ἐντίθεσθαι τὰ ἀγοράσιμα τῶν ἐμῶν χρημάτων, εἶπεν οὗτος ὃ νῦν φάσκων ἀποδεδωκέναι τὸ χρυσίον, ὅτι οὐκ ἂν δύναίτο ἐνθῆσθαι εἰς  
910 τὴν ναῦν τὰ χρήματα. ἀπρατον γὰρ εἶναι τὸν ῥῶπον. κακίον μὲν ἐκέλευεν ἀνάγεσθαι, αὐτὸς δ' ἐπειδὴν διάθηται τὰ φορτία, ἐφ' ἐτέρας νεὺς ἐφη ἐκπλεύσεσθαι. Καί μοι λέγε ταύτην τὴν μαρτυρίαν.

5

## ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

10. Μετὰ ταῦτα τοίνυν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὗτος

reddidisse dicunt aurum Lampidi famulo Dionis in Bosphoro. Nos vero non solum id ostendemus, non reddidisse eum, sed ne potuisset quidem reddere. Necessae est autem vobis pauca ex iis, quae ab initio acta sunt, narrari.

6. Ego, Athenienses, Phormioni isti mutuo dedi minas viginti in tempus itineris in Pontum faciendi et reditus sub sponsione alius pignoris addendi (praeter merces navi imponendas) et tabulas, quas pepigeramus, apud Cittum argentarium deposui. quum autem tabulae imponi navi onera pretii quater mille drachmarum jubeant; facinus audet omnium iniquissimum. statim enim in Piraeo mutuatorem insuper clam nobis a Theodoro Phoenice drachmas quater mille quingentas, a Lampide naviculario mille drachmas. (7) Quumque eum oporteret commercari Athenis onera minis centum quindecim, si praestare creditoribus pacta in tabulis voluisset; non mercatus est amplius quam quinque mille quingentis drachmis cum comaeatu. sed debet minas septuaginta quinque. Hoc igitur initium fuit, Athenienses, injuriarum. neque enim vel pignus de suo praestitit vel merces eas in navem contulit, quum tabulae jubeant necessario in eam conferri. Cape mihi tabulas.

## TABULÆ.

Cape jam portitorum exemplar et testimonia.

## EXEMPLAR. TESTIMONIA.

 5 ἀντικαθίστατο. εἰ δὲ ἠρνεῖτο τὴν οὐσίαν ἀντεδείδουσαν. Νῦν  
 τοίνυν εἰς τῶν τριακοσίων πεπονημένοι λέγων καὶ εἶναι πένης  
 ἐπὶ Φαινίππον ἐγγλυθε, καὶ τῆς οὐσίας εἰς ἀντίδοσιν ἤκουσι.  
 10 περὶ δὲ τούτων ἐγκαλεῖ τῶ Φαινίππῳ ὡς οὕτ' ἔστι τὴν ἀπογραφὴν  
 τῆς οὐσίας δεδωκῶτι κατὰ τὸν προσήκοντα χρόνον ἀλλ' ὕστερον  
 πολλῶ, τὰ τε σημεῖα τῶν οἰκημάτων ἀρρηκῶτι ὑπὲρ τοῦ δια-  
 φορησαί τινα τῶν ἔνδον, καὶ ψευδῶς ὀφείλειν πολλὰ πραττομένην.

## Ο ΠΡΟΣ ΦΑΙΝΙΠΠΟΝ ΠΕΡΙ ΑΝΤΙΔΟΣΕΩΣ.

Πολλὰ κατὰ γὰρ γίνονται, ὧς ἄνδρες δικασταί, πρῶ-  
 τον μὲν ἡμῖν ἄπασι, ἔπειτα δὲ καὶ Σόλωνι τῶ νομοθε-  
 τήσαντι τὸν περὶ τῶν ἀντιδόσεων νόμον. εἰ μὴ γὰρ  
 οὗτος ἡμῖν σαφῶς διώρισε τί πρῶτον δεῖ ποιεῖν τοὺς  
 ἀντιδεδωκότας καὶ τί δεύτερον καὶ τρίττον δὲ ἐφεξῆς· οὐκ  
 5 οἷδ' ὅποι προήλθεν ἂν ἡ τοῦ Φαινίππου τόλμα, ὅπου γὰρ

## INDEX. TESTIMONIUM.

29. Nonne igitur iste manifesto habet quadraginta minas  
 dotis jam pridem, ego vero triginta, quemadmodum iste,  
 drachmas autem mille postea non solum non accepi, sed et  
 nunc de iis periclitor, quasi injuste teneam? His itaque de  
 causis, iudices, Spudias re amicis permissa litem mecum  
 transigere noluit, quod ei accidebat, ut horum omnium  
 convinceretur. Quum enim illi omnibus his interfuissem,  
 et certo ea scirent; non permisissent ei quidvis dicere, apud  
 vos autem, se mentientem, me vera dicente, fore superio-  
 rem sperat. (30) Ego vero quæ postulo, perspicue vobis  
 demonstravi, ut ipse potui, rei gnarus autem iste fugit,  
 quod putabat iis fucum fieri non posse. Quare, iudices,  
 etiam vos ei potestatem mentiendi et calumniandi ne date,  
 eorum quæ diximus memores. nostis enim omnia ut gesta  
 sunt, præterquam si quid ego præterii, ad exiguam aquam  
 dicere coactus.

ORATIO ADVERSUS PHÆNIPPUM  
DE PERMUTATIONE.

## ARGUMENTUM.

Hæc oratio non refertur a nonnullis ad Demosthenem, ar-  
 gumentum autem tale habet. Erat classis apud Athenienses  
 trecentorum virosum, in quam ditissimi legebantur, quibus  
 onera graviora imposita erant. Lex autem permittebat ei,  
 qui sumptibus laborabat, ut ea classe excederet, si quem se  
 locupletiozem vacantem ostendisset. Quod si is, qui designa-  
 batur, se ditiozem esse fatebatur; in trecentos alterius loco  
 referebatur. sin negabat; permutabant inter se facultates.  
 Nunc igitur trecentorum unus se laborare querens et paupe-  
 rem esse, Phænippum aggreditur. quare ad opum permutatio-  
 nem veniunt. Accusat autem Phænippum, quod neque indi-  
 cem rei familiaris legitimo tempore dederit, sed multo post;  
 et signa ab ædibus abstulerit, ut quædam, quæ intus fuerint,  
 distraheret, et falso se multa debere fingat.

ORATIO ADVERSUS PHÆNIPPUM  
DE PERMUTATIONE.

Dii benefaciant, iudices, primum vobis omnibus, deinde  
 etiam Soloni, qui legem tulit de permutationibus. nisi  
 enim is aperte nobis explicasset, quid primum eos, qui  
 permutassent, facere oporteret, quid secundo loco, cætera  
 que deinceps; hanc scio quonam tandem progressa esset  
 Phænippi audacia, quandoquidem etiam nunc, tametsi lex

καὶ νῦν ἅπαντα ταῦτα προλέγοντος ἡμῖν τοῦ νόμου, 1039  
οὐδὲν φροντίσας τῶν ἐν αὐτῷ γεγραμμένων δι-  
καιῶν, ἀντὶ μὲν τοῦ τριῶν ἡμερῶν ἀπ' ἧς ὤμοσε τὴν  
ἀπόφασιν δοῦναι μοι τῆς οὐσίας τῆς αὐτοῦ κατὰ τὸν  
5 νόμον, ἢ εἰ μὴ τότε' ἐβούλετο, τῇ γ' ἕκτη δοῦναι † τοῦ  
Βοηδρομιῶνος μηνός, ἢν δεσθεῖς μου ἔθετο καὶ ἐν ἡώμο-  
λόγησε δώσειν τὴν ἀπόφασιν, (2) οὐδέτερα τούτων ἐποίη-  
σεν, ἀλλὰ καταφρονήσας ἀμφοτέρων, καὶ ἡμῶν καὶ τὰ  
τοῦ νόμου, δευτέρῳ μηνὶ ἔδωκε δυοῖν ἢ τρισὶν ἡμέραις  
πρότερον τῆς εἰς τὸ δικαστήριον εἰσόδου, τὸν δ' ἄλλον  
10 ἅπαντ' ἐκποδῶν ἦν χρόνον, ἀντὶ δὲ τοῦ τὰ σημεῖα εἶναι  
τῶν οἰκημάτων, ἃ παρεσημηνάμην, εἰθῶν εἰς ἀγρὸν  
ἀνέφευγε καὶ τὰς κριθὰς ἐξεφόρῃσε καὶ τὰλλα, ὥσπερ  
ἐξουσίαν δεδοκός τις αὐτῷ τοῦ νόμου ποιεῖν ὅ τι ἂν βού-  
ληται καὶ μὴ ὡς δίκαιόν ἐστιν. (3) Ἐγὼ δ', ὡς ἄνδρες  
15 δικασταί, ἤδιστα ἂν ἐμαυτὸν εἶδον εὐτυχοῦντα ὥσπερ  
πρότερον τῆ οὐσία καὶ μένοντα ἐν τοῖς τριακοσίοις, ἐπειδὴ  
δὲ τὰ μὲν τῆς κοινῆς ἀτυχίας μετασχόντων τοῖς ἄλλοις  
τοῖς ἐργαζομένοις ἐν τοῖς ἔργοις, τὰ δ' ἰδίᾳ μεγάλας  
20 περιπεπτωκῶς ζημίας ἀπολώλεκα τὴν οὐσίαν, καὶ τὸ  
τελευταῖον νυνὶ με δεῖ τῇ πόλει τρία τάλαντα καταθεῖ-  
ναι, τάλαντον κατὰ τὴν μερίδα (μετέσχον γάρ, ὡς μὴ  
ποτ' ὄφελον, καὶ γὰρ τοῦ δημευθέντος μετάλλου)· ἀναγ-  
καῖόν ἐστιν εἰς τὴν ἐμὴν τάξιν πειρᾶσθαι καθιστάναι  
25 τὸν οὐ μόνον ἐμοῦ νῦν ὄντα πλουσιώτερον ἀλλὰ καὶ  
πρότερον, καὶ οὐδεπώποτε οὐδὲν λειψουργηκότα ὑμῖν  
οὐδ' εἰσηνοχότα τῇ πόλει. (4) Δέομαι οὖν ὑμῶν ἅπαν-  
των, ὡς ἄνδρες δικασταί, ἐὰν ἐπιδεικνύω Φαίνιππον  
1040 τουτονὶ καὶ παραβεβηκότα τὰ ἐν τοῖς νόμοις δίκαια  
καὶ πλουσιώτερον ὄντα ἐμαυτοῦ, βοηθησαί μοι καὶ τοῦτον  
εἰς τοὺς τριακοσίους ἀντ' ἐμοῦ καταστήσαι. διὰ τοῦτο  
γὰρ οἱ νόμοι καθ' ἕκαστον ἔτος ποιοῦσι τὰς ἀντιδόσεις,  
5 ὅτι τὸ διετυχεῖν συνεχῶς τῇ οὐσίᾳ οὐ πολλοῖς τῶν πο-  
λιτῶν διαμένειν εἴθισται. Ἐξ ἀρχῆς δ' ὑμῖν πάντα  
τὰ γεγόμενα περὶ τὴν ἀντίδοσιν διηγῆσομαι.  
6. Τοῦ γὰρ Μεταγαιτηνῶνος, ὡς ἄνδρες δικασταί, τῇ  
10 δευτέρᾳ ἰσταμένῳ ἡπόουν οἱ στρατηγοὶ τοῖς τριακοσίοις  
τὰς ἀντιδόσεις. ἐν ταύταις ἐκάλεσα κατὰ τὸν νόμον  
Φαίνιππον τουτονί. καλέσας δὲ καὶ παραλαβὼν τῶν  
οἰκείων τινὰς καὶ φίλων ἐπορευομένην Κύθηράς †† εἰς τὴν  
ἰσχυατὴν αὐτοῦ. καὶ πρῶτον μὲν περιεγαγὼν τὴν  
15 ἰσχυατὴν αὐτοῦ πλέον ἢ σταδίων οὖσαν τετταράκοντα  
κύκλω εἰσεῖξα καὶ διεμαρτυράμην ἐναντίον Φαίνιππου,  
ὅτι οὐδεὶς ὄρος ἔπεστιν ἐπὶ τῇ ἰσχυατῇ. εἰ δὲ φησὶν  
εἰπεῖν ἐκέλευον αὐτὸν ἦδη καὶ δεῖξαι, ὅπως μὴ ὑστερον  
ἐνταῦθα χρέως γενόμενον ἐπὶ τῷ χωρίῳ ἀναφανήσεται.  
20 (6) Ἐπειτα παρεσημηνάμην τὰ οἰκήματα, καὶ τοῦτον  
ἐκέλευον εἰς τὰμὰ βαδίξαι. μετὰ δὲ ταῦτα ἠρόμην  
ἅπου οὐ σίτος εἴη ὁ ἀπληρομένος. ἦσαν γὰρ νῆ τοὺς θεοὺς  
καὶ τὰς θεὰς, ὡς ἄνδρες δικασταί, δύο ἀλωαὶ αὐτόθι,  
μικρῶν πλέθρων ἑκατέρω. ὁ δὲ ἀπεκρίνατό μοι, ὅτι ὁ  
25 μὲν πεπραμένος εἴη τοῦ σίτου, ὁ δ' ἔνδον ἀποκαίμενος.  
(7) Τέλος δ', ἵνα μὴ μακρολογῶ, καταστήσας φυλάτ-  
† Malim pro δοῦναι omissio in Laur. 4 legere φθίνοντας †† Κύθηράς?

nobis omnia ea edicit, tamen jura in ea perscripta negligit,  
et quum intra triduum, ex quo jaraat, indicem rei suae  
familiaris mihi ex lege dare debuisset, aut, si tam mollet,  
vicesimo quinto saltim mensis Boedromionis die, quem  
precibus a me impetrarat et ad quem promiserat se daturum  
indicem, (2) neutrum horum fecit, sed contemptis utrisque  
et nobis et lege, altero mense dedit biduo aut triduo ante ju-  
dicii ingressum, reliquo autem omni tempore delituit, et  
quum signa aedium, quae apposeram, relinquenda essent,  
egressus in agrum aperuit et hordeum et reliqua extulit,  
quasi potestatem ei dedisset lex faciendi quicquid libitum,  
non quid justum esset. (3) Ego vero, judices, maxime  
optarim me florere opibus ut olim, et manere posse in tre-  
centorum numero, quoniam autem partim communis ca-  
lamitatis cum reliquis, qui e fodinis quaestum faciunt, sui  
particeps, partim propriis magnis damnis affectus, perdidit  
rem familiarem, et nunc denique me tria talenta reipublicae  
numerare oportet, talentum singulum pro portione (particeps  
enim et ego fui, quod utinam esset aliter, publicatae  
fodinae); necesse est studere ut in meum locum substituant  
eum, qui non nunc modo est me locupletior, sed etiam prius  
fuit, et nullum vobis unquam manus obiit neque reipublicae  
quicquam contulit. (4) Vos igitur omnes oro, judices, si  
ostendero Phaeippum istum et definita legibus jura violasse  
et me locupletiozem esse, ut me juvetis, et istum meo loco  
in trecentorum classem referatis. propter hoc enim leges  
quotannis permutationes concedunt, quod perpetua rei fa-  
miliaris conditio secunda paucis civibus permanere solet.  
Ab initio autem vobis omnia, quae in permutatione acci-  
derunt, commemorabo.

5. Mensis Metagaitonionis, judices, die secundo Imperatores  
trecentis permutationes permisissent. in his ex lege  
Phaeippum istum provocavi. eo autem provocato et ad-  
hibitis quibusdam familiaribus et amicis in Cytherum ivi in  
ejus fundum extremum. ac primum circumduxi eos circa  
fundum ejus, qui stadiorum erat amplius quadraginta, et  
ostendi et testatus sum coram Phaeippo, nullos fundo indices  
affixos esse. sin ipse id perhiberet; statim eum dicere jussi  
et ostendere, ne postea fundus aere alieno obstructus osten-  
deretur. (6) Deinde obsignavi domicilia, et meas sedes eum  
ingredi jussi. Postea quaesivi, ubi excussum frumentum  
esset. erant enim ibi, judices, divos divasque testor,  
duae aerae pene jugeri amplitudine utraque. Is vero mihi  
respondit frumentum partim venditum, partim intus esse  
repositum. (7) Tandem autem, ne longum faciam, constitui



τειν ἔνδον τινάς, καὶ νῆ Δί' ἀπειπὼν καὶ κωλύσας  
 τοὺς δηλατάς μὴ ἐξάγειν τὴν ἕλην ἐκ τῆς ἐσχατιᾶς  
 1041 (πρὸς γὰρ τῇ ἄλλῃ οὐσίᾳ τῇ Φαινίππου, ὃ ἄνδρες  
 δικασταί, καὶ αὕτη πρόσδος μεγάλη ἐστὶν αὐτῶν. ἔξ ὄνοι  
 δι' ἐνιαυτοῦ ὑλαγωγούσι, καὶ λαμβάνει οὗτος πλεόν ἢ  
 δώδεκα δραχμάς τῆς ἡμέρας), τοῦτοις ἀπειπὼν, ὡς περ  
 5 λέγω, τῆς ἕλης μὴ ἀπτεσθαι, καὶ ἐπαγγελίας ἐπὶ τὰ  
 ἱερὰ Φαινίππου κατὰ τὸν νόμον ἀπαντᾶν, ὄχρόμην ἀπιῶν  
 εἰς ἀστυ. (8) Πρῶτον μὲν οὖν τῶν εἰρημίων τὰς μαρτυ-  
 ρίας ὑμῖν παρέξομαι, ἔπειτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀκού-  
 10 σεσθε πάσας τὰς ἀληθείας. τουτοὶ γάρ, ὃ ἄνδρες δι-  
 κασταί, Φαινίππον εὐρήσετε εὐθύς ἀπὸ τῆς πρώτης  
 ἡμέρας ἀρξάμενον τοῦ μηδὲν δίκαιον ποιεῖν. παρε-  
 σσημένα μὲν τὰ οἰκήματα, τοῦ νόμου μοι δεδωκότος,  
 οὗτος ἀνέφικεν. καὶ τὸ μὲν ἀφελεῖν τὸ σημεῖον ὠμολόγει,  
 15 τὸ δ' ἀνοῖξει τὴν θύραν οὐχ ὠμολόγει, ὡς περ ἄλλου  
 τινὸς ἕνεκα τὰ σημεῖα ἀφαιροῦντος ἢ τοῦ τὰς θύρας  
 ἀνοῖξει. (9) Ἐπειτα ἀπειπὼν τὴν ἕλην μὴ ἐξάγειν.  
 ἐξῆγεν οὗτος ἀπάσας τὰς ἡμέρας, πλὴν ἐξέλης ἐν ἣ  
 ἐγὼ ἀπειπὼν. Χρέως οὐδ' οὐσίῳ ὠφελίετο ἐπὶ τῇ ἐσχα-  
 20 τιᾷ. νῦν οὗτος ἀποφαίνει πολλά. ἀπλῶς ποιᾷ ὅ τι  
 ἀν βούληται, οὐχ ὅ τι ἀν οἱ νόμοι κελεύουσιν. Λέγε  
 τὰς μαρτυρίας, πρῶτον μὲν τὰς περὶ τοῦ μετάλλου,  
 ἔπειτα καὶ τὰς ἄλλας.

## ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

25 10. Ἄ μὲν τοίνυν εὐθύς τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὰς  
 ἀντιδόσεις ἤρξατό με Φαινίππος ἀδικεῖν, ἀκηκόατε, ὃ  
 ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἐμοῦ καὶ τῶν μαρτύρων. τὰ δὲ  
 μετὰ ταῦτα γεγενημένα οὐκέτ' εἰς ἐμὲ μόνον αὐτῶν  
 ἡμάρτηται, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς νόμους, ὑπὲρ ὧν ὑμῖν  
 1041 ἄπασαι σπουδαστέον ἐστίν. (11) Ὅμοσας γὰρ τῇ ἐν-  
 δεκάτῃ τοῦ Βοηδρομιῶνος μηνὸς ἀποφαίνειν ὀρθῶς καὶ  
 δικαίως τὴν οὐσίαν, καὶ τοῦ νόμου διαβρῆδην λέγοντος  
 τριῶν ἡμερῶν ἀφ' ἧς ἀν ὁμότη διδόναι τὴν ἀπόφασιν,  
 5 ἔδειτό μου προσελθῶν ἐπὶ τῶν δικαστηρίῳ μετὰ Πο-  
 λυεύκτου τοῦ Κριωέως καὶ ἐτέρων τινῶν πρῶτον μὲν  
 περὶ διαλύσεως συνελθεῖν ἐαυτῶν. πάντα γὰρ μοι τὰ  
 δίκαια ποιήσεν. ἔπειτα τὴν ἀπόφασιν τῆς οὐσίας ἀνα-  
 βαλέσθαι μὴ πολλὰς ἡμέρας. οὐ γὰρ ἀγνοεῖν μοι τὰ  
 10 πράγματα. (12) Ἠγησάμενος δ' ἐγὼ καὶ μετρίου καὶ  
 ἀπράγμονος εἶναι πολλίτου μὴ εὐθύς ἐπὶ κεφαλῆν εἰς τὸ  
 δικαστήριον βαδίζειν, ἐπέισθη (τί γὰρ δεῖ μακρολογεῖν;) τὴν  
 μὲν σύνοδον τὴν περὶ τῶν διαλύσεων τῇ ὀγδόῃ φθί-  
 15 νοντος τοῦ Βοηδρομιῶνος μηνὸς ὁμολογήσασθαι, τὴν δ'  
 ἀπόφασιν τῆς οὐσίας τῇ ἕκτῃ φθίνοντος. Τυχῶν δὲ τούτων  
 ἀμφοτέρων παρ' ἐμοῦ Φαινίππος οὐδ' εἰς ἐτέραν τῶν  
 ἡμερῶν ἀπήνησεν, ἀλλ' ἀνθ' ἐνὸς δύο νόμους ἤκει πρὸς  
 20 ὁμᾶς παραβεβηκόως, ἕνα μὲν τὸν κελεύοντα τριῶν ἡμε-  
 ρῶν ἀφ' ἧς ἀν ὁμότη τὴν οὐσίαν ἀποφαίνειν, ἕτερον δὲ  
 τὸν κελεύοντα κυρίας εἶναι τὰς πρὸς ἀλλήλους ὁμολογίας,  
 ἃς ἀν ἐναντίον ποιήσονται μαρτύρων. (13) Καίτοι,  
 ὃ ἄνδρες δικασταί, τίς οὐκ οἶδεν ὁμῶν ὅτι ὁμοίως ἢ τε  
 ἐν τῶ νόμῳ γεγραμμένη κυρία ἐστὶν ἡμέρα καὶ ἢ ὑπὸ

custodes intus quosdam, atque per Jovem vetui et impedi-  
 quominus agasones materiam e fundo aveherent (nam præ-  
 ter ceteras Phænippi opes, judices, etiam hic amplius eat  
 ei reditus : sex asini per totum annum materiam evehunt,  
 et iste in singulos dies amplius duodecim drachmis percipit),  
 et iste in singulos dies amplius duodecim drachmis percipit),  
 quum igitur eos vetuissem, ut dico, materiam attingere,  
 et Phænippo deuntiassem, ut e præscripto legis ad sacra  
 præsto esset, in urbem redii. (8) Primum igitur eorum  
 quæ dixi testimonia vobis exhibebo, deinde et de ceteris  
 audietis omnem veritatem. Phænippum enim istum,  
 judices, a primo die statim nihil justè agere instituisse re-  
 perietis. Obsignavi domicilia permissu legis, iste aperuit.  
 et signum quidem se sustulisse fatebatur, fores autem  
 aperuisse non fatebatur. quasi vero propter aliam cau-  
 sam quam ad fores aperiendas signa sustulisset. (9) Deinde  
 vetui materiam evehi. evexit iste quotidie, eo die excepto,  
 quo ego vetui. Nullo ære alieno fundus obstrictus erat.  
 nunc iste multum æris alieni profert. simpliciter, facit  
 quod libet, non quod leges jubent. Recita testimonia, pri-  
 mum de fodina, deinde et cetera.

## TESTIMONIA

10. Quibus igitur me Phænippus injuriis a primo statim  
 die post permutationes afficere cœperit, audietis, Athenienses,  
 et e me et e testibus. quæ autem post facta sunt, ea non in  
 me tantum, sed etiam in leges sunt commissa, quæ vobis  
 omnibus magno studio sunt tuendæ. (11) Quum enim ju-  
 rasset undecimo die mensis Boedromionis recte et vere suas  
 opes declaraturum, et quum lex aperte jubeat indicem ter-  
 tio post Jusjurandum die esse dandum; convenit me ad ju-  
 dicium cum Polyucto Crioensi et aliis quibusdam rogans,  
 primum ut de transactione secum congrederer (præstiturum  
 enim mihi quæ æqua essent omnia), deinde, ut indicem  
 rei familiaris differrem in dies non multos. neque enim  
 ignotas albi esse res meas. (12) Ego vero existimans et  
 moderati et quieti esse civis non statim præcipientem ruere  
 in judicium, commotus sum (quid enim multis est opus?)  
 ut congressus de transactionibus in vigesimum tertium diem  
 Boedromionis inter nos conveniret, index autem in vigesi-  
 mum quintum diem. His a me Phænippus impetratis me altero  
 quidem die præsto fuit, sed ad vos non una, sed duabus le-  
 gibus violatis ingreditur, una, quæ jubet triduo, postquam  
 juraverit, rem familiarem declarare, altera, quæ jubet ratas  
 esse pactiones testibus presentibus factas. (13) Atqui, ju-  
 dices, quis vestrum ignorat, æque ratam esse diem, tum  
 legibus sancitam, tum ab adversariis concessam? Nam sæpe

τῶν ἀντιδικῶν συγχωρηθεῖσα; πολλάκις γὰρ ἐν τε τοῖς νόμοις γεγραμμένης τριακοστῆς ἡμέρας ἐτέραν ἡμῖν αὐτοῖς συγχωρήσαντες ἐθέμεθα, παρά τε ταῖς ἀρχαῖς 10-18 ἀπάσαις καὶ δίκαις καὶ κρίσεσι ἀναβάλλονται τοῖς ἀντιδικοῖς οἱ ἀρχόντες συγχωρησάντων ἐκείνων ἀλλήλοις. ὢν εἰ τις ἀκυρον ἡγήσαιο δεῖν εἶναι τὴν πρὸς ἀλλήλους δολογίαν, μισήσαιτ' ἂν αὐτὸν ὡς ὑπερβάλλοντα συκοφαντία. (14) Φαίνιππος τοίνυν, ὡς περ τοῦ νόμου προ- 5 τάττοντος ποιεῖν μηδὲν ἢν ἂν δολογήσῃ τις, ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ἀφ' ἧς ὠμολόγησεν ἐπὶ τε τὰς διαλύσεις ἀπαντήσεσθαι καὶ τὴν ἀπόφασίν μοι τὴν αὐτοῦ δώσειν καὶ τὴν παρ' ἐμοῦ λήψεσθαι, οὐδεπώποτ' ἀπήνησεν. 10 ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἐπειδὴ τοῦτον ἑώρων οὐ προσέχοντά μοι τὸν νοῦν οὐδὲ τοῖς νόμοις, εἰς τὸ στρατήγιον ἔδωκα τὴν ἀπόφασιν, οὗτος δ' ὅπερ καὶ μικρῶν πρότερον εἶπον, πρῶτην ἔδωκε μοι βιβλίον, οὐδὲν ἄλλο βουλόμενος ἢ δο- 15 καῖν μὲν δεδωκέναι τὴν ἀπόφασιν, μὴ ἔχειν δὲ με τοῖς ἐν αὐτῶν γεγραμμένοις ὅ τι χρήσομαι. (15) Χρῆ δ' ὡ ἀνδρες δικασταί, μὴ τοῖς ἰσχυροτέραν νομίζουσι τῶν νόμων τὴν αὐτῶν βδελυρίαν εἶναι, πλέον τούτοις τοῦ δικαίου νέμειν (εἰ δὲ μὴ πολλοὺς ποιήσετε τοὺς κατα- 20 γελῶντας τῶν ἐν τοῖς νόμοις δικαίων γεγραμμένων), ἀλλ' ἐκείνοις βοηθεῖν, ὅτινες ἂν τὴν τῶν νόμων φωνὴν ὑμετέραν εἶναι νομίζωσι, καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην, τὴν εἰς τὸ δικαστήριον, ὑπὲρ τῶν ἡδικημένων εἶναι νομίζωσι, μὴ τῶν ἡδικησάντων. (16) Λέγε τῶν ἀρτίως εἰρημένων 25 τὰς μαρτυρίας καὶ τοὺς νόμους.

## ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ. ΝΟΜΟΙ.

Τοιαῦτα τοίνυν, ὡ ἀνδρες δικασταί, πεπονθὼς ἐγὼ ὑπὸ Φαίνιππου ἀπεγραψάμην πρὸς τοὺς στρατηγούς ταύτην τὴν ἀπογραφὴν. Λέγε.

1044

## ΑΠΟΓΡΑΦΗ.

17. Πῶς οὖν ἄλλως πρὸς τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων, ὡ ἀνδρες δικασταί, ἐπιδεικνύειν ἡμῖν δεῖ Φαίνιππον ἔνοχον 5 ὄντα τοῖς ἀνεγνωσμένοις, ἢ ὅπερ τρόπον ἐγὼ νῦν ἐπιδεικνύω; Ἄλλ' ὅμως ἐμὲ ἀνεγράψατο Φαίνιππος μὴ δικαίως ἀποφαίνειν τὴν οὐσίαν. οὕτω τὸ πρὸς ὑμᾶς ψεύδεσθαι τοῖς τοιοῦτοις βῆδιόν ἐστιν. καὶ κατηγορεῖ τοῦ ὄρκου ὃν ὡμοσα πρὸ τῆς ἀποφάσεως, λέγων ὅτι 10 πλὴν τῶν ἐν τοῖς ἔργοις ὑπεσχόμενη ἀποφαίνειν τὴν ἄλλην οὐσίαν, ὡς περ τὸ κατὰ τοὺς νόμους ὁμνύειν, τοῦτ' ἄξιον κατηγορίας ὄν. (18) Ὑμεῖς δ' ἴστε, ὡ ἀνδρες δικασταί, (ὅμοις γὰρ ἔθεσθε) τὸν νόμον, ὃς διαβρήδην οὕτω λέγει: τοὺς δ' ἀντιδιδόντας ἀλλήλοις, ὅταν ὁμό- 15 σαντες ἀποφαίνωσι τὴν οὐσίαν, προσομνύειν τόνδε τὸν ὄρκον « ἀποφαίνω τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ ὀρθῶς καὶ δικαίως, πλὴν τῶν ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς ἀργυροῖς, ὅσα οἱ νόμοι ἀτελεῖ πεποιθήκασιν. » Μᾶλλον δὲ λέγε τὸν νό- 20 μον αὐτόν.

19. Μικρὸν μὲν οὖν, ἱκετεύω, ἐπίσχε. Ἐγὼ γὰρ καὶ πρότερον προεκαλεσάμην Φαίνιππον, καὶ νῦν, ὡ

et legibus trigesima die praefinita aliam inter nos pacti sumus, et apud magistratus omnes adversarii actiones et judicia pro-rogant praesides, si ipsi inter se convenerint. quorum si quis mutuum pacitionem irritam esse oportere censet, is vobis odio prosequendus est, ut impudentissimus calumniator. (14) At Phænippus, perinde ac si lex juberet praestare nihil eorum, quae receperis, ab eo die, a quo promisit se et ad transactionem adfuturum et indicem mihi suum daturum et meum accepturum, nusquam se stitit. ego, quum ab isto con-temni viderem et me et leges, indicem in Strategium attuli, iste vero (quod et paulo prius dixi) nuper libellum mihi dedit, quia videri quidem vult se mihi dedisse indicem, sed sic, ut ego illis, quae inscripta essent, uti minime possim. (15) Non decet autem, iudices, iis plus aequo tribuere, qui suam improbitatem legibus esse firmiorem censent (alioqui efficietis, ut multi jura perscripta legibus derideant), sed illi juvandi sunt, qui legum vocem vestram esse putant, et diem hanc iudicii affectis injuria, non sordibus opitulaturam. (16) Recita horum, quae modo dicta sunt, testimonia et leges.

## TESTIMONIA. LEGES.

Proinde talia ego, iudices, passus a Phænippo, hunc indicem ad Imperatores retuli. Recita.

## INDEX.

17. Quo igitur alio pacto, per deos et genios, iudices, ostendendum est teneri Phænippum his, quae lecta sunt, quam quo ego pacto nunc ostendo? Sed tamen vicissim questus est Phænippus me non recte indicare rem familiarum. Adeo facile tales apud vos mentiuntur. et jusjurandum, quod ante declarationem dedi, accusat, dicens me exceptis iis, quae in fodinis haberem, reliquas opes indicaturum pollicitum esse, quasi ad legum praescriptum jurare, id sit accusatione dignum. (18) Vos autem nostis, iudices, (vos enim tulistis) legem, quae perspicue ita loquitur: eos autem qui inter sese permutent, quum dato jurejurando opes suas indicarint, etiam hoc jurare debere: « declaro opes meas recte et juste, iis exceptis, quae in argentifodinis sunt, quas leges immunes fecerunt. » Sed legem potius ipsam recita.

19. Verum paululum quaeso differ. Ego et prius obtuli Phænippo, et nunc, iudices, ei ultro do, et cedo cum reli-

ἄνδρες δικασταί, δίδωμι αὐτῷ δωρεὰν καὶ ἀφίσταμαι  
 μετὰ τῆς ἄλλης οὐσίας καὶ τῶν ἐν τοῖς ἔργοις, ἐάν  
 μοι τὴν ἔσχατιὰν μόνην ἐλευθέραν παραδῶ, ὡς περ  
 25 ἦν ἐπ' ἐγὼ τὸ πρῶτον ἦλθον εἰς αὐτὴν μετὰ μαρ-  
 τύρων, καὶ ἐάν, ὅν ἐξῆχεν ἐκ τῶν οἰκημάτων σῖτον  
 καὶ οἶνον καὶ τᾶλλα, ἀφελὼν ἀπὸ τῶν θυρῶν τὰ ση-  
 μεία, ταῦτα πάλιν εἰς ταῦτὸ καταστήσῃ. (20) Καὶ τί  
 λέγεις ἐτι καὶ βοᾷς; Πόλλ' ἐκ τῶν ἔργων τῶν ἀργυ-  
 1045 ρείων ἐγώ, Φαίνιππε, πρότερον αὐτὸς τῷ ἔμαυτοῦ σώ-  
 ματι πονῶν καὶ ἐργαζόμενος συνελεξάμην. ὁμολογῶ.  
 νυνὶ δὲ πλὴν ὀλίγων ἄπαντ' ἀπολώλεκα. σὺ δ' ἐκ τῆς  
 ἔσχατιᾶς νῦν πωλῶν τὰς κριθὰς ὀκτωκαίδεκαδράχμους  
 5 καὶ τὸν οἶνον δωδεκάδραχμον πλουτεῖς εἰκότως, ἐπειδὴν  
 ποιῆς σῖτου μὲν μεδίμνους πλέον ἢ χιλίους, οἴνου δὲ  
 μετρῆτας ὑπὲρ ὀκτακοσίου. (21) Ἔτι οὖν τὴν αὐτὴν  
 ἡμᾶς τάξιν ἔχειν δεῖ, μὴ τῆς αὐτῆς τύχης ἡμῖν παρα-  
 κολουθούσης νῦν τε καὶ πρότερον; μηδαμῶς. οὐ γὰρ  
 10 δίκαιον. ἀλλὰ διάδεξαι καὶ σὺ καὶ μετάλαθε μικρὸν  
 χρόνον τῆς τοῦ λειτουργοῦντος τάξεως, ἐπειδὴ οἱ μὲν  
 ἐν τοῖς ἔργοις ἠτυχήκασι, ὑμεῖς δ' οἱ γεωργοῦντες  
 εὐπορεῖτε μᾶλλον ἢ προῆχεν. ἱκανὸν γὰρ χρόνον  
 15 δὴ οὐσίας καρπούμενος διατελεῖς, τὴν μὲν τοῦ φύσει  
 πατρὸς Καλλίππου, τὴν δὲ τοῦ ποιησαμένου σε, Φι-  
 λοστράτου τοῦ βήτορος, καὶ οὐδὲν πάποτε τούτοις πε-  
 ποίηκας. (22) Καίτοι ὁ μὲν ἐμὸς πατήρ πέντε καὶ  
 τετταράκοντα μνῶν μόνων ἑκατέρω, ἐμοὶ καὶ τῷ  
 ἀδελφῷ, τὴν οὐσίαν κατέλιπεν, ἀφ' ἧς ζῆν οὐ βᾶδιόν  
 20 ἐστίν. οἱ δὲ σοὶ πατέρες τοσούτων ἦσαν κύριοι χρημά-  
 των, ὡς θ' ἑκατέρου τρίπους ἀνάκειται, νικησάντων  
 αὐτῶν Διονύσια χορηγούντων. καὶ οὐ φθονῶ. δεῖ γὰρ  
 τοὺς εὐπόρους χρησίμους αὐτοὺς παρέχειν τοῖς πολλί-  
 ταις. σὺ τοίνυν δεῖξον χαλκοῦν ἕνα μόνον εἰς τὴν  
 25 πόλιν ἀνηλωκώς, ὃ τὰς δύο λειτουργούσας οὐσίας πα-  
 ρειληφώς. (23) Ἄλλ' οὐ δεῖξεις. ἀποκρύπτεσθαι γὰρ  
 καὶ διαθύσθαι καὶ πάντα ποιεῖν ἐξ ὧν μὴ λειτουργή-  
 σεις τουτοῖσι μεμάθηκας. ἀλλ' ἐγὼ δεῖξω πόλλ' ἀνη-  
 λωκώς, ὃ τὴν μικρὰν οὐσίαν παραλαβὼν παρὰ τοῦ  
 1046 πατρὸς. Πρῶτον δὲ μοι τὸν νόμον ἐκείνον ἀνάγνωθι  
 τὸν οὐκ ἔωντα τῶν ἐν τοῖς ἔργοις οὐδὲν ἀποφαίνειν καὶ  
 τὴν πρόκλησιν, ἔπειτα τὰς μαρτυρίας ὡς δὴ οἴκων  
 5 λειτουργούντων οὕτωσι Φαίνιππος κακλήρονόμηκεν.

## ΝΟΜΟΣ. ΠΡΟΚΛΗΣΙΣ. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

24. \*Ἐν μόνον ἂν τις ἔχοι δεῖξαι τουτονὶ Φαίνιππον  
 περιλοτιμημένον εἰς ὑμᾶς, ὃ ἄνδρες δικασταί: ἵππο-  
 τρῶος ἀγαθός ἐστι καὶ φιλότιμος, ἄτε νέος καὶ πλού-  
 10 σιος καὶ ἰσχυρός ὢν. τί τούτου μέγα σημείον; ἀποδό-  
 μενος τὸν πολεμιστήριον ἵππον καταβέβηκεν ἀπὸ τῶν  
 ἵππων, καὶ ἀντ' ἐκείνου ὄχημα αὐτῷ, τηλικούτος ὢν  
 ἰώνηται, ἵνα μὴ πεζῇ πορεύηται. τοσαύτης οὕτος τρυ-  
 φῆς ἐστὶ μεστός. καὶ τοῦτ' ἀπογράφει μοι, τῶν δὲ  
 15 κριθῶν καὶ τοῦ οἴνου καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκ τῆς ἔσχα-  
 τιᾶς γιγνομένων οὐδὲ τὸ δέκατον μέρος. (26) Ἄξιον  
 ἀφείναι νῦν αὐτὸν ἐστίν, ἐπειδὴ χρησίμος καὶ φιλότι-

DEMOSTHENES.

quis bonis, etiam argentifodinis, si mihi solum fundum li-  
 berum tradiderit, ut fuit, quum ego primum in eum veni  
 testibus adhibitis, et si, quod ex ædibus frumentum et  
 vinum et cetera sublatis signis a foribus abstulit, ea in  
 eundem locum restituerit. Et quid dicere et clamare pergis?  
 (20) Multa ego prius ex argentifodinis, Phænippe, ipse  
 meopte corpore laborans et quæritans collegi, fateor. nunc  
 vero paucis exceptis omnia perdidit. tu vero e fundo tuo  
 vendens hordeum medimnum octodenis drachmis, et vinum  
 metretam duodenis drachmis, dives es nimirum, quum fru-  
 menti medimnos facias amplius mille, vini metretas am-  
 plius octingentas. (21) Decetne igitur eundem nos or-  
 dinem tenere, si non eadem nunc in fortuna sumus quam  
 antea? Nequaquam. non enim justum est. sed succede et  
 tu, esto ad parvum tempus in classe munera obeuntium,  
 quia cum metallicis male agitur, vos autem agricolæ ditio-  
 res estis quam oportebat. Satis enim diu duobus patri-  
 moniis perpetuo frueris, altero naturalis patris Callippi, al-  
 tero adoptivi Philostrati oratoris, neque his unquam quic-  
 quam præstitisti. (22) Ac meus quidem pater utrique, et  
 mihi et fratri, patrimonium reliquit quadragenarum qui-  
 narum minarum, unde vitam sustentare haud facile est.  
 at tui patres tantam habuere pecuniam, ut uterque tripodem  
 dedicarit, quum in Dionysiis Choragi vicissent. neque  
 invidéo. debent enim a divitibus juvari cives. tu vero te  
 ostende vel unum Chalcum in rempublicam contulisse,  
 qui duo munifica patrimonia suscepisti. (23) Sed non  
 ostendes. occultare enim et tergiversari et nihil non facere,  
 ne quid hisce in usum reipublicæ præstes, didicisti. at ego  
 demonstrabo, me paucis a patre acceptis multa insumpisse.  
 Sed primum legem illam mihi legito, quæ non sinit quic-  
 quam, quod in fodinis est, declarare, et provocationem,  
 deinde testimonia, Phænippum iatum duo munifica patri-  
 monia hæreditate consecutum.

## LEX. PROVOCATIO. TESTIMONIA.

24. Unica duntaxat Phænippi iatus in vos, iudices,  
 munificentia ostendi potest: equos solerter et magno studio  
 alit, ut adolescens et locuples et robustus. quodnam ejus  
 rei magnum argumentum est? vendito equo bellico ab equis  
 descendit, et pro eo vehiculum sibi, qui talis est, compa-  
 ravit, ut ne pedes ambulet. usque adeo deliciis iste diffuit.  
 et hoc quidem mihi descripsit, sed bordel et vini et cetero-  
 rum, quæ e fundo proveniunt, ne decimam quidem par-  
 tem. (25) Estne dignus, quem nunc missum faciatis,  
 quoniam industriam suam et studium tum facultatibus tum

μος καὶ τῆ οὐσίᾳ καὶ τῷ σώματι γέγονεν; πολλοῦ γε  
 20 καὶ δεῖ. καλῶν γὰρ καγαθῶν ἐστὶ δικαστῶν τοὺς μὲν  
 τῶν πολιτῶν ἐθέλοντας, ὅταν εὐπορῶσι, λειτουργοῦντας  
 καὶ ἐν τοῖς τριακοσίοις ὄντας ἀναπαύειν, ὅταν τούτου  
 δεόμενοι τυγχάνωσι, τοὺς δὲ νομίζοντας ἀπολλύειν,  
 25 ὅταν εἰς τὸ κοινόν τι δαπανήσωσιν, ἀγει εἰς τοὺς προει-  
 φέροντας καὶ μὴ ἐπιτρέπειν δραπετεύειν. Λέγε πρῶ-  
 τον μὲν τὴν μαρτυρίαν, ἔπειτα τὴν ἀπόφασιν αὐτοῦ.

## ΜΑΡΤΥΡΙΑ. ΑΠΟΦΑΣΙΣ.

26. Ἐὰ ταῦτα. καίτοι πολλὰ τῶν ἐνδοθεν ἐκφορή-  
 σας, ὧ ἄνδρες δικασταί, Φαινίππος, ἀνοίξας τὰ παρα-  
 σεσημασμένα τῶν οἰκημάτων, ὡς ὑμῖν μεμαρτύρηται,  
 1047καὶ καταλιπὼν ὅσα ἔδοξεν αὐτῷ, δευτέρῳ μῆνι τὴν  
 ἀπόφασιν ἔδωκέ μοι τῆς οὐσίας. ἀλλ' ὁμῶς ἔα ταῦτα.  
 λέγε δ' ἐντευθενί « ἐπὶ τούτοις τάδε ὀφείλω. »

6

## ΑΠΟΦΑΣΙΣ.

27. Ἐπίσχος. Αὕτη ἐστίν, ὧ ἄνδρες δικασταί, ἡ  
 Ἀριστονόη τοῦ Φιλοστράτου θυγάτηρ, μήτηρ δὲ του-  
 τοῦ. ταύτη χρέως φησὶν ὀφείλσθαι Φαινίππος τὴν  
 προῖκα, ἥς οἱ νόμοι κύριον τούτον ποιοῦσι, ψευδόμενος  
 καὶ οὐ δικαίως χροῦμενος τῇ ἀποφάσει. διὰ τί γὰρ ἐγώ,  
 10 Φαινίππε, μενούσης μοι τῆς μητρὸς ἐν τῷ οἴκῳ καὶ  
 ζωσῆς καὶ προῖκα ἐπενεγκαμένης, οὐκ ἀπογράφω τὴν  
 προῖκα χρέως αὐτῇ οὐδὲ παρακρούομαι τοὺς δικαστάς,  
 ἀλλ' εἴω μετέχειν τῶν ἐμαυτοῦ τὴν μητέρα, ἄν τε τὴν  
 15 Φαινίππου ἄν τε τὴν ἐμαυτοῦ ἔχω οὐσίαν; ὅτι οἱ νόμοι  
 ταῦτα κελεύουσιν, ὧ βέλτιστε. σὺ δὲ πάντα ποιεῖς παρὰ  
 τοὺς νόμους. Λέγ' ἕτερον.

## ΑΠΟΦΑΣΙΣ.

28. Ἀκούετε, ὧ ἄνδρες δικασταί: Παμφίλω φησὶ καὶ  
 Φιδόλειφ Ῥαμνουσίοις κοινῇ τάλαντον ἐνοφείλειν καὶ  
 20 Αἰαντίδῃ Φλυεῖ τετρακιχίλιας καὶ Ἀριστομένει Ἀνα-  
 γυρασίῳ τέτταρας καὶ δέκα μνάς. Διὰ τί οὖν, Φαι-  
 νίππε, ὅτε μὲν ἐγὼ μάρτυρας ἔχων ἠρώτων σε, εἴ τι  
 ὀφείλεις ἐπὶ τῇ ἐσχάτιᾳ, καὶ ἐκέλευον δεῖξαι ὄρον, εἴ  
 25 ποῦ ἐπεστι, καὶ διημαρτύρομένην, ὅπως μὴ μοι ἕτερον  
 κατεσκευασμένοι δανεῖσθαι φανήσονται, τότε μὲν οὐδὲν  
 ἀπέφηνας τῶν χρεῶν, ἐπειδὴ δὲ δευτέρῳ μῆνι τὴν  
 ἀπόφασιν ἔδωκάς μοι τοῦ νόμου κελεύοντος τριῶν  
 ἡμερῶν· νῦν ἤκουσι δανεῖσθαι καὶ ὀφειλήματα πλέον ἢ  
 1048τριῶν τάλαντων; (28) Ὅτι, ὧ βέλτιστε, οὐδὲν ἄλλο  
 κατασκευάζεις ἢ ὅσονπερ κοινῇ γέγονέ μοι πρὸς τὴν  
 πόλιν ὄφλημα, τοσοῦτο καὶ σοὶ ἰδίᾳ νῦν εἶναι. ὅτι δ',  
 ὧ Φαινίππε, ψεύδῃ καὶ ἐπιωρηκῶς ἤκεις πρὸς τού-  
 5 τοὺς, ἧδη φανερῶς ἐλέγξω. Λαβέ μοι, γραμματεῦ,  
 τὴν τοῦ Αἰαντίδου καὶ Θεοτέλους μαρτυρίαν, ὡς ὁδὸς  
 ἀπογέγραφεν ὀφείλονθ' αὐτὸν τετρακιχίλιας δραχμάς  
 ψευδόμενος καὶ πάλαι ἀποδοτικῶς, οὐχ ἑκῶν ἀλλὰ  
 δίκην ὀφλῶν. Λέγε.

## ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

30. Ἐπειτ', ὧ ἄνδρες δικασταί, τὸν οὕτω καταφα-  
 ρῶς ἐν ἅπασιν ἀδίκως πεποιημένον τὴν ἀπόφασιν, καὶ

corpore declaravit? Multum certe abest. bonorum enim  
 judicum est eos cives, qui quum opibus abundant, ultro  
 largiuntur, et eos, qui in trecentorum classe sunt, si id iis  
 opus fuerit, relaxare, eos vero, qui se id perdere putant,  
 quod in rempublicam contulerint, in eorum ordinem, qui  
 tributum etiam pro aliis ante conferunt, referre, neque  
 permittere ut fugiant. Recita primum testimonium, deinde  
 indicem ejus.

## TESTIMONIUM. INDEX.

26. Omittite ista. etsi enim multa domo extulit, judices,  
 Phœnippos, resignatis ædificiis, quæ consignata fuerant,  
 ut vobis a testibus explicatam est, et relicta quæ ei visa  
 sunt, secundo mense mihi dedit indicem rei familiaris. sed  
 tamen omittite ista. recita autem ab hoc loco « iis pignori  
 oppositis debeo hæc. »

## INDEX.

27. Insiste. Ista Aristonoe, judices, Philostrati filia  
 est, istius mater. ei se Phœnippos dotem debere dicit,  
 cujus istum leges dominum constituunt, in quo mentitur,  
 et non recte utitur indice. cur enim ego, Phœnippe, quum  
 mater mea maneat in ædibus meis et vivat et dotem atul-  
 lerit, dotem ejus in ære alieno non recenseo, nec decipio  
 judices, sed mearum opum sine participem esse matrem,  
 sive Phœnippi sive meas habeam facultates? quia, bone vir,  
 leges hæc jubent. tu autem contra leges agis omnia. Recita  
 aliud.

## INDEX.

28. Auditis, judices: Pamphilo, inquit, et Phidolao Rha-  
 mnuisiis communiter talentum debeo (in agrum oppignera-  
 tum) et Æantidi Phlyensi quater mille drachmas et Aristo-  
 meno Anagyrasio quatuordecim minas. Quamobrem igitur,  
 Phœnippe, quum ego testibus addactis te interrogarem,  
 nunquid deberes in fundum, et jubere ostendere palos  
 indices, si qui forte adessent, et testes adhiberem, ne  
 mihi postea fictitii creditores existerent, tum nullam æs  
 alienum declarasti, quum autem secundo mense mihi indi-  
 cem tradidisses, lego jubente id intra triduum fieri; nunc  
 veniunt creditores et æs alienum amplius trium talentor-  
 um? (29) Quia nihil aliud struis, o bone, nisi ut quantum  
 ego multam publice ærario debeo, tantumdem et tu priva-  
 tim debeas. mentiri te autem, Phœnippe, et cum perjurio  
 ad hos venire, te manifesto jam convincam. Cape mihi,  
 scriba, Æantidis et Theotelis testimonium, quibus iste se  
 quater mille drachmas debere falso inscripsit atque dudum  
 reddidit, non ultro, sed judicio damnatus. Recita.

## TESTIMONIUM.

30. Eumne, judices, qui ita palam in omnibus injuste  
 fecit indicem, et nec legum ullam rationem habuit, quæ

10 μήτε τῶν νόμων φροντίσαντα μηδέν, οἱ διορίξαντι ἐν  
 οἷς δεῖ τὴν ἀπόφασιν ποιῆσθαι χρόνοις, μήτε τῶν  
 ἰδίων ἠμολογίων, ἃς ὁμοίως ὑπολαμβάνομεν ἰσχυράς,  
 χωρὶς δὲ τούτων ἀνεωχότα τὰ σημεῖα τῶν οἰκημάτων  
 15 καὶ ἐκπεφορηκότα τὸν σῖτον καὶ τὸν οἶνον ἐνδοθεῖν, πρὸς  
 δὲ τούτοις τὴν ἕλην τὴν τετμημένην πεπρακότα μετὰ  
 τὴν ἀντίδοσιν, πλέον ἢ τριάκοντα μνῶν οὔσαν ἀξίαν,  
 καὶ τὸ πάντων μέγιστον, χρέα ψευδῆ κατασκευασκότα  
 τῆς ἀντιδόσεως ἕνεκα, τοῦτον δικαίως ψηφισθε πε-  
 20 ποιῆσθαι τὴν ἀπόφασιν; (31) Μηδαμῶς, ὡς ἄνθρωποι  
 δικασταί. ποῖ γὰρ τραπέθειαι δεήσει διαμαρτόντα τῆς  
 ἡμετέρας γνώμης, ὅταν οἱ πλοῦστοι καὶ μηδὲν ἡμῖν πά-  
 ποτε χρήσιμοι γεγεννημένοι, πολλὴν καὶ σῖτον καὶ οἶνον  
 25 ποιοῦντες καὶ τοῦτον τριπλάσιας τιμῆς ἢ πρότερον  
 διατιθέμενοι, πλεονεκτῶσι παρ' ἡμῖν; ὁ μηδαμῶς νυνὶ  
 γενέσθω, ἀλλ' ὥσπερ καὶ κοινῇ πᾶσι βεβοηθήκατε τοῖς  
 ἐν τοῖς ἔργοις ἐργαζομένοις, οὕτω καὶ ἰδίᾳ βοηθήσατέ  
 1049μοι νῦν. (32) Καὶ γὰρ εἰ οἰκίτης ἡμῶν, μὴ πολίτης  
 ἦν· ὀρῶντες ἂν μοι τὴν φιλαργίαν καὶ τὴν εἰς ὑμᾶς  
 εὐνοίαν, ἀνεπαύσατ' ἂν με τῶν ἀναλωμάτων καὶ ἐπι-  
 5 τὸν δραπέτευοντα τῶν ἄλλων ἤλαβετε. τὸν αὐτὸν τρόπον  
 καὶ νῦν, ἐπειδὴν ἀποτίσω τὰ τρία τάλανθ' ἃ ὄφλον καὶ  
 ἀναλάβω ἑμαυτὸν, πάλιν ἀνεπαύσαντες τῶν ταλαι-  
 πωρηκῶτων ἕτερον ἐπ' ἐμὲ ἤξειτε. νῦν δ' ἄφετε, ἵκατέ τις  
 πάντας ὑμᾶς, ὡς ἄνθρωποι δικασταί, καὶ τὰ δίκαια εἰρη-  
 10 κῶς δέομαι βοηθῆσαι μοι καὶ μὴ με περιλαθέντα πε-  
 ριθεῖν ὑπὸ τούτων.

## ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο ΠΡΟΣ ΜΑΚΑΡΤΑΤΟΝ  
ΠΕΡΙ ΑΓΝΙΟΥ ΚΛΗΡΟΥ.

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

5 Ἄγνιας καὶ Εὐβουλίδης ἦσαν ἀνεψιοί. τούτων δὲ Ἄγνιας  
 ἐτελεύτησεν ἄπαις. ὁ δὲ Εὐβουλίδης θυγατέρα κατέλιπε Φυλο-  
 μάχην, ἣτις ἐπεδικάζετο τοῦ κλήρου τοῦ Ἄγνιου ὡς οὐσα ἐγγυ-  
 τάτω τῷ γένει. ἤμερισθῆτον δὲ αὐτῇ Γλαυκὸς τις καὶ Γλαύ-  
 κων, οὗκ ἀγχιστεῖς γένους ἀλλὰ διαθήκας ἰσχυρίζομενοι.  
 ὧν ἐν τῷ δικαστηρίῳ ψευδῶν ἠλεγχθεισῶν παραλαμβάνει τὸν  
 10 κλήρον ἢ Φυλομάχη. εἰς δὲ ὁ Θεόπομπος αὐτούς τε τού-  
 τούς τοὺς ἠτωμένους παραλαβὼν καὶ πρὸς τοῦτος Εὐπόλεμον,  
 προσεκάλεσάτο εἰς διαδικασίαν τοῦ κλήρου τὴν Φυλομάχην.  
 ἰδίῳ γὰρ ὁ νόμος τῷ βουλομένῳ προσκαλεῖσθαι τὸν νεκρο-  
 15 κότα καὶ ἔχοντα τὸν κλήρον. Κατασκευασθεῖσθαι δὲ πρὸς ἀπά-  
 1050την τῆς Δίης, ὡς φησι Σωσθέας, ἐνίκησεν ὁ Θεόπομπος. κά-  
 κίνος μὲν ἐτελεύτησεν υἱὸν καταλιπόν Μακάρτατον, τῇ δὲ  
 Φυλομάχῃ γίγνεται παῖς, ὃν ὠνόμασεν Εὐβουλίδην καὶ εἰς-  
 ποίησεν υἱὸν Εὐβουλίδῃ τῷ ἑαυτῆς μὲν πατρὶ, ἀνεψιῷ δὲ  
 5 Ἄγνιου τοῦ τὸν κλήρον καταλιποῦτος. εἰςποίησά τε εἰς ἑ-  
 γαγεν εἰς τοὺς φράτερας τοῦ Εὐβουλίδου καὶ Ἄγνιου, καὶ οἱ  
 φράτερες ἰδέξαντο ὡς δικαίως εἰσαγόμενον. τούτων δὲ πρᾶ-  
 χθέντων ὁ παῖς εἰς διαδικασίαν τοῦ κλήρου προσεκάλεται Μα-  
 10 κάρτατον τὸν υἱὸν τοῦ Θεοπόμπου. Καὶ λέγει τὸν λόγον Σωσ-  
 θέας ὁ φύσει πατὴρ τοῦ παιδός.

definerunt, intra quæ tempora index faciendus sit, nec  
 privatarum pactionem, quas æque firmas existimamus,  
 præterea, qui signa conclavium aperuit et frumentum  
 domo exportavit et vinum, atque insuper materiam cæsam  
 post permutationem vendidit, quæ pluris quam triginta  
 minarum fuit, et, quod omnium maximum, æs alienum  
 commentus est permutationis gratia, eum juste fecisse  
 indicem pronuntiabit? (31) Minime vero, iudices. quo  
 enim vertere se debet is, cui in sententia vestra præsidii  
 nihil erit, si homines divites et nunquam de vobis bene  
 meriti, multum et frugum et vini percipientes, idque tri-  
 plo pluris quam prius vendentes, meliore fuerint apud vos  
 conditione? quod minime nunc fieri debet, sed quemadmo-  
 dum communiter juvistis omnes eos, qui in fodinis labo-  
 rant, sic et separatim me juvate nunc. (32) Etenim, si  
 servus vester, non civis essem; visa industria mea et stu-  
 dio erga vos, sublevassetis me impensis (*laboribus*), et eum  
 de ceteris, qui tergiversaretur, comprehendissetis. eodem  
 modo etiam nunc, ubi tria talenta solvero, ad quæ solvenda  
 damnatus sum, et vires recuperare, rursus sublevato cala-  
 mitoso aliquo ad me venietis. nunc vero me missum ut fa-  
 ciatis, omnes vos oro, iudices, et quum æqua dixerim,  
 precor, ut me juvetis, et ab istis exagitari ne patiamini.

## DEMOSTHENIS

ORATIO  
ADVERSUS MACARTATUM  
DE HAGNIANA HÆREDITATE.

Hagnias et Eubulides consobrini fuerunt. horum alter Ha-  
 gnias obiit sine liberis. Ebulides autem filiam reliquit Phy-  
 lomacham, quæ agit in Hagnie hæreditatem ut genere proxima.  
 cum ea litigant Glaucus quidam et Glauco, non ratione propin-  
 quitatis, sed testamento freti. quod quum in iudicio adulte-  
 rinum deprehensum esset, hæreditatem accepit Phylomacha.  
 Theopompus autem ad hanc hæreditatem ipse hos victos  
 adhibens et præter hos Epolemum, accersivit ad hæreditatis  
 disceptationem Phylomacham. permittēbat enim lex unicui-  
 que provocare victorum et hæreditatis possessorem. Quum  
 vero per fraudem concinnata esset actio, ut ait Sostheus;  
 vincit Theopompus. ac is quidem obiit filio relicto Macartato,  
 Phylomachæ autem nascitur filius, quem nominat Ebuli-  
 dem, et adoptandum dat patri suo Ebulidi, consobrino  
 Hagnie, qui reliquerat hæreditatem, eumque adoptatum in-  
 troducit ad Phratōres Ebulidæ et Hagnie, et Phratōres, ut  
 qui iure introducetur, receperunt. His actis puer ad discep-  
 tationem hæreditatis vocat Macartatam Theopompi filium  
 Orationem habet Sostheus, naturalis pueri pater.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ Ο ΠΡΟΣ ΜΑΚΑΡΤΑΤΟΝ  
ΠΕΡΙ ΑΓΝΙΟΥ ΚΑΗΡΟΥ.

1. Ἐπειδὴ καὶ πρότερον ἀγῶνες ἐγένοντο ἡμῖν, ὧ ἀνδρες δικασταί, πρὸς τοὺς αὐτοὺς τούτους περὶ τοῦ κλήρου τοῦ Ἀγνίου, καὶ οὐδὲν παύονται παρανομοῦντες καὶ βιαζόμενοι, ὥστ' ἐκ παντὸς τρόπου τὰ μὴ προσήκονθ' ἑαυτοῖς ἔχειν· ἀνάγκη ἴσως ἐστὶ τὰ πραχθέντ' ἐξ ἀρχῆς διηγῆσασθαι. (2) ὑμεῖς τε γάρ, ὧ ἀνδρες δικασταί, βῆρον παρακολουθήσετε ἅπασιν τοῖς λεγομένοις, καὶ οὕτοι ἐπιδειχθήσονται οἷοι εἶσιν ἄνθρωποι, καὶ ὅτι πάλαι ἤδη ἀρξάμενοι οὐδὲν παύονται κακοτεχνούντες καὶ οἰόμενοι δεῖν διαπραττεσθαι, ὅ τι ἂν ἐπέλθῃ τούτοις. Δεόμεθα οὖν ὑμῶν, ὧ ἀνδρες δικασταί, εὐνοῦ-  
1051 κῶς ἀκροάσασθαι τῶν λεγομένων καὶ παρακολουθεῖν προσέχοντας τὸν νοῦν. πειράσομαι δὲ κατὰ διδάσκειν ὑμᾶς, ὡς ἂν οἴοσθε ὧ, σαφέστατα περὶ τῶν πεπραγμένων.

3. Τουτουὶ γάρ τοῦ παιδὸς ἡ μήτηρ, ὧ ἀνδρες δικασταί, γένει οὔσα ἐγγυτάτῳ Ἀγνίᾳ τῷ ἐξ Οἴου, ἐπεδικάσατο τοῦ κλήρου τοῦ Ἀγνίου κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ὑμετέρους. καὶ τῶν τότε ἀμφισβητησάντων αὐτῇ τοῦ κλήρου τουτουὶ, γένει μὲν ὡς ἐγγυτέρῳ τις εἴη αὐτῶν τῆς γυναικὸς, οὐδ' ἐπεχείρησεν οὐδεὶς ἀνομοσῆσαι (ὡμολογεῖτο γάρ παρὰ πάντων τῆς γυναικὸς εἶναι ἡ κληρονομία κατὰ τὴν ἀρχιστελίαν), (4) διαθήκας δὲ ψευδεῖς ἦκον κατασκευάσαντες Γλαῦκος τε ὁ ἐξ Οἴου καὶ Γλαύκων ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ Θεόπομπος ὁ τούτου πατὴρ Μακαρτάτου ἐκείνοις συγκατεσκευάζεν ἅπαντα ταῦτα καὶ ἐμαρτύρει τὰς πλείστας μαρτυρίας. αἱ δὲ διαθήκαι, ἃς τότε παρέσχοντο, ἐξηλέγχθησαν ψευδεῖς οὔσαι. καὶ οὐ μόνον ἠττήθησαν, ἀλλὰ καὶ πονηρότατοι δόξαντες εἶναι ἀπηλλάττοντο ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου. (6) Καὶ ἐπιδημῶν τότε Θεόπομπος ὁ τουτουὶ πατὴρ Μακαρτάτου, καὶ τοῦ κήρυκος κηρύττοντος, εἶ τις ἀμφισβητεῖν ἢ παρακαταβάλλειν βούλεται τοῦ κλήρου τοῦ Ἀγνίου ἢ κατὰ γένος ἢ κατὰ διαθήκας, οὐκ ἐτόλμησε παρακαταβαλεῖν, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτῷ ἐδίδαξεν, ὅτι οὐδαμῶθεν αὐτῷ προσῆκεν οὐδὲν τοῦ κλήρου τοῦ Ἀγνίου. (6) Ἐχούσης δὲ τῆς μητρὸς τοῦ παιδὸς τουτουὶ τὸν κλῆρον, ἐπειδὴ ἐνίκησεν ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἅπαντας τοὺς ἀμφισβητήσαντας ἑαυτῇ, οὕτως εἰσι μισροὶ οὗτοι, καὶ οὐκ οἴονται δεῖν οὔτε τοῖς νόμοις τοῖς ὑμετέροις πείθεσθαι οὔτε τοῖς γνωσθεῖσιν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἀλλὰ πάντα τρόπον ἐπιχειροῦντες ἀφελῆσθαι πάλιν τὴν γυναῖκα τὸν κλῆρον ὃν ὑμεῖς αὐτῇ ἐψηφίσασθε, (7) συνομόσαντες καὶ συνθήκας γράψαντες πρὸς ἀλλήλους καὶ καταθέμενοι παρὰ Μηδείῳ Ἀγνουσίῳ, Θεόπομπος ὁ τουτουὶ πατὴρ Μακαρτάτου καὶ Γλαύκων καὶ Γλαῦκος ὁ ἠττηθεὶς τὸ πρότερον, καὶ ἕτερόν τινα τῶν ἐπιτηδείων τέταρτον προσλαβόντες (Εὐπόλεμος ἦν αὐτῷ ὄνομα), οὗτοι ἅπαντες κοινῇ ἐπιβουλευσαντες προσεκαλέσαντο τὴν γυναῖκα πρὸς τὸν ἀρχοντα εἰς διαδικασίαν τοῦ κλήρου τοῦ Ἀγνίου, φά-

DEMOSTHENIS ADVERSUS MACARTATUM  
DE HAGNIANA HÆREDITATE ORATIO.

1. Quam prius quoque controversiæ nobis fuerint, iudices, cum istis iisdem de Hagniana hæreditate, neque illum isti modum statuunt iniquitati et violentiæ, ut quovis modo obtineant, quæ nihil atineant ad se; necesse fortassis est rem omnem ab initio repetere. (2) Sic enim, iudices, et vos facilius omnia, quæ dicentur, intelligetis, et isti quales homines sunt, tales ostendentur, et apparebit eos jam olim auspicatos, minime adhuc a suis malis artibus recedere, et existimare, sibi quicquid in mentem inciderit, perficiendum esse istis. Oramus igitur vos, iudices, ut nostram orationem cum benivolentia et attente ad finem usque audiat. Dabo autem et ego operam, ut rem, quam fieri poterit, maxime perspicue vos edoceam.

3. Pueri hujus mater, iudices, quum genere proxima esset Hagniæ Cœnsi, in Hagniæ hæreditatem egit secundum leges vestras. et eorum, qui tum de ea hæreditate contenderunt, se genere esse propiorem nemo vel ausus jurare est (constabat enim inter omnes mulieris esse hæreditatem ratione propinquitatis), (4) sed et Glaucus Cœnsis et Glauccon frater ejus testamento falso concinnato venerunt, et Theopompus Macartati istius pater illis earum rerum omnium adiutor fuit et pleraque testimonia dixit. testamentum autem, quod obtulerant, inventum est falsum, et convictum. nec solum succubuerunt, sed etiam cum summa improbitatis opinione e iudicio dimissi sunt. (5) Theopompus autem istius Macartati pater, tum præsens et proclamante præcone, si quis agere in hæreditatem Hagniæ vel sacramento contendere vellet sive genere sive ex testamento, contendere sacramento non est ausus, sed ipse iudicavit ad se nulla ratione pertinere Hagniæ hæreditatem. (6) Tenente autem matre pueri hujus hæreditatem, quum in iudicio adversarios omnes vicisset, tam nefarii sunt isti, et nec legibus vestris nec sententiis iudicum acquiescendum esse putant, sed quocumque modo mulieri rursus eripere hæreditatem instituentes, quam ei vos addixistis, (7) conjurati et fœdere inter se icto eoque apud Medeam Hagnusium deposito, Theopompus istius Macartati pater et Glauccon et Glaucus prius victus, et alio quodam familiarium quarto adhibito (Eupolemus ei nomen erat), hi omnes communiter insidiati, citarunt mulierem ad Archonem ad disceptationem Hagnianæ hæreditatis, dicentes le-

σκοντες τὸν νόμον καλεῦναι παρὰ τοῦ ἐπιδικασμένου  
 15 καὶ ἔχοντος τὸν κλῆρον προσκαλεῖσθαι, ἐάν τις βού-  
 ληται ἀμφισβητεῖν. (8) Καὶ ἐπειδὴ ἦγεν ὁ ἄρχων εἰς  
 τὸ δικαστήριον καὶ εἶδει ἀγωνίζεσθαι· τὰ τε ἄλλα ἦν  
 αὐτοῖς ἅπαντα κατασκευασμένα εἰς τὸν ἀγῶνα, καὶ τὸ  
 20 ὕδωρ, πρὸς δ' εἶδει ἀγωνίζεσθαι, τετραπλάσιον ἡμῶν  
 ἔλαβον. ἐξ ἀνάγκης γὰρ ἦν, ὡς ἄνδρες δικασταί, τῷ  
 ἀρχοντι ἀμφορέα ἐκάστῳ ἐγγράει τῶν ἀμφισβητούντων,  
 καὶ τρεῖς χόας τῷ ὑστέρῳ λόγῳ. (9) Ὡςτα συνέβαι-  
 νεν ἔμοι τῷ ὑπὲρ τῆς γυναικὸς ἀγωνιζομένῳ, μὴ δεῖ  
 25 παρὶ τοῦ γένους καὶ τῶν ἄλλων ὧν μοι προσῆκε διηγή-  
 σασθαι τοῖς δικασταῖς ὡς ἐγὼ ἠβουλόμην, ἀλλ' οὐδ'  
 ἀπολογησασθαι μοι ἐξεγένετο οὐδὲ πολλοστὸν μέρος  
 ὧν καταφεύδοντο ἡμῶν. πέμπτον γὰρ μέρος εἶχον τοῦ  
 ὕδατος. καὶ τὸ σόφισμα ἦν τοῦτο, αὐτοὺς μὲν ἑαυ-  
 1053 δὲ λέγειν τὰ οὐδεπώποτε γενόμενα. (10) Καὶ τοῦτον τὸν  
 τρόπον ἐπιβουλεύσαντων καὶ συναγωνιζομένων ἀλλή-  
 λους ἐφ' ἡμῶν, καθίσκων τετάρων θεόντων κατὰ τὸν  
 νόμον, εἰκότως, οἶμαι, οἱ δικασταὶ ἐξηπατήθησαν καὶ  
 5 ἔστασίασαν ἀλλήλοις καὶ παρακρουσθέντες ὑπὸ τῆς πα-  
 ρασκευῆς ἐψηφίζοντο δ, τὴν ἔτυχεν ἕκαστος. καὶ αἱ ψή-  
 φοι ὅλγαι πᾶν ἐγένοντο πλείους, ἢ τρισὶν ἢ τέτταρ-  
 σιν, ἐν τῷ Θεοπόμπου καθίσκῳ ἢ ἐν τῷ τῆς γυναικὸς.  
 10 II. Καὶ τότε μὲν ταῦτα, ὡς ἄνδρες δικασταί, ἦν τὰ  
 πραχθέντα. ἐπειδὴ δ' οὐτοσί δ παῖς ἐγένετο καὶ ἐδό-  
 κει καιρὸς εἶναι· οὐκ ὀργισθεὶς ἐγὼ τοῖς γενομένοις ἀλλ'  
 ἠγούμενος εἰκὸς τι παθεῖν τοὺς τότε δικάζοντας εἰσῆγα-  
 γον εἰς τοὺς φράτορας τοὺς τοῦ Ἀγνίου Εὐβουλίδῃ\* τὸν  
 15 παῖδα τουτοῦ ἐκ τῆς θυγατρὸς τῆς ἐκεῖνου, ἵνα μὴ ἐξε-  
 ρημωθῇ ὁ οἶκος. (12) Ἐκείνος γὰρ, ὡς ἄνδρες δικασταί,  
 ὁ Εὐβουλίδης, ὁ τῷ Ἀγνίᾳ γένει ὧν ἐγγυτάτω, μάλιστα  
 μὲν εὐχετο τοῖς θεοῖς υἱὸν αὐτῶ γενέσθαι, ὥσπερ καὶ ἡ  
 θυγάτηρ ἢ τουτοῦ μήτηρ τοῦ παιδὸς αὐτῶ ἐγένετο.  
 20 ἐπειδὴ δὲ τούτου ἀπέτυχεν καὶ οὐκ ἐγένετο παῖς ἀρῆν  
 αὐτῶ οὐδὲ εἰς· μετὰ ταῦτ' ἤδη ἐσπούδαζεν ὅπως ἐκ τῆς  
 θυγατρὸς εἰσποιηθῇ αὐτῶ υἱὸς εἰς τὸν οἶκον τὸν ἑαυτοῦ  
 καὶ τὸν Ἀγνίου, καὶ εἰς τοὺς φράτορας εἰσαχθῇ τοὺς  
 25 ἐκεῖνου, ἠγούμενος, ὡς ἄνδρες δικασταί, ἐκ τῶν ὑπο-  
 λοίπων τουτοῦ εἶναι ἑαυτῶ οικειότατον, καὶ οὕτως ἂν  
 μάλιστα τὸν οἶκον τὸν ἑαυτῶν διασώζεσθαι καὶ οὐκ ἂν  
 ἐξηρημωθῆναι. (13) Καὶ ἐγὼ ταῦτα ὑπηρετήσ' αὐτῶ,  
 ὁ τὴν Εὐβουλίδου θυγατέρα ἔχων ἐπιδικασάμενος ὡς  
 1054 γένει ὧν ἐγγυτάτω, καὶ εἰσῆγαγον τὸν παῖδα τουτοῦ  
 εἰς τοὺς Ἀγνίου καὶ Εὐβουλίδου φράτορας, μεθ' ὧν καὶ  
 Θεόπομπος ὁ τουτοῦ πατὴρ Μακαρτάτου, ἕως ἔζη,  
 ἐφρατρίαζε καὶ αὐτὸς οὗτος. (14) Καὶ οἱ φράτορες, ὡς  
 5 ἄνδρες δικασταί, οἱ τουτοῦ Μακαρτάτου, οἱ ἀριστα  
 εἰδότες περὶ τοῦ γένους, ὁρῶντες αὐτὸν μὲν τουτοῦ οὐ  
 ἴδοντα κινδυνεύειν οὐδ' ἀπάγοντα τὸ ἱερεῖον ἀπὸ τοῦ  
 βωμοῦ, εἰ μὴ προσηκόντως εἰσῆγετο ὁ παῖς οὐτοσί,  
 αὐτοὺς δ' ἀξιούonta ἐπιορκεῖν, λαβόντες τὴν ψῆφον καιο-  
 10 μένων τῶν ἱερῶν, ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες τοῦ Διὸς  
 τοῦ φρατρίου, παρόντος τουτοῦ Μακαρτάτου, ἐψηφί-

gem jubere eum qui adiiisset hæreditatem adjudicatam et teneret, in jus vocandum esse, si quis in eandem agere vellei.

(8) Quum Archon eos in iudicium duxisset et causa agenda esset; tum alia iis omnia malitiose præparata fuerunt ad iudicium, tum aquæ, ad quam disceptandum erat, quadruplo plus nobis acceperunt. Necessitate enim, iudices, coactus Archon unicuique petitorum amphoram infudit, et tres choas posteriori orationi. (9) Proinde actum est, ut ego, mulieris defensor, non modo de genere et ceteris, quæ dici oportebat iudicibus, meo arbitrato narrare non possem, sed ne nimiam quidem mendaciorum, quæ in nos congesserant, partem refutare. quintam enim aquæ partem habebam. atque id artificium illud fuit, ut ipsi inter se colluderent atque omnino consentirent, de nobis autem ea dicerent, quæ nunquam facta sunt. (10) Quum igitur in eum modum insidias struxissent et conjunctis viribus vos oppugnarent, sitellis quatuor ex lege positis, habud injuria, opinor, iudices decepti, inter sese dissenserunt, atque illis artificiis seducti, id pronuntiarunt, quod unicuique in mentem venerat. et calculi pauci omnino plures, vel tribus vel quatuor, in Theopompi sitella quam in mulieris sunt inventi.

11: Ac tum hæc acta fuerunt, iudices. quum autem hic puer natus esset ac tempus esse videretur; ego non iratus ob ea, quæ acciderant, sed humanum quiddam accidisse ratus illius temporis iudicibus, introduxi ad Phratores Hagnisæ puerum hunc, ut Ebulididis fieret, ex ejus filia natus, ut ne familia desolaretur. (12) Is enim Ebulidides, iudices, Hagnisæ genere proximus, in primis quidem exoptabat a diis, ut sibi nasceretur filius, quemadmodum ei et filia pueri hujus mater nata erat. quum autem eo voto frustratus, mares liberos nullos omnino suscepisset; jam secundo loco cupiebat, ut e filia sibi adoptaretur filius in suam et Hagnisæ familiam, et ad suos Phratores introduceretur, quia existimabat, iudices, e reliquis hunc sibi esse conjunctissimum, et sic suam ipsorum familiam rectissime conservari et non desolari. (13) In quo ego ei obsecutus sum, Ebulididis gener, qui idem hæreditatem petieram, ut genere proximus, et introduxi puerum hunc ad Hagnisæ et Ebulididis Phratores, in quorum et Theopompus, dum vixit, istius Macartati pater, Phratrìa fuit. atque istic ipse. (14) Phratores Macartati istius, iudices, optime gnari generis, videntes istum quidem ipsum fugitare periculum nec victimam ab ara abducere, si puer hic non legitime introduceretur, postulare autem, ut ipsi pejerarent, calculis de ara Jovis Phratrìi, dum sacra ardebant, desumptis, præsentē isto Ma-

σαντο τὰ δίκαια, ὧ ἄνδρες δικασταί, ὀρθῶς καὶ προσ-  
 ηκόντως τὸν παῖδα τούτου εἰσάγεσθαι Εὐβουλίδῃ υἱὸν  
 εἰς τὸν οἶκον τὸν Ἁγνίου. (15) Ψηφισαμένων δὲ ταῦτα  
 15 τῶν φρατόρων τούτου Μακαρτάτου υἱὸς ἂν Εὐβουλίδου  
 ὁ καὶς οὕτως προσκαλέσατο Μακαρτάτον τοῦ κλήρου  
 τοῦ Ἁγνίου εἰς διαδικασίαν, καὶ ἔλαχε πρὸς τὸν ἄρ-  
 χοντα, κύριον ἐπιγραφάμενος τὸν ἀδελφὸν τὸν ἑαυτοῦ.  
 ἐμοὶ γὰρ οὐκέτι οἶόντ' ἦν, ὧ ἄνδρες δικασταί, κυρίῳ  
 20 ἐπιγεγράφαι, εἰςπειρηκῶτι τὸν παῖδα εἰς τὸν οἶκον  
 τὸν Εὐβουλίδου. Καὶ ἡ πρόσκλησις ἐγένετο τῷ παιδί  
 τούτῳ κατὰ τὸν νόμον, καθ' ὅν περ καὶ οὔτοι προσκα-  
 λέσαντο τὴν τούτου μητέρα τὴν νενικηκυῖαν πρότερον  
 25 ἐν τῷ δικαστηρίῳ καὶ ἔχουσαν τὸν κλῆρον τὸν Ἁγνίου.  
 (16) Καὶ μοι ἀνάγνωθι τὸν νόμον, καθ' ὃν ἡ πρόσκλησις \*  
 ἐστὶ παρὰ τοῦ ἔχοντος τὸν κλῆρον.

## ΝΟΜΟΣ.

Ἐὰν δ' ἐπιδικασμένου ἀμφισβητῆ τοῦ κλή-  
 ρου ἢ τῆς ἐπικλήρου προσκαλείσθω τὸν ἐπιδε-  
 δικασμένον πρὸς τὸν ἄρχοντα, καθάπερ ἐπὶ τῶν  
 ἄλλων δικῶν. παρακαταβολὰς δ' εἶναι τῷ ἀμφι-  
 105 σβητοῦντι. Ἐὰν δὲ μὴ προσκαλεσάμενος ἐπι-  
 δικάσῃται ἀτελής ἐστὶ ἡ ἐπιδικασία τοῦ κλή-  
 ρου. Ἐὰν δὲ μὴ ζῆ ὁ ἐπιδικασάμενος τοῦ κλήρου  
 προσκαλείσθω κατὰ ταῦτα, ᾧ ἡ προθεσμία μήπω  
 5 ἐξήκει. τὴν δ' ἀμφισβήτησιν εἶναι τῷ ἔχοντι \*,  
 καθ' ὃ, τι ἐπιδικάσατο, οὗ ἂν ἔχη τὰ χρήματα.

17. Τοῦ μὲν νόμου ἀρκῶστε, δέομαι δ' ὑμῶν δι-  
 καίαν δέησιν, ὧ ἄνδρες δικασταί. ἐὰν γὰρ ἐπιδείξω Θεο-  
 πόμπου τοῦ πατρὸς τοῦ Μακαρτάτου γένει ὄντας Ἁγνίᾳ  
 ἐγγυτέρω Εὐβουλίδην τὸν παῖδα τούτου καὶ Φυλομά-  
 10 χην, ἣ ἐστὶ μήτηρ τῷ παιδί, Εὐβουλίδου δὲ θυγάτηρ,  
 καὶ οὐ μόνον γένει ἐγγυτάτω ὄντας, ἀλλὰ τὸ παράπαν  
 οὐδὲ ὄντα οὐδένα ἀνθρώπων ἐν τῷ οἴκῳ τῷ Ἁγνίου ἄλ-  
 λον ἢ τὴν μητέρα τοῦ παιδὸς τούτου καὶ αὐτὸν τούτον  
 τὸν παῖδα, ταῦτ' ἐὰν ἐπιδείξω δέομαι ὑμῶν, ὧ ἄνδρες  
 δικασταί, βοηθεῖν ἡμῖν.

16 18. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον διενεθήθη, ὧ ἄνδρες δικα-  
 σταί, γράψας ἐν πίνακι ἅπαντας τοὺς συγγενεῖς τοὺς  
 Ἁγνίου, οὕτως ἐπιδεικνύειν ὑμῖν καθ' ἕκαστον. ἐπειδὴ  
 δ' ἐδόκει οὐκ εἶναι ἐξ Ἰσσοῦ ἡ θεωρία ἅπασιν τοῖς δικα-  
 σταῖς, ἀλλ' οἱ πόρρω καθήμενοι ἀπολείπεσθαι ἀναγ-  
 20 καίον ἴσως ἐστὶ τῷ λόγῳ διδάσκειν ὑμᾶς. τοῦτο γὰρ  
 ἅπασιν κοινόν ἐστιν. πειρασμέθα δὲ καὶ ἡμεῖς, ὡς ἂν  
 μάλιστα δυνώμεθα, διὰ βραχυτάτων ἐπιδείξει περὶ τοῦ  
 γένους τοῦ Ἁγνίου.

19. Βούσελος γὰρ ἦν ἐξ Οἴου, ὧ ἄνδρες δικασταί,  
 25 καὶ τούτῳ ἐγένοντο πέντε υἱεῖς, Ἁγνίας καὶ Εὐβουλί-  
 δης καὶ Στρατίου καὶ Ἄβρων καὶ Κλεόκριτος. καὶ οὔ-  
 τοι ἅπαντες οἱ τοῦ Βουσέλου υἱεῖς ἄνδρες ἐγένοντο, καὶ  
 δίνεμεν αὐτοῖς τὴν οὐσίαν ὁ πατήρ Βούσελος ἅπασιν

cartato, justa decreverunt, iudices, ut recte et convenienter  
 puer hic, ut Ebulidis filius, in Hagnis familiam introdu-  
 ceretur. (15) Quibus per Phratores istius Macartati decre-  
 tis, hic puer, ut filius Ebulidis, citavit Macartatam de  
 Hagnis hereditate in iudicium, et diem dixit apud Archon-  
 tem, auctore adscripto fratre suo. mihi enim, iudices,  
 parro non licebat auctorem fieri, qui puerum in Ebulidis  
 familiam adoptassem. Hæc citatio facta est a puero hoc ex  
 ea lege, qua freti et isti matrem hujus, quæ prius iudicio  
 vicerat et hereditatem Hagnis tenebat, citarent. (16) Age  
 recita mihi legem, qua citatio in eam datur, qui heredita-  
 tem tenet.

## LEX.

Sin autem litem intendat alicui, qui adjudi-  
 catam impetravit hereditatem vel feminam hæ-  
 redem; citato eum, qui adjudicatam tenet, ad  
 Archontem, quemadmodum fit in ceteris causis.  
 sacramento autem contendat petitor. Sin sine  
 citatione petierit; irrita erit petitio hereditatis.  
 Sin is, qui hereditatem adjudicatam adiit, su-  
 perstes non fuerit; citato eadem ratione is, cui  
 præfinitum tempus nondum est terminatum. dis-  
 ceptatio autem esto contra possidentem, quo no-  
 mine ille sibi hereditatem vindicavit, cujus bona  
 possidet.

17. Legem quidem audivistis, justam autem rem a vobis  
 petam, iudices. si ostendero Theopompo patre Macartati  
 genere esse Hagnis propiorem Ebulidem puerum hunc  
 et Phylomacchiam, quæ est mater pueri et Ebulidis filis,  
 nec tantum esse genere proximos, sed in universum neque  
 esse ullum hominem in familia Hagnis alium quam matrem  
 pueri hujus et ipsam hunc puerum, hæc si ostendero; qua-  
 ro, iudices, ut nobis opem feratis.

18. Ac primum quidem decreveram, iudices, in tabula  
 descriptos omnes cognatos Hagnis, sic vobis ostendere sin-  
 gulos. sed quum eam non ex æquo spectare posse iudices  
 omnes, præsertim remotius sedentes, viderentur; necessa-  
 rium fortasse est oratione docere vos, quæ res communis est  
 omnibus. conabimur autem et nos, quam facere brevissi-  
 me poterimus, explicare genus Hagnis.

19. Buselus fuit Cœnis, iudices, et is quinque filios  
 suscepit, Hagniam et Ebulidem et Stratum et Habronem  
 παιδείᾳ πάντων προέχειν δοκοῦντα, ὃς καὶ τοῖς ἀτυ-  
 χήσασιν ἀεὶ κοινὴν ἔχει καταφυγὴν, ἀγνομονέστερον  
 φαίνεσθαι Φιλίππου, ὃς ἀνοουθέτητος ὧν εἰκότως, τρα-  
 15 φῆς γ' ἔν ἐξουσίᾳ, ὅπως φέτο δεῖν, ἤνικ' εὐτύχησε  
 μάλιστα, τότε τάνθρώπινα πράττων φαίνεσθαι, καὶ  
 τοὺς παραταξαμένους, πρὸς οὓς περὶ τῶν ὄλων διακιν-  
 δύνευσεν, οὐκ ἐτάλησε δῆσαι †, τὸ τίνων καὶ τίνες  
 εἰσὶν ἐξετάσας. οὐ γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὁμοίως τῶν παρ'  
 20 ὑμῖν ρητόρων ἐνίοις οὔτε δίκαια ἂν εἶναι πρὸς ἀπαν-  
 τας τὰ αὐτὰ οὔτε καλὰ ἠγεῖτο, ἀλλὰ τὴν τῆς ἀξίας  
 προσθήκην συλλογιζόμενος τὰ τοιαῦτ' ἐπέκρινεν. Ὑμεῖς  
 δὲ, ὄντες Ἀθηναῖοι καὶ παιδείας μετέχοντες, ἢ καὶ τοὺς  
 ἀναισθητοὺς ἀνεκτοὺς ποιεῖν δοκεῖ δύνασθαι, πρῶτον  
 25 μὲν, ὃ πάντων ἀγνομονέστατόν ἐστι, περὶ ὧν τὸν πα-  
 τέρα αἰτιῶνται τινες, τοὺς οὐεῖς δαδέκατε, εἴτα τὸ  
 ταῦτα ποιεῖν ἴσον εἶναι φατε, ὥσπερ ὑπὲρ σταθμῶν ἢ  
 μέτρων τὸ ἴσον σκοπούμενοι, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ ἀνδρῶν  
 προαιρέσεως καὶ πολιτείας βουλευόμενοι, ἐν οἷς ἐξετα-  
 1478 ζόμενοι εἰ μὲν χρῆστα καὶ δημοτικὰ καὶ ἐπ' εὐνοίᾳ  
 τὰ Λυκούργῳ πεπραγμένα φαίνεται, μηδενὸς κακοῦ  
 ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τοὺς παῖδας αὐτοῦ δι-

et propter vos defendendos, quantum possum, refuto, hæc  
 eatenus, ut vobis indicem multos esse a quibus reprehenda-  
 mini, quod scitu vobis esse utilis judicabam, scripsi, accu-  
 rate autem recensere molestum judico. Quæ vero sine  
 convicio a quibusdam dicuntur, et auditu fore utilis vobis  
 arbitror, hæc significabo. Nemo vos per errorem et igno-  
 rationem veri ita de ipso Lycurgo statuisse existimat. nam  
 et longum tempus, quo exploratus nihil unquam con-  
 tra vos vel cogitare vel agere injustum deprehensus est,  
 et illud, quod hominum nemo ullis aliis in rebus vos stu-  
 poris arguit, merito istam tollit ignorantie suspicio-  
 nem. Restat igitur, quod omnes hand frugi hominum esse  
 dicant, ut tantisper cujusque curam, dum ejus vobis usus  
 est, agere videamini, postea nullam rationem habeatis.  
 Quam enim aliam vos mortuo gratiam relaturos consenta-  
 neum est, quum ejus liberos et existimationem lædi vide-  
 mus, quæ sola ut in tuto collocentur, etiam morientibus  
 omnibus curæ sunt? Jam neque illud honorum virorum est,  
 quod ista pecunie gratia facere videantur, id quod neque  
 magnitudini animi vestræ nec reliquo vitæ instituto con-  
 gruere apparebat. Nam si vobis illi liberi ab aliis redimendi  
 essent e vestro arario deprompta pecunia; id vos omnes  
 cupide facturos existimarem. ad mulctam vero, quæ per  
 calumniam et ex invidia irrogata est, remittendam vos can-  
 otari videns, non habeo quod statuam, nisi prorsus acerbe  
 insectari et proturbare populares homines institutis. Quod  
 si ita est; nec recte nec utiliter facere decrevistis.

3. Miror autem, si nemo vestrum cogitat turpe esse, quod  
 populus Atheniensis, sapientie doctrinaeque opinione præ-  
 stans omnibus, ad quem in calamitatibus, tanquam ad com-  
 mune asylum, confugi solet, Philippo inhumanior videtur  
 qui (ut in potestate regia educatum probabile est) a nemine  
 admonitus, tamen quum secundissima fortuna usus esset,  
 tum humanitatis se esse memorem oportere censuit et eos,  
 qui adversus ipsum in acie steterant et quibuscum de summa  
 rerum depugnarat, non sustinuit vinciri, quum explorasset  
 qui et cujates essent. Etenim, ut apparet, non ut plerique ves-  
 tri oratores, eadem in omnes esse vel justa vel honesta puta-  
 bat, sed ratione habita dignitatis talia concludebat et decerne-  
 bat. Vos autem, qui estis Athenienses, et liberali doctrina  
 perpoliti, quæ etiam stupidos efficere tolerabiles putatur,  
 primum, quod omnium iniquissimum est, quarum rerum  
 patrem accusant quidam, ob eas filios in vincula conjeci-  
 stis, atque ita agere perinde esse dicitis, ac si æqualitatem  
 in ponderibus aut mensuris quaereretis, non autem de vi-  
 rorum instituto vitæ et ratione reipublicæ consultaretis, in  
 qua quidem inquisitione si bona et popularia et studio reipa-  
 blicæ juvenæ suscepta Lycurgi acta videbuntur, non modo  
 nullo officii malo, sed quibusvis a vobis ornari beneficiis ejus

5 καιόν ἐστι τυγχάνειν παρ' ὑμῶν. εἰ δὲ τάναντία τούτων ἐκείνον, ὅς' ἔστι, ἔδει δίκην δίδόναι, τούτους δὲ μηδ' οὕτως, ἐφ' οἷς ἐκείνῳ τις ἐγκαλεῖ, τυγχάνειν ὀργῆς. πᾶσι γὰρ πάντων τῶν ἀμαρτημάτων ὄρος ἐστὶ τελευτή. ἐπεὶ, εἴγ' οὕτως ἔξετε, ὡςθ' οἱ μὲν ἀχθεσθέντες τι τοῖς ὑπὲρ  
10 τοῦ δήμου πολιτευομένοις μηδὲ πρὸς τελευτήσαντας διαλαγῆσονται, ἀλλὰ καὶ τοῖς παισὶ τὴν ἐχθρὰν διαφυλάξουσιν, ὁ δὲ ὄμιλος, ὃ συναγωνίζεται τῶν δημοτικῶν ἑκαστος, μέχρι τοῦ παρόντος χρῆσθαι μνημονεύσει τὰς  
15 χάριτας, μετὰ ταῦτα δὲ μηδὲν φροντιεῖ, οὐδὲν ἀθλιώτερον ἴσται τοῦ τὴν ὑπὲρ τοῦ δήμου τάξιν αἰρεῖσθαι.

4. Εἰ δὲ Μαιροκλῆς ἀποκρίνεται ταῦτα μὲν σοφώτερα ἢ καθ' ἑαυτὸν εἶναι, ἵνα δὲ μηδ' ἀποδρῶσιν, αὐτὸς αὐτοὺς δῆσαι· ἐρωτήσας αὐτὸν, ἦνίκα Ταυρέας καὶ  
20 Πάτακος καὶ Ἀριστογαίτων καὶ αὐτὸς εἰς τὸ δεσμητήριον παραδοθέντες οὐ μόνον οὐκ ἐδέδεντο ἀλλὰ καὶ ἐδημηγόρου, τί δήποτε οὐχ ἑώρα τὰ δίκαια ταῦτα. εἰ δὲ μὴ φήσει τότ' ἄρχειν· οὐδὲ λέγειν ἕκ γε τῶν νόμων αὐτῷ προσήκει. ὥστε πῶς ἴσον ἐστὶ τοὺς μὲν ἀρχειν, οἷς μηδὲ λέγειν ἔξεσι, τούτους δὲ δεδέσθαι, ὧν  
25 πολλὰ χρήσιμος ἦν ὑμῖν ὁ πατήρ; Ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω σπυλλογίσασθαι, εἰ μὴ τοῦτο δεῖξαι δημοσίᾳ βούλεσθε, ὅτι βδελυρία καὶ ἀναίδεια καὶ προαίρεσις πονηρίας ἐν τῇ πόλει ἰσχύει καὶ διασωθῆναι πλείω προσδοκίαν ἔχει, κἂν τι συμβῆ χαλεπὸν τοῖς  
1479 τοιούτοις, ἀπόλουςι γίνεσθαι, ἐν δὲ προαιρέσει χρηστῆ καὶ βίῳ σώφρονι καὶ δημοτικῷ προελῆσθαι ζῆν σφαλερόν, κἂν τι γένηται πταῖσμα, ἀφυκτον ἴσται.

5. Ἐτι τοίνυν τὸ μὲν μὴ δίκαιον εἶναι τὴν ἐναντίαν  
5 δόξαν ἔχειν, ἥσπερ ζῶντος εἴχετ' ἐκείνου, καὶ τὸ τῶν τελευτηκῶτων ἢ τῶν παρόντων πλείω ποιεῖσθαι λόγον δίκαιον εἶναι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ἐάσω. παρὰ γὰρ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι ταῦτα ὑπείληφα. ὅσοις μέντοι πατρικᾶς εὐεργεσίας ἀπεμνημονεύσατε τῶν ἄλλων, ἡδέως  
10 ἂν ἴδοιμι ὑμᾶς ἀναμνησθέντας, οἷον τοῖς Ἀριστείδου καὶ Θρασυβούλου καὶ τοῖς Ἀρχίνου καὶ πολλῶν ἑτέρων ἀπογόνους. Οὐχ ὡς ἐπιτιμιῶν δὲ ταῦτα παρήνεγκα. τοσοῦτου γὰρ δέω τοῦτο ποιεῖν, ὥστε συμφέρειν μά-  
15 πάντας ἐκ τούτων δημοτικούς εἶναι, δρῶντας ὅτι κἂν ἐν τῷ καθ' ἑαυτοὺς βίῳ ταῖς προσηκούσαις αὐτῶν τιμαῖς ὁ φθόνος ἀντιστῆ, τοῖς γε παισὶν ὑπάρξει τὰ προσήκοντα παρ' ὑμῶν κομίσασθαι. Πῶς οὖν οὐκ ἀτοπον, μᾶλλον  
20 δὲ καὶ αἰσχρόν, τῶν μὲν ἄλλων τισί, καὶ παλαιῶν ὄντων τῶν χρόνων καθ' οὓς ἐγένοντο χρήσιμοι, καὶ δι' ὧν ἀκούετε τὰς εὐεργεσίας, οὐκ ἐξ ὧν ἐωράκατε ὑπείληφθας, ὅμως τὴν δίκαιαν εὐνοίαν διασώζειν, Λυκούργῳ δ' οὕτως ὑπογυῖου καὶ τῆς πολιτείας καὶ τῆς τελευτῆς γενοῦσας, μηδ' εἰς ἂ καὶ τοῖς ἀγνώμοσι καὶ  
25 ὑφ' ὧν ἀδικεῖσθε ἔτοιμοι τὸν ἄλλον ἦτε χρόνον, εἰς εἶλεον καὶ φιλανθρωπίαν, μηδ' εἰς ταῦθ' ὑμᾶς αὐτοὺς ὁμοίους παρέχειν, καὶ ταῦτ' εἰς τοὺς παῖδας αὐτοῦ γιγνομένης τῆς τιμωρίας, οὓς κἂν ἐχθρός, εἴπερ μέτριος εἴη καὶ λογισμὸν ἔχων, ἐλεήσει;

liberos æquum est. sin contraria; illum, dum viveret, penas dedisse oportuit, hos vero, ne sic quidem, propter objecta patri a quibusdam crimina, per iracundiam plecti. omnibus enim omnium delictorum quasi meta est mors. Quod si hoc eritis animo, ut aliqui populi studiosis irati nec cum mortuis quidem in gratiam redeant, sed inimicitias etiam ad liberos usque propagent, populus autem, cuius causam quique populares agunt, dum horum opera utitur, beneficiorum meminerit, postea flocci faciat; nihil erit miserius quam populi tueri partes.

4. Sin Maerocles respondet hæc argutiora esse quam quæ intelligat, se vero eos, ut ne effugerent, vinculis tradidisse; quaeritote ex eo, quum Taureas et Pataccus et Aristogiton atque Ipæe in carcerem traditi, non modo victi non fuerint, sed et conciones habuerint, cur istam æquitatem non perspexerit. sin se tum magistratu esse functum negabit; nec dicere, e legibus quidem, ei licet. qui igitur æquum est magistratu fungi hos, quibus ne dicere quidem licet; illos vero in vinculis teneri, quorum pater de vobis sæpe bene meritus fuit? Ego quidem hæc concludere non possum, nisi hoc publice vultis ostendere vecordiam et impudentiam et affectationem improbitatis in civitate valere et majorem habere spem incolumitatis, ac, si quid secus acciderit, tales absolvi, meliorem autem tueri partem vitamque modestam et popularem institnere, periculosum esse, ac si quid error, nullam veniæ spem esse propositam.

5. Ad hæc non esse quidem justum omnino, aliter quam vivente illo sentire, decreque mortuorum potius quam presentium rationem habere, et quæ sunt ejus generis omnia missa faciam, quod ea in confesso esse apud omnes existimo. Sed quam multos reliquorum ob patria beneficia honoretis, vos recordari voluerim, ut Aristidis et Thrasybuli et Archini et multorum aliorum posteros. Neque vero hæc quod reprehenderem attuli, a quo tantum absum, ut eam rem maxime esse e republica dicam. provocatis enim omnes ista ratione ad populum colendum, quippe qui videant, tametsi viventibus sibi obset invidia, quominus honores meritos consequantur, liberis tamen digna præmia esse apud vos reposita. Qui igitur non absurdum, atque adeo turpe est, vos reliquorum quibusdam, licet ex quo usui fuerunt multum temporis intercesserit, et per quos auditis beneficia vos accepisse, non ipsi videritis, tamen justam benivolentiam constanter tribuere, erga Lycurgum autem, qui nuper adeo et reipublicæ præfuit et obiit, ne ad ea quidem vos, ad quæ per reliquum tempus hominibus etiam ingratis et in vos injuriis tribuenda parati eratis, misericordiam dico et humanitatem, vos ipsos similes præbere, quum præsertim in ejus liberos pena redundet, quorum etiam inimicum, si moderatus sit et mente utatur, miseresceret?

1480 ε. Θαυμάζω τοίνυν καὶ τοῦτ' εἰ τις ἡμῶν ἀγνοεῖ, ὡς οὐδὲ τοῦτο συμφέρει τῇ πολιτείᾳ φανερὸν γιγνώμενον, ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις τινὰ κτησαμένους φιλίαν καὶ κατορθοῦσιν ἐν πᾶσι πλεονεκτεῖν ὑπάρχει, κἂν ἀτυχήσωσι τι, βλάβει εἶναι τὰς λύσεις, τοῖς δ' εἰς τὸν δῆμον ἀναρτήσασιν ἑαυτοὺς οὐ μόνον κατὰ τὰ ἄλλα ἔλαττον ἔχειν ὑπάρξει, ἀλλὰ καὶ τὰς συμφορὰς βεβαίους τούτοις μόνους τῶν ἄλλων μένειν. Ἄλλὰ μὴν ὅτι τοῦθ' οὕτω γίνεταί, βλάβει δεῖξαι. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ἡμῶν Λάχητι τῷ Μελανώπου ἀλῶναι μὲν ὁμοίως ἐν δικαστηρίῳ συμβῆν ὡς καὶ νῦν τοῖς Λυκούργου παισίν, ἀφελθῆναι δὲ πᾶν τὸ ὄφλημα ἐπιστειλαντος Ἀλεξάνδρου; καὶ κάλιν Μνησιβούλῳ τῷ Ἀχαρνεὶ ἀλῶναι μὲν ὁμοίως, 15 καταγνόντος αὐτοῦ τοῦ δικαστηρίου ὡς περ καὶ τῶν Λυκούργου παίδων, ἀφείσθαι δὲ καλῶς ποιοῦντι; ἄξιός γάρ ἄνθρωπος, καὶ οὐδαὶ ἂν ἐπὶ τούτοις τοὺς νόμους ἔφη καταλύεσθαι τῶν νῦν βοῶντων. εἰκότως. οὐ γὰρ καταλύοντο, εἴπερ ἅπαντες οἱ νόμοι τῶν δικαίων ἕνεκα καὶ σωτηρίας τῶν χρηστῶν ἀνθρώπων τίθενται, καὶ μήτε αἰδίους τοῖς ἀτυχήσασιν καθιστάναι τὰς συμφορὰς συμφέρει, μήτ' ἀχαρίστους ὄντας φαίνεσθαι. Ἄλλὰ μὴν εἴγε ταῦθ' οὕτως, ὡς περ ἂν φησαιμεν, ἔχειν συμφέρει· οὐ μόνον τοὺς νόμους οὐ καταλύετε, ἤνικα ἐκείνους 20 ἤφιετε, ἀλλὰ καὶ τοὺς βίους ἐσώζετε τῶν τοὺς νόμους θεμέλιων ἀνθρώπων, Λάχητα μὲν πρὸς χάριν δεηθέντος Ἀλεξάνδρου ἀφέντες, Μνησιβούλον δὲ τῇ τοῦ βίου σωφροσύνη σώσαντες. Μὴ τοίνυν τὸ κτήσασθαι τὴν ἔξωθεν φιλίαν λυσιστελέστερον δεῖκνυτε ἢ τὸ τῷ δήμῳ παρακαταθέσθαι ἑαυτὸν, μηδὲ τὸ τῶν ἀγνώτων εἶναι κρείττονον ἢ τοῖς πολλοῖς ἡμῖν τὰ συμφέροντα πολιτευόμενον γιγνώσκασθαι. Τὸ μὲν γὰρ πᾶσιν ἀρέσκειν τὸν συμβουλευόντα καὶ τὰ κοινὰ πράττοντα ἀδύνατον. ἐὰν δ' ἐπ' εὐνοίᾳ ταῦτ' ἀπὸ τῶν δῆμον τις φρονῇ· δίκαιός ἐστι σώζεσθαι. εἰ δὲ μή· καὶ θεραπεύειν ἐτέρους μᾶλλον ἢ τὸν δῆμον ἅπαντας διδάξετε, καὶ φεύγειν τὸ τῶν ἡμῶν συμφερόντων ποιοῦντ' αὐτὸ γινώσκῃναι. Ὅλως δὲ κοινόν ἐστιν ὄνειδος ἀπάντων, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ὅλης 10 τῆς πόλεως συμφορὰ τὸν φθόνον δοκεῖν μείζον ἰσχύειν παρ' ἡμῖν ἢ τὰς τῶν εὐεργεσιῶν χάριτας, καὶ ταῦτα τοῦ μὲν νοσήματος ὄντος, τῶν δὲ τοῖς θεοῖς ἀποδεδεγμένων\*.

7. Καὶ μὴν οὐδὲ τὸν Πυθέαν παραλείψω τὸν μέχρι τῆς παροῦσης δημοτικῆς, μετὰ ταῦτα δ' ἔτοιμον εἰς τὰ καθ' ἡμῶν πάντα. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τοῦτον, ὅτι μὲν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν τάξιν ἔχων εἰς τὸ πολιτεύεσθαι παρήει, ὡς δοῦλον ἐλαυνόμενον καὶ γραφὴν ξενίας φεύγοντα καὶ μικροῦ παρθένου ὑπὸ τούτων οἷς νῦν ἑπηρετῶν τοὺς κατ' ἐμοῦ λόγους ἔγραψεν, ἐπειδὴ δ' ἂν κατηγορεῖ τότε τῶν ἄλλων, νῦν αὐτὸς πράττει, εὐποροῦντα μὲν ὅπως ὥστε δὴ ἔχειν ἑταίρας, αἱ μέχρι φθόγης καλῶς ποιοῦσαι προπεπόμφασιν αὐτόν, πέντε τάλαντα δ' ὀφλόντα βῆσον\* ἐκτίσαι ἢ πέντε δραχμὰς ἀνέχεσθαι\* πρότερον, 20 πρὸς δὲ τούτοις παρ' ἡμῶν, τοῦ δήμου, οὐ μόνον τῆς πολιτείας μετεληφῶτα, δ κοινὸν ὄνειδος ἐστὶν ἅπασιν,

6. Quin illud etiam demiror, si quis vestrum hoc ignorat, non esse e republica, palam fieri eos, qui aliorum quorundam amicitiam sibi adjunxerunt, tum quum prospere cedunt, in omnibus esse meliore conditione, tum quum fortuna reflarit, facile periculis liberari, cum his vero qui toti a populo pendent, non modo aliis in rebus pejus agi, sed solis etiam his omnium firmas permanere calamitates. Atque hoc ita fieri, ostendi facile potest. quis enim vestrum ignorat Lacheti Melanopi filio similiter judicio victum esse, ut etiam nunc Lycurgi liberis, accidit, sed propter Alexandri literas omnem multam esse condonatum? et rursus Mnesibulum Acharnensem aequae convictum et judicum sententia damnatum, ac Lycurgi liberos, esse tamen fortuna favente absolutum? merebatur enim vir, et nemo istorum, qui nunc clamitant, propterea leges everti questus esset, merito. non enim evertebantur, quandoquidem omnes leges propter aequitatem et salutem bonorum hominum feruntur, et nec calamitates effici perpetuas nec ingratos videri expedit. Atqui siquidem haec ita, ut pronuntiamus, se habere conducit; non modo leges non evertistis, quum illos absolveretis, sed etiam vitam eorum, qui leges sibi tulerant, tuiti estis, Lachete ad preces Alexandri absoluto, Mnesibulo propter vitae modestiam conservato. Ne igitur ostendite utilius esse externas parere amicitias, quam populi fidei semetipsum committere, neque praestare ignotorum esse quam cognitum rempublicam ex utilitate populi administrare. Nam ut is, qui suadet aliquid, et rempublicam administrat, placeat omnibus, fieri quidem non potest. sed si quis populi rebus ex animo consultum cupit; dignus est qui conservetur. quod nisi fiet; docebitis omnes, et alios potius esse colendos quam populum, et cavendum esse, ne quis aliquid utile vobis gessisse cognitus sit. In universum autem commune probrum omnium est, Athenienses, et totius civitatis calamitas, quod invidia plus valere apud vos putatur quam gratia beneficiorum, quum praesertim illa pestis sit, haec diis placeant.

7. At nec Pytheam praetermittam, qui donec ad rempublicam accederet, popularis erat, postea vero paratus ad omnia quae vobis adversantur. quem, dum vestras in gerenda republica partes tuebatur, quis nescit ut servum agitatum et peregrinitatis accusatum propeque venundatum esse ab istis, quibus nunc inserviens orationes illas contra me scripsit, quum autem ipse nunc ea faciat, propter quae tum alios criminabatur, ita esse locupletem, ut et duas meretrices alat, quae ad tabernam cum usque favente fortuna redegerunt, et quinque Talentis multam facilius nunc solverit, quam olim totidem Drachmas solvere potuisset, praeter haec a vobis, qui estis populus, non modo admisum ad gubernacula civitatis, quod commune probrum est



ἀλλὰ καὶ θύοντα ὑπὲρ ὑμῶν τὰς πατρίους \* θυσίας ἐν  
 Δελφοῖς; Ὅταν οὖν τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα πᾶσιν ἰδεῖν  
 482 ἢ παραδείγματα, ἀφ' ὧν ἀλυσिताὶ προαίεσθαι τὰ τοῦ  
 δήμου πᾶς τις ἂν κρίναι φοβοῦμαι μή ποτ' ἰρημοί  
 τῶν ὑπὲρ ὑμῶν ἐρούτων γένησθε, ἄλλως τε καὶ θταν  
 τῶν δημοτικῶν τοὺς μὲν ἢ καθήκουσα μοῖρα καὶ ἡ  
 5 τύχη καὶ ὁ χρόνος παραιρῆται, ὅσον Ναυσικλία καὶ  
 Χάρητα καὶ Διότιμον καὶ Μανισθέα καὶ Εὐδοξον, ἐτι  
 δ' Εὐδίκον καὶ Ἐφιάλτην καὶ Λυκούργον, τοὺς δ'  
 10 ἡμεῖς πρόσηθε, ὡς περ Χαρίδημον καὶ Φιλοκλέα καὶ  
 ἐμᾶ, ὧν ἐτέρους εὐνουστέρους οὐδ' αὐτοὶ νομίζετε. εἰ  
 δ' ὁμοίους τινὰς οὐ φρονῶ. Βουλομένη δ' ἂν, εἴπερ  
 ἡμεῖς δικαίως αὐτοῖς προσείσαθε καὶ μὴ ταῦτ' ἄπερ  
 ἡμεῖς πείσονται, ὡς πλείστους αὐτοὺς γενήσεσθαι.  
 15 ἀλλ' ἔθαν γε τοιαῦτα ὅσα τὰ νῦν παραδείγματα ἐκφέ-  
 ρηται· τίς ἔστιν ἕστις εἰς ταύτην τὴν τάξιν ἑαυτὸν γη-  
 σίως ἡμῖν ἰθαλήσει δοῦναι; Ἀλλὰ μὴν τῶν γε \* προσ-  
 ποιησομένων οὐκ ἀπορήσετε. οὐδὲ γὰρ πρότερον. μὴ  
 γένοιτο δὲ ἰδεῖν ἐξελεγχθέντας αὐτοὺς ὁμοίως ἐκείνοις,  
 οἱ φανερώς, ἀ τότε ἠρνοῦντο, νῦν πολιτεύομενοι οὐδένα  
 ὑμῶν οὔτε δεδοίκασι οὔτε αἰσχύνονται. Ἄ χρὴ λο-  
 20 γιζομένους, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μήτε τῶν εὐνόων ὀλι-  
 γωρεῖν μήτε τοῖς προάγουσιν εἰς πικρίαν καὶ ὀμότητα  
 τὴν πόλιν πείθεσθαι. πολὺ γὰρ μᾶλλον εὐνοίας καὶ φι-  
 λανθρωπίας τὰ παρόντα πράγματα δεῖται ἢ ταραχῆς  
 καὶ δυσμενείας, ὧν ὑπερβολῇ χρώμενοι τινες ἐργολα-  
 25 θῶσι καθ' ὑμῶν εἰς ὑποδοχὴν πραγμάτων, ὧν διαψεύ-  
 σεῖν αὐτοὺς ὁ λογισμὸς. εἰ δὲ τις ὑμῶν διασύρει  
 ταῦτα· πολλῆς ἔστιν εὐθελείας μεστός. εἰ γὰρ, ἀ μηδεὶς  
 ἂν ἤλπισεν, ὄρων γεγεννημένα, ἀ καὶ πρότερον γέγονε  
 1483 τοῦ δήμου πρὸς τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντας ἐπ' ἀνθρώ-  
 πων ἐγκαθέτων διαβληθέντος, νῦν μὴ ἂν οἴεται γενέ-  
 σθαι πῶς οὐ τετύφωται;

6. Ταῦτα δὲ, εἰ μὲν παρῆν, λέγων ἂν ἡμᾶς εἰδίδα-  
 6 σκον. ἐπειδὴ δ' ἐν τοιοῦτοις εἰμὶ ἐν οἷς, εἰ τις ἐμοῦ κα-  
 τέψυσται ἐφ' οἷς ἀπολαῖα, γένοιτο γράψας ἐπίσταλκα,  
 πρῶτον μὲν καὶ πλείστον λόγον ποιούμενος τοῦ καλοῦ  
 καὶ τοῦ συμφέροντος ὑμῖν, δεύτερον δ' ὅτι τὴν αὐτὴν  
 εὐνοίαν, ἣν πρὸς ζῶντα Λυκούργον εἶχον, δικαίον εἶ-  
 10 ναι νομίζω καὶ πρὸς τοὺς παῖδας αὐτοῦ φαίνεσθαι ἔχων.  
 Εἰ δὲ τῷ παρῆσθαι ὡς πολὺ μοι περίεστι τῶν ἑμαυτοῦ  
 πραγμάτων οὐκ ἂν ἀννήσαιμι πρὸς τοῦτον εἰπεῖν ὅτι τῶν  
 συμφερόντων ὑμῖν καὶ τοῦ μηδένα τῶν φίλων ἐγκατα-  
 15 λείπειν ὁμοίως ὡς περ τῆς ἑμαυτοῦ σωτηρίας φροντίζω.  
 Οὐκ οὖν ἐκ τοῦ περιόντος ταῦτα ποιῶ, ἀλλ' ἀπὸ τῆς  
 αὐτῆς σπουδῆς καὶ προαιρέσεως καὶ ταῦτα κάκεῖνα  
 μᾶ ἡ γνώμη πραγματεύομαι. περίεστι δὲ μοι τοιαῦτα,  
 ὅσα τοῖς κακίον τι νοοῦσιν ὑμῖν περιγένοιτο. Καὶ περὶ  
 μὲν τούτων ἱκανά.

20 9. Ἡδέως δ' ἂν ὑμῖν τὴν ἐπ' εὐνοίαν καὶ φιλίαν μέμ-  
 ψιν ποιησαίμεν νῦν μὲν ἐν κεφαλαίῳ, μικρῶ δ' ὕστε-  
 ρον δι' ἐπιστολῆς μακρᾶς, ἣν ἐάνπερ ἐγὼ ζῶ προσδοκᾶτε,  
 ἂν μὴ τὰ δίκαια γίγηται μοι παρ' ὑμῶν πρότερον. ὅτι-  
 25 τινες, ὡ (τί ἂν εἰπὼν μῆθ' ἁμαρτεῖν δοκοῖην μῆτε

omnibus, sed et patria sacra Delphis pro vobis fecisse?  
 Quod si talia et tanta exempla viderint omnes, de quibus  
 nemo est quin populi deligere et tueri partes perniciosum  
 esse iudicet; vereor ne quando nulli futuri sint, qui cau-  
 sam vestram tueantur, si praesertim popularium alios nat-  
 urae debitum et fortuna et aetas sustulerit, ut Nausiclem  
 et Charetem et Diotimum et Menestheum et Eudoxum,  
 praeterea Eudicum et Ephialtem et Lycurgum, alios  
 ipsi projeceritis, ut Charidemum et Philoclem et me, qui-  
 bus vos nec ipsi ullos vestri esse studiosiores putatis. si  
 vero quosdam aequae studiosos; gratulor vobis. Vellem  
 autem, si tamen vos ut aequum est eos tractabitis neque ita  
 ut nos affligetis, eos esse posthac quamplurimos. sin talia,  
 qualia nunc, exempla edantur; quis est qui se sincere in  
 istum ordinem dare velit? Qui quidem simulent, non  
 deerunt. neque enim prius deerant. Absit autem, ut eorum  
 animi tales esse conspiciantur, quales istorum, qui quam-  
 tum infitabantur, ea nunc palam ita agunt, ut neminem  
 vestrum vel metuant vel revereantur. Haec igitur cogi-  
 tanda sunt, Athenienses, et nec benivoli negligendi, nec  
 iis, qui civitatem ad acerbitatem saevitiamque impellunt,  
 auscultandum. praesens enim rerum status multo magis  
 benivolentiam et humanitatem flagitat, quam turbas et  
 similitates, quas quidam in immensum exaggeratas usur-  
 pantes, contra vos operam locant ad negotia excitanda,  
 quorum expectatio utinam eos fallat. Sin quis vestrum  
 haec cavillatur; is est magna vecordia refertus. si enim,  
 quum ea facta esse videat, quae nemo futura metuebat et  
 olim quoque facta sunt, quum populus per homines insi-  
 diatores impulsus eos, a quibus defendebatur, suspectos  
 habebat, nunc esse futura non putat; nonne insanit?

8. Haec, si adessem, coram vobis explicarem. quum  
 vero mecum ita agatur, ut cum iis velim agi, quorum  
 mendacis effectum est, ut perierim; per litteras significavi,  
 vestri et honoris et commodi ratione inprimis habita,  
 secundo loco, quia aequum esse censeo, qua benivolentia  
 Lycurgum viventem sum prosecutus, eandem erga ejus  
 quoque liberos praeter me ferendam esse. Si cui vero for-  
 tasse in mentem venit, mihi multum esse otii a rebus  
 meis; illi ego respondere non dubitem, me de vestra utili-  
 tate et omnium amicorum defensione non minus esse,  
 quam de mea salute sollicitum. Non igitur otii fallendi  
 causa haec facio, sed eodem studio et instituto et haec et  
 illa pari animo suscipio. otium vero tale mihi superest,  
 quale illis, qui vobis male volunt, superesse velim. Ac  
 de his quidem satis.

9. Velim autem pro benivolentia et amore meo nunc  
 breviter queri vobiscum, id quod paulo post per longas  
 litteras, quas, si vixero, a me expectabitis, faciam, nisi  
 prius a vobis jus meum fuero consecutus. quos, o (quid  
 dicam, ut neque errare neque mentiri videar?) nimium

25 ψευσαίμην;) λίαν δλίγωροι, οὔτε τοὺς ἄλλους οὐδ' ὑμᾶς αὐτοὺς αἰσχύνεσθε, ἐφ' οἷς Ἀριστογείτονα ἀφήκατε, ἐπὶ τούτοις Δημοσθένην ἐκεβληκότες, καὶ ἂ τοῖς τολμῶσι μηδὲν ὑμῶν φροντίζειν μὴ λαδοῦσι  
1484 παρ' ὑμῶν ἔξεστιν ἔχειν, ταῦτ' οὐ διδόντες ἐμοί, ἵνα οἴσθε ὡς τὰ τε ὀφειλόμενα εἰσπράξας καὶ τοὺς φίλους ἐρανίσας τὰ πρὸς ὑμᾶς διοικῆσαι\*, καὶ μὴ γῆρας καὶ φυγὴν ἐπιχειρα τῶν ὑπὲρ ὑμῶν πεπονημένων ἔχων, κοινὸν θνείδος τῶν ἀδικησάντων, ἐπὶ ξένης περιῶν δρῶμαι. Βουλομένου δέ μου ἐν μὲν ὑμετέρας χάριτος καὶ μεγαλοφυχίας τάξει τὴν οἰκαδέ μοι ἀφίξιν γενέσθαι, ἐμαυτῷ δὲ λύσιν τῆς γεγούσιας οὐ δικαίως  
10 βλασφημίας πορίσασθαι, καὶ μόνον αἰτούντος ἄδειαν ὁσοντες χρόνον τὴν ἐκτισιν δεῶκατε, ταῦτα μὲν οὐ συγχωρεῖτε, ἐρωτᾶτε δέ, ὡς ἀπαγγέλλεται πρὸς ἐμέ, « τίς οὖν αὐτὸν κωλύει παρῖναι καὶ ταῦτα πράττειν; » Τὸ ἐπίστασθαι αἰσχύνεσθαι, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὸ ἀναξίως τῶν ὑπὲρ ὑμῶν πεπολιτευμένων πράττειν, καὶ τὸ τὰ ὄντα ἀπολωλεῖναι διὰ τούτους, οὐς\*, ἵνα μὴ διπλᾶ καταθῶνται ἂ οὐκ ἡδύναντο ἀπλᾶ, ἐπεισθὴν ὑπογράφασθαι τὴν ἀρχὴν τὰς καταβολάς, παρ' ὧν μετὰ μὲν τῆς ὑμετέρας εὐνοίας ἀφικόμενος μέρος, εἰ  
20 καὶ μὴ πάντα, ἴσως ἂν\* κομισαίμην, ὥστε μηδὲν ἀσχημονεῖν τὸ λοιπὸν τοῦ βίου. ἂν δ' ὡς οἱ ταῦτα λέγοντες ἀξιοῦσι με εἶθω ἅμα ἀδοξία καὶ ἀπορία καὶ φόβω συνέξομαι. Ὡς οὐδὲν ὑμεῖς συλλογιζέσθε, ἀλλὰ  
25 ῥημάτων μοι καὶ φιλανθρωπίας φθονοῦντες, ἂν οὕτω τύχη, δι' ὑμᾶς περιώφεσθε ἀπολούμενον. οὐ γὰρ ἂν δευθεῖν ἄλλων ἢ ὑμῶν. Καὶ τότε φήσετε δεῖν ἂν πεπονηθῆναι με, ἀκριβοῦς οἶδα, ὅτε οὐτ' ἐμοὶ πλέον οὐδὲν  
1485 οὐδ' ὑμῖν ἔσται. οὐ γὰρ δὴ χρήματά γ' εἶναι μοι προσδοκᾶτε ἔξω τῶν φανερῶν, ὧν ἀφίσταμαι. καὶ τὰ λοιπὰ βούλομαι συναγαγεῖν, ἐάν μοι μὴ φιλονεικίας ἀλλ' ἀνθρωπίνως δῶτε τὸ πρὸς τούτοις ἀσφαλῶς εἶναι.  
6 Οὐ μὴν οὐδὲ παρ' Ἄρπαλου με λαβόντα δέξετε. οὔτε γὰρ ἡλέγχθησιν οὐτ' εἰλαβον. εἰ δὲ τὸ περιφανὲς ἀξίωμα τῆς βουλῆς ἢ τὸν Ἄρειον πάγον\* προσβλέπετε τῆς Ἀριστογείτονος κρίσεως ἀναμνησθέντες ἐγκαλύψασθε. οὐ γὰρ ἔχω τούτου πρῶτον πρὸς ταχίμα τοῖς τοιαῦτ'  
10 ἐξημαρτηκόσιν εἰς ἐμέ. οὐ γὰρ δήπου τοῖς αὐτοῖς γε λόγοις ὑπὸ τῆς αὐτῆς βουλῆς ἀποφανθέντα ἐκείνον μὲν ἀφεῖσθαι δίκαιον εἶναι φήσετε, ἐμέ δὲ ἀπολωλεῖναι. οὐχ ὅπως ὑμεῖς ἀλογίστως ἔχετε. οὔτε γὰρ ἀξίος οὔτε ἐπιτηδῆσιος οὔτε χεῖρων, ἀτυχῆς μόντοι δι' ὑμᾶς. δημολογῶ. πῶς γὰρ οὐκ ἀτυχῆς ᾗ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς καὶ πρὸς Ἀριστογείτονα ἐμαυτὸν ἐξετάζειν συμβαίνει, καὶ ταῦτ' ἀπολωλότι πρὸς σωτηρίας τετυχηκότα;  
10 α. Καὶ μὴ με ὑπολαμβάνετε ὀργίζεσθαι τοῖς λόγοις τούτοις. οὐ γὰρ ἂν πάθοιμι τοῦτο πρὸς ὑμᾶς ἐγώ, ἀλλ' ἔχει τινὰ τοῖς ἀδικουμένοις βασιάνων τὸ λέγειν ἂ πάσχουσιν, ὡς περ τοῖς ἀλλοῦσι τὸ στένειν. ἐπεὶ τῇ γε εὐνοίᾳ οὕτως ἔχω πρὸς ὑμᾶς, ὅς ὑμᾶς ἂν εὐξαιμην  
20 πρὸς ἐμέ. Καὶ τοῦτ' ἐν πᾶσι πεπονήμα καὶ ποιήσω

negligentes, neque aliorum neque vestri ipsorum pudet ob ea Demosthenem rejecisse, propter quae Aristogitonem indemnem dimisistis, quaeque iis, qui vos flocci facere audent, non accepta a vobis, tenere licet, ea non dare mihi, ut et ere alieno redacto et officio mutuo amicorum sublevatus, vobis satisfacere possim, et ne senectutem et exilium mercedis loco pro meis vestra causa susceptis laboribus auferens, commune probrum vestri, qui me affecistis injuria, peregre in hominum conspectu verser. Quum autem ego velim vestrae quidem gratiae et magnanimitatis causa ab exilio domum revocari, eaque infamia, quae me immerentem obruit, liberari, fidemque publicam non diutius petam quam quantum mihi temporis ad solvendam multam praeservivis; et haec denegatis et interrogatis, ut mihi recumtatur, « Quis ergo eum prohibet quomians veniat et haec agat? » Quod vereri didici, Athenienses, et longe alia fortuna sum quam mea in vos et rempublicam facta merentur, et quod rei familiaris propter istos jacturam feci, propter quos, ne duplum solvere cogerentur, quum simplum non possent, me esse satiadurum apud magistratum subscripsi, a quibus, vestra benivolentia reversus, partem saltem, si non totum, recuperarem, ut reliquum vitae tempus citra dedecus exigere liceret. si vero ita, ut isti, qui jactant talia, jubent, venero; simul ignominia et inopia et metu constringar. Quorum vos nihil consideratis, sed verba et humanitatem mihi invidentes, me vestra culpa (si fors ita tulerit) interire sinetis. neque enim aliis quam vobis supplex esse possum. Ac tum sortem meam, satis scio, miseraturi estis, quum querelae nec mihi nec vobis quicquam proderunt. nam alias opes praeter res fundi, quas cedo, habere me non exspectatis. reliquas, si omnia contentione pro humanitate vestra in ea remihi securitatem concesseritis, conquiram. Neque vero ab Harpalo me aliquid accepisse ostendetis. nam neque coactus sum neque accepi. sin amplissimam auctoritatem Areopagi intuemini; judicij de Aristogitone facti recordantes erubescite. non enim aliud habeo lenius, quod mandem iis, qui ad istum modum in me deliquerunt. neque enim iisdem rationibus utique ab eodem senatu illum delatum dimitti aequum esse dicetis, me vero interire. non adeo vos imprudentes estis. neque enim dignus sum (qui peream) neque par sum (hei miseriae ferendae) neque illo deterior, infelix tamen vestra causa. confiteor. quis enim infelicem me esse negat, cui ad mala cetera id quoque accedit, ut cum Aristogitone me comparem, praesertim perditum cum incolomi?

10. Neque haec iracunde a me dici patetis. neque enim ego vobis irasci possum. sed ut suspuria dolentibus, sic affectis injuria conquestiones levamenti aliquid afferre solent. nam vobis quidem tam bene cupio, quam vos mihi optarim. Et hoc in omnibus rebus declaravi et declarabo. Nam

† scrib. τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου.

φανερόν. ἔγνωκα γὰρ ἐξ ἀρχῆς παντὶ τῷ πολιτευο-  
μένῳ προσήκειν, ἄνπερ ἢ δίκαιος πολίτης, ὡςπερ οἱ  
1486 παῖδες πρὸς τοὺς γονάας, οὕτω πρὸς ἅπαντας τοὺς πο-  
λλῶς ἔχειν, εὐχεσθαι μὲν ὡς εὐγνωμοσεστάτων τυγ-  
χάνειν, φέρειν δὲ τοὺς ὄντας εὐμενῶς. ἢ γὰρ ἐν τοῖς  
τοιοῦτοις ἦττα καλὴ καὶ προσήκουσα νίκη παρὰ τοῖς  
εὐφρονουσι κρίνεται. Εὐτυχεῖτε.

Δ.

## ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΘΗΡΑΜΕΝΟΥΣ ΒΛΑΣΦΗΜΙΑΣ.

Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.  
Ἄκουώ περὶ ἔμοῦ Θηραμένην ἄλλους τε λόγους βλασ-  
φήμους εἰρηκέναι καὶ δυστυχίαν προφέρειν. Τὸ μὲν  
οὖν τοῦτον ἀγνοεῖν ὅτι λοιδορίας, ἢ μηδεμίαν κακίαν,  
καθ' ἑαυτοῦ λέγεται, δεῖκνυσιν, οὐδὲν ἔστ' ὄφελος παρ'  
5 εὐφρονουσιν ἀνθρώποις, οὐχὶ θαυμάζω. τὸν γὰρ θρασὺν  
μὲν τῷ βίῳ, μὴ πολίτην δὲ τὴν φύσιν, ἐν ἐργαστηρίῳ  
δὲ τεθραμμένον ἐκ παιδὸς αἰσθάνεσθαι τι τῶν τοιούτων  
ἀλογώτερον ἢ ἢ μὴ συνίνασι. Τούτῳ μὲν οὖν, ἐὰν  
10 ἀφίκωμαι ποτε καὶ σωθῶ, πειράσομαι διαλεχθῆναι  
περὶ ὧν εἰς ἐμέ καὶ περὶ ὧν εἰς ὑμᾶς παροινεῖ, καὶ νο-  
μιζῶ, καίπερ οὐδὲν μετέχοντα τοῦ αἰσχύνεσθαι, μα-  
τριώτερον αὐτὸν ποιήσαιν. ὑμῖν δὲ τοῦ κοινή συμφέ-  
15 ροντος ἔνεκα βούλομαι δι' ἐπιστολῆς, οὐς περὶ τούτων  
ἔχω λόγους, δηλώσαι. οἷς πάντων τῶν νοῦν προσέχοντες  
ἀκούσατε. οἶομαι γὰρ αὐτοὺς οὐκ ἀκοῆς μόνον ἀλλὰ καὶ  
μνήμης ἀξίους εἶναι.

2. Ἐγὼ τὴν πόλιν τὴν ὑμετέραν εὐτυχεστάτην πα-  
1487 σῶν πόλεων ὑπολαμβάνω καὶ θεοφιλεστάτην, καὶ ταῦτα  
οἶδα καὶ τὸν Δία τὸν Δωδωναῖον καὶ τὴν Διωνῆν καὶ  
τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον ἀεὶ λέγοντας ἐν ταῖς μαντεῖαις  
καὶ προσπειραζομένους τὴν ἀγαθὴν τύχην ἐν τῇ  
5 πόλει εἶναι παρ' ὑμῖν. ὅσα τοίνυν περὶ τῶν ἐπιόντων  
δηλοῦσιν οἱ θεοί, ὅσων ὡς προλέγουσι, τὰς δὲ ἀπὸ τῶν  
παρελθούτων προσηγορίας ἐπὶ ταῖς γεγυνοῦσας πράξεις  
τίθενται. ἃ τοίνυν ἐγὼ πεπολίτευμαι παρ' ὑμῖν, τῶν  
10 ἤδη γεγενημένων ἐστίν, ἀφ' ὧν εὐτυχεῖς ὑμᾶς προσηγο-  
ρεύκασι οἱ θεοί. πῶς οὖν δίκαιον τοὺς μὲν κεισθέντας  
εὐτυχεῖς ὀνομάζεσθαι, τὸν δὲ πείσαντα τῆς ἐναντίας  
προσηγορίας τυγχάνειν; πλὴν εἰ τοῦτο τις εἴποι, τὴν  
μὲν κοινήν εὐτυχίαν, ἣς ἐγὼ σύμβουλος, θεοὺς τοὺς  
15 λέγοντας εἶναι, οἷς οὐ θέμις ψεύδεσθαι, τὴν δ' ἰδίαν  
βλασφημίαν, ἣ κατ' ἔμοῦ κέχρηται Θηραμένης, θρα-  
σύν καὶ ἀναιδῆ καὶ οὐδὲ νοῦν ἔχοντ' ἀνθρώπων εἰρη-  
κέναι.

3. Οὐ τοίνυν μόνον ταῖς παρὰ τῶν θεῶν μαντεῖαις  
20 ἀγαθὴν οὖσαν εὐρήσατε ἢ κέχρησθε τύχῃ, ἀλλὰ καὶ ἐξ  
αὐτῶν τῶν ἔργων θεωροῦντες, ἂν ἐξετάζητε ὀρθῶς.  
ὑμεῖς γὰρ εἰ μὲν ὡς ἄνθρωποι τὰ πράγματα βούλειθε  
θεωρεῖν εὐτυχεστάτην εὐρήσατε ἀφ' ὧν ἐγὼ συνεβού-  
λευσα τὴν πόλιν γεγυνοῦσαν. εἰ δὲ, ἃ τοῖς θεοῖς ἐξαιρέθ'  
25 ὑπάρχει μόνους, τούτων ἀξιώσατε τυγχάνειν ἀδυνάτων

initio statim animum indaxi meum, quisquis ad rempubli-  
cam accesserit, modo bonus civis sit, eum sic erga omnes  
cives affectum esse decere, ut liberos erga parentes :  
optare quidem ut eos quam æquissimos experiatur, sed  
qualescunque fuerint, ferre æquo animo. in his enim  
vinci præclarum et honesta victoria apud prudentes exi-  
stimatur. Valet.

IV.

## DE THERAMENIS MALEDICTIS.

Demosthenes senatui populoque salutem. Audio de  
me Theramenem quum alia dixisse contumeliosa, tum  
vero exprobrasse calamitatem. Eum igitur ignorare,  
convicio, quo nulla ejus, in quem jacitur, probatur  
improbitas, apud homines prudentes nihil profici, non  
miror. nam et in vita confidentem, et non natura  
civem, et a puero in prostibulo educatum scire talia,  
quam non intelligere, difficilium credi potest. Cum eo  
igitur, si quando rediero et in civitatem ero restitutus, dis-  
putare conabor de ipsius et in me et in vos ebrui contumelias,  
eumque, quanquam ab omni verecundia alienum, spero  
fore ut modestiorem efficiam. Vobis autem publici boni  
causa volo per literas, quæ hisce de rebus dicenda habeo,  
significare. Quæ diligenter animadvertenda audite. nam,  
mea quidem sententiâ, non tantum auscultatione digna sunt,  
sed etiam memoria.

2. Ego vestram urbem omnium urbium fortunatissimam  
existimo et diis carissimam, et hæc testari de vobis et Jo-  
vem Dodonæum et Dionem et Pythium Apollinem perpetuo  
oraculis et obsignare insuper bonam fortunam esse in urbe  
vestra. Jam quæ de futuris quidem rebus significant dii,  
ea eos prædicere perspicuum est, appellationes autem a  
præteritis petitas tribuere rebus, quæ factæ sunt. Atqui  
quæ ego apud vos egi in republica, ex his sunt quæ jam  
præterierunt, ob quæ dii vos felices nominarunt. Quo  
igitur pacto æquum est, vos qui parvistis felices dici, eum  
vero, qui suasit, contrarium cognomen sortiri? Nisi quis  
hoc fortasse dixerit : communem felicitatem, cujus ego fui  
suasor, deos esse qui nomen, quibus mentiri nefas est,  
privatum autem convicium, quo in me usus est Therame-  
nes, hominem audacem et impudentem et rationis etiam  
expertem dixisse.

3. Neque vero solum e deorum oraculis bonam esse, qua  
estis usi, fortunam reperietis, sed et ipsis eventibus, modo  
recte judicare libeat, consideratis. Vos enim, si ut homi-  
nes, negotia considerare vultis; felicissimam e meis consiliis  
urbem esse factam reperietis. sin, quæ dii soli eximia tenent,  
hæc vos consequi postulatis; ea, quæ fieri nequeunt, affe-

ἐφίεσθε. τί οὖν ἐστὶ θεοῖς ἐξαίρετον, ἀνθρώποις δ' οὐ  
 δυνατὸν; ἀπάντων τῶν ἀγαθῶν ἐγκρατεῖς ὄντας κυρίους  
 εἶναι καὶ αὐτοὺς ἔχειν καὶ δοῦναι τοῖς ἄλλοις, φλαῦρον  
 1488 δὲ μηδὲν μηδέποτε ἐν παντὶ τῷ αἰῶνι μήτε παθεῖν  
 μήτε μελλῆσαι. Καὶ μὴν ὑποκειμένων τούτων, ὡς περ  
 προσήκει, σκοπεῖτε τὰ ὑμέτερα αὐτῶν πρὸς τὰ τῶν  
 ἄλλων ἀνθρώπων. οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἐστὶν ἀγνώμων,  
 5 δεῖς ἂν ἢ τὰ Λακεδαιμονίους συμβεβηκότα, οἷς οὐκ  
 ἐγὼ συνεβούλευον, ἢ τὰ Πέρσας, πρὸς οὓς οὐδὲ ἀφι-  
 κόμην πώποτε, αἰρετώτερα φήσειεν εἶναι τῶν ὑμῖν  
 παρόντων. Καὶ ἔω Καππαδόκας καὶ Σύρους καὶ τοὺς  
 10 γῆς, οἷς ἅπασι συμβέβηκε πολλά καὶ δεινὰ πεπονθέναι  
 καὶ χαλεπά. Ἄλλὰ νῆ Δία τούτων μὲν ἄμεινον ὑμᾶς  
 πράττειν ἅπαντες ὁμολογήσουσι, Θετταλῶν δὲ καὶ  
 Ἀργείων καὶ Ἀρκάδων χειρὸν ἢ τινῶν ἄλλων, οἷς ἐν  
 15 συμμαχίᾳ συνέβη γενέσθαι Φιλίππου. Ἄλλὰ τούτων  
 καὶ πολὺ βέλτιον ἀπηλλάξατε οὐ μόνον τῷ μὴ δεδου-  
 λευκέναι (καίτοι τί γλικοῦθ' ἔτερον;) ἀλλὰ καὶ τῷ τοὺς  
 μὲν πάντας αἰτίους εἶναι δοκεῖν τῶν τοῖς Ἑλλήσι  
 κακῶν συμβεβηκότων διὰ Φιλίππου καὶ τῆς δουλείας,  
 20 ἐξ ὧν εἰκότως μισοῦνται, ὑμᾶς δ' ὄρασθαι ὑπὲρ τῶν  
 Ἑλλήνων καὶ σώμασι καὶ χρήμασι καὶ πόλει καὶ χώρᾳ  
 καὶ πᾶσιν ἡγωνισμένους, ἀνθ' ὧν εὐκλειαν εἰκὸς ὑπάρ-  
 χειν καὶ χάριν ἀθάνατον παρὰ τῶν τὰ δίκαια βουλο-  
 μένων ποιεῖν. Οὐκοῦν ἀφ' ὧν ἐγὼ συνεβούλευσα,  
 25 τῶν μὲν ἀντιστάτων ἀρίστα πράττειν τῇ πόλει συμ-  
 βέβηκε, τῶν δὲ συνηγωνισμένων ἐνδοξότεραν εἶναι πε-  
 ρίεσσι.

4. Τοιγαροῦν ἐπὶ τούτοις οἱ θεοὶ τὰς μὲν μαντείας  
 τὰς ἀγαθὰς ὑμῖν διδάσκει, τὴν δ' ἄδικον βλασφημίαν  
 εἰς κεφαλὴν τῷ λέγοντι τρέπουσι. γνοίη δ' ἂν τις, εἰ  
 1489 πρὸς ἐλπίδι ἐξετάσαι τὰ ἐπιτηδεύματα ἐν οἷς ζῆ. ἃ γὰρ  
 ἂν καταράσαιτό τις αὐτῷ, ταῦτ' ἐκ προαιρέσεως ποιεῖ:  
 ἔχθρος μὲν ἐστὶ τοῖς γονεῦσι, φίλος δὲ Πausanίᾳ τῷ  
 πόρῳ, καὶ θρασύνεται μὲν ὡς ἀνὴρ, πάσχει δ' ὡς  
 5 γυνή, καὶ τοῦ μὲν πατρός ἐστι κρείττων, τῶν δ' αἰ-  
 σχρῶν ἤττων, οἷς δ' ὑπὸ πάντων δυσχεραίνεται, τούτοις  
 τὴν διάνοιαν ἀγάλλεται, αἰσχροβῆρημοσύνη καὶ τῷ  
 διεγείσθαι ταῦτ' ἐφ' οἷς ἀλοῦσιν οἱ ἀκούοντες, ὃ δ' ὡς  
 10 ἀφελὴς καὶ παῖρσις μεστός, οὐ παύεται. Καὶ  
 ταῦτα οὐκ ἂν ἐγραψα, εἰ μὴ κινήσαι τὴν ἐν ὑμῖν μνη-  
 μὴν τῶν προσόντων αὐτῷ κακῶν ἡβουλόμην. ἃ γὰρ  
 ἂν εἰπεῖν τις ὀνήσαι καὶ γράψαι φυλάξαιτ' ἂν, οἴομαι  
 δὲ κἂν ἀκούσαντα δυσχερᾶναι, ταῦτα ἀπὸ τούτων μνη-  
 15 σθεὶς οἶδεν ἕκαστος ὑμῶν πολλὰ καὶ δεινὰ καὶ αἰσχρὰ  
 τούτῳ προσόντα, ὥστ' ἐμοὶ τε μηδὲν ἀναιδέες εἰρῆσθαι,  
 καὶ τοῦτον ὑπόμνημα τῶν ἑαυτοῦ κακῶν ὀφθέντα πᾶσιν  
 εἶναι. Εὐτυχεῖτε.

Ε.

ΠΡΟΣ ΗΡΑΚΛΕΟΔΩΡΟΝ.

Δημοσθένης Ἡρακλεοδώρῳ εὖ πράττειν. Οὐδ'

ctatis. Quid igitur dii eximium, hominibus negatum ha-  
 bent? ut bona omnia in sua potestate teneant, eaque tum  
 servent ipsi tum donent ceteris ex arbitrio, utque mali nihil  
 ab omni aevo vel passi vel passuri sint. Jam his, ut decet,  
 jactis fundamentis, vestram ipsorum conditionem conside-  
 rate et cum ceterorum fortuna conferte. nemo enim ita  
 vceors est, qui vel quae Lacedaemoniis accidere, quibus  
 ego nihil consului, vel quae Persis, ad quos ego ne veni  
 quidem unquam, praesenti vestrae fortunae dicat anteferenda.  
 Omitto Cappadoces et Syros et Indicae regionis homines in  
 ultimis terris habitantes, quibus omnibus usu venit, ut  
 multa et acerba et gravia sustinerent. At per Jovem fe-  
 licius agi vobiscum, quam cum hisce, omnes fatebuntur,  
 deterius autem quam cum Thessalis et Argivis et Arcadibus  
 et quibusdam aliis, quibus accidit ut Philippi societatem  
 colerent. At longe melius quam hi recessistis, non eo tan-  
 tum, quod non servistiis (quo quid majus est?) sed ob hoc  
 etiam, quod istis omnibus clades a Philippo illatae Graecis  
 et oppressio libertatis accepta fertur, unde merito in odio  
 sunt, vos autem pro salute Graecorum et corpora et opes et  
 agros, denique omnia in discrimen adduxisse constat, unde  
 merito vos florere gloria et apud homines aequos gratiam  
 iniisse immortalam. Fuit igitur hic meorum consiliorum  
 eventus, ut vestra urbs inter eos, qui Philippo resisterunt,  
 prosperrima fortuna utatur, illis autem, qui adjuverunt,  
 gloria praestet.

4. Proinde ob haec dii vobis bona illa oracula reddunt,  
 sed iniquum maledictum in conviciatoris caput retorquent.  
 Quod intelligetur, si quis ejus vitae consuetudinem spectare  
 instituerit. Nam quae illi impreceris, ea ipse de industria  
 facit, qui parentes odio, Pausaniam pudicicam amore pro-  
 sequatur, qui insolenter se ut virum jactet, muliebriis pa-  
 tiatur, qui patre superior, turpitudine inferior, qui earum  
 rerum, propter quas illum omnes aversantur, animum  
 oblectet obscena commemoratione iisque narrandis, quae  
 nauseam audientibus moveant, qui, tanquam homo simplex  
 atque ingenuus, dicere non desistit. Haec ego non scripasis-  
 sem, nisi commovere vestram, quibus tenetur, flagitiorum  
 memoriam voluissem. nam quae dicere quis dubitavit et  
 scribere caveat, puto autem etiam auditu vobis fuisse mo-  
 lesta, haec, ex his exemplis recordatus, unusquisque vestrum  
 multa ejus scit et atrocia et foeda flagitia, unde fit ut neque  
 ego quicquam fœdi dixerim, et ut iste, quoties in publicam  
 prodierit, suarum fœditatum omnibus sit monumentum.  
 Valet.

V.

AD HERACLEODORUM.

Demosthenes Heracleodoro salutem. Quae mihi Me-

ἔπας χρῆ πιστεύειν οἷς ἀπήγγελλέ μοι Μενεκράτης  
 οὐθ' ἔπως ἀπίστειν, ἔγω. ἔφη γὰρ Ἐπίτιμον ἐνδεδει-  
 γχαι μὲν καὶ ἀπήχθαι ὑπὸ Ἀράτου, σὲ δὲ ἀγωνίζεσθαι  
 1490 καὶ ἀπάντων αὐτῶν χαλεπωτάτων εἶναι. Δέομαι δὲ  
 σου πρὸς Διὸς ξενίου καὶ πάντων τῶν θεῶν, μὴ με κα-  
 ταστήσης ἀηδεὶ καὶ δεινῷ μηδενὶ περιπετῇ. εὖ γὰρ  
 ἴσθι, χωρὶς τοῦ μέλειν μοι τῆς Ἐπιτίμου σωτηρίας  
 5 καὶ νομίσει μεγάλην ἂν συμφορὰν, εἴ τι πάθοι καὶ  
 τούτου σὺ συναίτιος εἴης, αἰσχύνομαι τοὺς συνειδόμετάς  
 μοι τοὺς λόγους οὐς ἐγὼ περὶ σοῦ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώ-  
 πους ἔλεγον, πεπεικῶς ἑμαυτὸν ἀληθῆ λέγειν, οὐκ ἐκ  
 10 τοῦ πεπλησιακάναι σοι πείραν ἔχων, ἀλλ' ὄρων ὅτι  
 δόξης ἐπιτυγχανών καὶ παιδείαν ἀπεδέχου, καὶ ταῦτα  
 τῆν \* ἀπὸ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς, ἥπερ ἐστὶν ὡς ἀλη-  
 θῶς τῶν μὲν πλεονεκτημάτων καὶ τῶν περὶ ταῦτα σο-  
 15 φισμάτων ἔγω, τοῦ βελτίστου δὲ καὶ τοῦ δικαιοτάτου  
 πάνθ' ἔνεκα ἐξητασμένη. ἤς μὰ τοὺς θεοὺς τῶν με-  
 τασχόντι μὴ οὐχὶ ἀψευδεῖν καὶ πρὸς ἅπαντας ἀγαθῶν  
 εἶναι οὐχ ἔσιον ἠγοῦμαι. Γένοιτο δ' ἂν μοι κακίαι  
 τῶν χαλεπωτάτων. εἰ γὰρ ὠρμηκῶς ἑμαυτὸν εὐνοικῶς  
 20 ἔχειν σοι τὴν ἐναντίαν γνώμην μεταλαβεῖν ἀναγκα-  
 στήν, ἃ δὲ ὑπολαμβάνων παρεωρᾶσθαι καὶ παρενα-  
 κίσθαι. κὰν μὴ φῶ· νόμιζε οὕτως ἔξειν. εἰ δὲ ἡμῶν  
 καταπερρόνηκας ὅτι τῶν πρώτων οὐκ ἐσμὲν πω· λόγισαι  
 ὅτι καὶ σὺ ποτ' ἤσθα νέος καὶ τὴν ἡλικίαν εἶχας ἣν  
 25 ἡμεῖς νῦν, ἐκ δὲ τοῦ συμβουλεύειν καὶ πράττειν γεγέ-  
 νησαι τηλικούτος. κὰν ἡμῖν τούτο συμβαίη. τὸ μὲν  
 γὰρ εὖ βουλευέσθαι πάρεστι, τῆς δὲ τύχης συλλαμβα-  
 νούσης καὶ τοῦργον γένοιτ' ἂν. Καλὸς οὖν ἔρανος  
 1491 χάρις δικαία. ἦν καὶ σὺ ποιῆσαι πρὸς ἐμέ. καὶ  
 μῆδ' ὅφ' ἐνδὲ τῶν σοῦ φρονούντων χεῖρον ἄγου μῆδὲ  
 ἤττω, ἀλλ' ἐκείνους ἄγε ἐπὶ τὰ σοὶ δοκοῦντα, καὶ  
 5 πρᾶττε οὕτως ἔπως μηδενὸς τῶν ἠμολογηθέντων στε-  
 ρηθῶμεν, ἀλλ' Ἐπίτιμον γένηται σωτηρία τις καὶ  
 ἀπαλλαγὴ τῶν κινδύνων. Παρέσομαι δὲ εἰς τὸν χρόνον  
 κἀγώ, καθ' ὃν σὺ φῆς καιρὸν εἶναι. Γράφας δέ μοι  
 πέμψον, ἣ καὶ ὡς φίλω ἐπίστελλε. Εὐτύχει.

## G.

 ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ  
 ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ.

Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. Ἦλθεν  
 ἐπιστολὴ παρ' Ἀντιφίλου πρὸς τοὺς τῶν συμμάχων  
 συνέδρους, τοῖς μὲν βουλομένοις ἀγαθὰ προσδοκᾶν  
 5 ἰκανῶς γεγραμμένη, τοῖς δ' ὑπηρετοῦσιν Ἀντιπάτρω  
 πολλοὺς καὶ δυσχερεῖς ἀπολείπουσα λόγους, οἱ παρα-  
 λαβόντες τὰ παρ' Ἀντιπάτρω γράμματα πρὸς Δεί-  
 ναρχον εἰς Κόρινθον ἔλθοντα ἀπάσας τὰς ἐν Πελοπον-  
 νήσῳ πόλεις τοιούτων λόγων ἐπλησαν, ὧν εἰς κεφαλὴν  
 10 αὐτῶν τρέψαιαν οἱ θεοί. Ἀφαικόμενου δὲ τοῦ νῦν  
 ἤκοντος μετὰ τοῦ παρ' ἐμοῦ φέροντος γράμματα παρὰ

DEMOSTHENES.

necrates nuntiavit, its ego nec tribuere fidem nec ab-  
 rogare possum. dixit enim Epitimum ab Arato esse  
 delatum et abductum in carcerem, causam vero te agere  
 et omnium esse acerrimum ejus adversarium. Te  
 igitur per Jovem hospitalem omnesque deos rogo, ne  
 quam mihi molestiam et dolorem parias. scito enim, præ-  
 terquam quod Epitimi salus mihi curæ est, et quod magnum  
 mihi ipsi malum dari videretur, si quid ei accideret tuque  
 ejus calamitatis auctor esses, puderet me etiam eorum qui  
 conscii sunt, quid ad omnes homines de te dixerim, confisus  
 me vera loqui, re non quidem e familiaribus congressibus  
 comperta, sed quod te auctoritate præditum et jam eru-  
 ditionem amplexum esse videbam, eamque, quæ in schola  
 Platonis traditur, quæ omnino ab avaritia et violentia  
 ceterisque callidis aucupis abhorret, summæ autem boni-  
 tatis et justitiæ causa omnia sibi exploravit. qua doctrina  
 qui eruditus est, huic, ita me dii ament, non colere veri-  
 tatem et in omnes esse benefico nefas esse duco. Quin  
 illud etiam molestissimum mihi esset, si magno benivo-  
 lentis erga te meo impetu concitatus, mutare sententiam  
 ac alio in te esse animo cogerer, quippe me despectum et  
 deceptum esse putans. etsi non dixero; tamen ita futurum  
 esse putato. sin nos ideo contemniss, quod nondum e prin-  
 cipibus sumus; cogita te quoque olim adolescentem et eâ,  
 qua nos ætaté modo sumus, fuisse, et consiliis atque actioni-  
 bus tuis ad tantum fastigium ascendisse. id quod et nobis  
 contingere poterit. nam ab recta consilia danda paratus sum,  
 fortuna autem adjuvante etiam res confici potuerit. Præ-  
 clarum est igitur officium in gratia justa collocatum. quam  
 et tu nobis præsta. neque ab ullo, quam tu es, minus pru-  
 dente duci vel vinci velis, sed illos tu in tuam perducit  
 sententiam, itaque te gerito, ut ne quid e conventis nostris  
 desideretur, sed ut Epitimus periculis eripiatur et liberetur.  
 Adero autem et ipse eo tempore, quod tu tempestivum esse  
 dixeris. Id igitur mihi per literas significa, vel etiam pro  
 amicitia per nuntium manda. Vale.

## VI.

## SENATUI ET POPULO ATHENIENSIIUM.

Demosthenes senatui populoque salutem. Redditas  
 erant ab Antiphilo literæ consilii sociorum, bona qui-  
 dem exspectare volentibus scripta commode, sed Anti-  
 patri ministris multos et molestos rumores relinquentes,  
 qui homines acceptis ab Antipatro literis ad Dinarchum  
 Corinthum missis omnes Peloponnesi urbes iis sermonibus  
 impleverunt, quos in florum capita convertant dii. Quum  
 vero huc pervenisset iste, quem nunc ad vos mittebam  
 cum meo tabellario, literas ferens a Polemasto ad Epini-

1492 Πολεμαίστου πρὸς τὸν ἀδελφὸν Ἐπίνικον, ἄνδρα ὑμῶν  
 εὖνον καὶ ἐμοὶ φίλον, κακείνου πρὸς ἐμὲ ἀγαθόντος,  
 ἀκούσαντί μοι ἃ ἔλεγεν ἐδόκει πρὸς ὑμᾶς αὐτὸν ἀπο-  
 στείλαι, ὅπως πάντα σαφῶς ἀκούσαντες τὰ ἐν τῷ στρα-  
 5 τοπέδῳ γεγονότα τοῦ περὶ τὴν μάχην παραγεγενη-  
 μένου τότε εἰς τὸ παρὸν θαρβύητε, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν  
 θεῶν θελόντων, ἃ βούλεσθε, ἔξαι \* ὑπολαμβάνητε.  
 Εὐτυχεῖτε.

cum fratrem, virum vestri studiosum et mei amantem,  
 atque ab illo ad me perductus esset; ego audito nuntio eum  
 ad vos mittendum censebam, ut perspicue rebus omnibus,  
 quæ in castris acciderunt, ex eo, qui tum prope prælium  
 adfuit, auditis, in præsentia bonis animis sitis, et reliqua  
 diis faventibus, qualia vultis, fore expectetis. Valete.



# FRAGMENTA.

Orationum indicem a Fabricio et Harlessio confectum (Bibl. Gr. lib. II, c. 26, § 8, vol. II, p. 819 sqq. ed. Harl.) correxerunt Taylorus (Reisk. Orr. Grr. vol. VIII, p. 733 sqq.) et Clinton atque Krügerus Fast. Hell. Append. XX. — Westermann. Histor. Eloq. vol. I. Exc. VII.

Ἀποφθέγματα qui servaverint, docet Westermannus l. c. p. 306. — Vita et Apophthegmata etc. Latio donata per P. L. Furnium. Antverpiæ 1556. — Georgii Melisse, Maximi, Lycosthenis, Erasmi, Rhodigini, aliorum Collectiones. — Quæ privatim dicta fuisse videntur, nos h. l. omisimus. Nec repetivimus quæ qui sententias collegerunt e Demosthenis hortis in florilegia sua et gnomologias traxerunt, nisi fons perissee videbatur.

Δημοσθένης ὁ μικρός, qui citatur in Bekkeri Anecdosis, est Libanius, ut monui in Præfatione extrema. Nam conferantur Bekk. Anecd. p. 135, 22 « καὶ διψῶ τοῦ κωμίου » (quæ eadem habet Suid. s. v. Ἀποφθέσεις nomine Demosthenis simpliciter citata) et Libanii Decl. De Socrate p. 208 ed. Jac. Morell. Deinde vide Ὅς Δημοσθένης: ἐν ταῖς εὐθύταις τῶν στρατηγῶν Thom. M. s. v. Εὐθύνη p. 384, p.

108 Ritsch. Qui locus est Libanii vol. IV, p. 632 Reisk. Pæniensis et Minoris orationes conjungens excerpsit Nicephorus sacerdos, cujus manus codex conservatur Monachi N° 429. — Anecd. Bekk. p. 168 med., p. 170, 25 (ubi simplex nomen Demosthenes), p. 172, 8 ex oratione Libanii, quæ Δημοσθένης ἐαντὸν προσαγγέλλει (cf. Sopat. in Hermog. vol. V, p. 44 ed. Walz.), ut similes ejusdem rhetoris plures pariter insignitæ sunt, inscribitur; sed perit aut latet, citata esse nobis videntur. — Idem judico de loco Anecd. Bekk. p. 140 med. ex oratione *pro Pausania* citato, quæ oratio diversa fuisse videtur a laudatione Pausaniæ ap. Dionys. Hal. De vi Dem. . 1095: Πανηγυρικούς μὲν οὖν λόγους οὐκ ἔχομεν αὐτοῦ (Demosthenis) παρασχέσθαι: πάντας γὰρ ἔγωγε τοὺς ἀναρρομένους εἰς αὐτὸν ἄλλοτριους εἶναι παίθεμαι εἰς. ὦν ἐστὶν ὁ τε φορτικός καὶ κενός καὶ παιδαριώδης Ἐπιτάφιος, καὶ τὸ τοῦ σοφιστικοῦ λήρου μετὸν ἐγκώμιον εἰς Παυσανίαν. Eratne in codice Dionysii Oratio in Epicratelem Amatoria, quæ nunc cum Demosthenicis colligatur, inscripta id Pausaniam?

## EX ORATIONIBUS DE CAUSIS PUBLICIS.

Ἐπειδὴ δ' ἐτελεύτησε μὲν Φίλιππος, Ἀλέξανδρος δ' εἰς τὴν ἀρχὴν κατέστη... ἐπωνυμίαν δ' Ἀλεξάνδρω « Μαργίτην » ἐτίθετο (sc. Demosthenes), ἀπετόλμα δὲ λέγειν « ὡς οὐ κινήθησεται ἐκ Μακεδονίας, ἀγαπήν γὰρ αὐτὸν ἔφη ἐν Πέλλῃ περιπατοῦντα καὶ τὰ σπλάγχχνα φυλάττοντα. καὶ ταῦτα λέγειν ἔφη οὐκ εἰκάζων ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι αἱματός ἐστιν ἡ ἀρετὴ ὄνεια (i. e. Alexandro Margitæ nomen dedit, ausus autem est dicere « e Macedonia se non commovebit, contentum enim eum esse dixit Pellæ deambulando et visceribus curandis. » eaque se dicere affirmavit non conjecturis adductum, sed certa cognitione, quia virtus sanguine venalis esset) Ἐσχιν. Ctes. § 160. Nescimus quid ho-

rum (ut alia quæ omisimus) adversarius mentia-tur, quid Demosthenes publice, quid privatim dixerit vel scripserit: Μαρσύας ἐν πέμπτῳ τῶν Περὶ Ἀλεξάνδρον ἱστορεῖ λέγων, « Μαργίτην » ὑπὸ Δημοσθένους καλεῖσθαι τὸν Ἀλέξανδρον. Harpocrat. s. v. Μαργίτης. Copiosius rem narravit Plutarchus Vit. Dem. cap. 23: Καὶ Θηβαῖοι μὲν ἐπέθεντο τῇ φρουρᾷ καὶ πολλοὺς ἀνείλον, ἔπλα τοῦ Δημοσθένους αὐτοῖς παρασκευάσαντος, Ἀθηναῖοι δ' ὡς πολέμησοντες μετ' αὐτῶν παρεσκευάζοντο. Καὶ τὸ βῆμα κατεῖχεν ὁ Δημοσθένης καὶ πρὸς τοὺς ἐν Ἀσίᾳ στρατηγοὺς τοῦ βασιλέως ἔγραφε τὸν ἐκείθεν ἐπεγείρων πόλεμον Ἀλεξάνδρω, « παῖδα καὶ Μαργίτην » ἀποκαλῶν αὐτόν. Cf. Liban. Orat. ad Julian. vol. I, p. 464 R.

## DE NON TRADENDIS ORATORIBUS.

ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΠΗΤΟΡΩΝ. Suidas: Ἄμα δοτικῆ. Δημοσθένης ἐπὶ τοῦ εὐθέως καὶ παράχρημα ἔταξε καὶ (i. e. et alibi et in oratione pro oratori-

bus. Hoc moneo, quia Bernhardus V. Cl. ad h. l. et Clinton F. H. p. 357 καὶ delendum censent aut nomen alius scriptoris excidisse. Ceté-

rum cum his Suidæ verbis cf. Zonar. s. v. Ἄμα p. 164 et Bekk. Anecd. p. 216) ἐν τῷ Ὑπὲρ τῶν Ῥητόρων λόγῳ, εἰπὼν : « Οὐ γὰρ θάνατος τοῖς εὖ φρονοῦσιν οἰκτρὸς. τοῦτο γὰρ ἄμα τῷ γενέσθαι πάντων κατέγνωσται » (i. e. neque enim miserandum prudentibus mori. hoc statim cum ortu omnibus decretum est). Causa mihi quidem fuisse videtur Alexandri M. postulatio, ut oratores sibi traderentur, quo tempore Δημοσθένους λόγον περροντισμένον διελθόντος ὁ δῆμος εἰς συμπάθειαν τῶν ἀνδρῶν προαχθεῖς, φανερός ἦν σώζειν βουλόμενος τοὺς ἀνδρας. Diodor. XVII, 15. Alii quoque loci scriptorum vid. ap. Westerm. Hist. Eloq. I, p. 108, n. 21. Tali argumento non aliena certe est sententia a Lexicographo servata, etiam minus titulus orationis.

Ὁ Δημοσθένης, φησί (sc. Agatharchides), μετανέγκας τοὺς λόγους ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον οὕτω δεδήλωκε : « Τὴν μὲν πόλιν (Thebas) ἐξώρυξεν ἐκ τῶν θεμελίων ὥστε μηδὲ ἐπὶ ταῖς ἐστῖαις καταλιπεῖν τὴν τέφραν, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας τῶν ἡγήσαμένων τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν βαρβάρων διένειμε » (i. e. Urbem funditus effodit, ut ne in focus quidem cinerem reliquerit, pueros autem et mulieres principum Græciæ in tabernis barbarorum disperditus est) Agatharchides De Mari Rubro in Phot. Bibl. cod. 250, p. 447 a 30. Item in Hudson. Geogr. vol. I, p. 21. Nescio cur Clinton F. H. p. 357 not. e fin. putaverit hæc verba in oratione De Auro dicta esse. Mihi quidem et tempori et argumento convenire videntur, si referimus ad orationem de non tradendis oratoribus. nam eodem anno et Thebæ dirutæ sunt et oratores depositati ab Alexandro. Diodor. XVII, cap. 2—15. Non fuit cur Boecknius Quæstionn. de Oratorr. p. 647 dubitaret, ad illam orationem Demosthenis an ad concionem de triremibus Alexandro adversus Persas proficiscenti mittendis, de qua re vid. Plutarch. Vit. Phoc. cap. 21 ibiq. Kraner., verba ab Agatharchide servata pertinuerint. nam oratio de triremibus non edita esse videtur. Ex eadem oratione de oratoribus petita esse hæc puto : Plut. Vit. Dem. cap. 23 : « Ὅτε καὶ τὸν περ

- Ἡλιαία. Ἡ δαίτια ἦν ἐν Ἡλιαίᾳ. οἱ γὰρ τὴν Οὐνηίδα καὶ τὴν Ἐρεχθίδα δαιτυόντες ἐναυθα κάθηται, p. 1142, 25. Τιμάτω ἢ Ἡλιαία, Lex Timocr. § 63.
- Ἡλιασίων ἔθνος Timocr. (parte suspecta) § 149.
- Elis in Peloponneso a Philippo obtenta, p. 118, 5. Cædibus vexata, p. 133, ult.; p. 424, 22. Status popularis sublatu, p. 435, 18. Ἡλίας Neær. § 18.
- Helixus Corinthius, Philippo deditus, p. 324, 15.
- Ἐλλάς passim, ut Aristocr. § 40; F. Leg. § 303.
- Ἐλληνες καὶ βάρβαροι, Macart. § 22. Μισθοφοροῦσι Symmor. § 31 sqq. Asiam habitantes Græci produunt, Chers. § 24, § 27.
- Ἐλληνικαὶ πράξεις καὶ λόγοι Ἐλληνικοί, p. 244 pen.; Ἐλληνικώτατος ἀνθρώπων p. 439, 26.
- Ἐλληνίδες πόλεις, Erot. § 25.
- Elpides, ludī magister, cui Trometem Æschinis patrem seruiasse Demosthenes dicit, p. 370, 7.
- Ἐμπούσα, p. 270, 25.
- Endius, Epigenis Lamptrensis testis, Steph. I § 8.
- Epænetus Andrius, amator Neæræ, p. 1366, 26. Ibidem et seqq. lis ejus cum Stephano acta narratur.
- Eperatus Tenedius, p. 1223, ult.
- επερως depravatam Testim. Mid. § 22.
- Ἐρασιστειον, templum, p. 898, 6.
- Ἐρῆδων ἔθνος, F. Leg. § 303.
- Ἐρέται, p. 632, 3; cf. p. 1069, 9, Macart. § 57.
- Ephialtes post Thebas eversas cum Demosthene aliisque oratoribus ad supplicium postulatur. Commemoratur p. 1482, 6.
- Epioerdes Cyrenæus Atheniensibus magnam illam in Sicilia cladem passis centum minas dono dedit et rursus talentum exsilibus bellum adversus triginta tyrannos gerentibus, p. 469, med.
- Epichares, avus Epicharis ludis Olympiis stadio pueros vincentis, p. 1342 sq.
- Epichares, nepos, victoris Olympici causam adversum Theocriuem egit, p. 1322 sqq.
- Epichares Sicyonius, Philippo addictus, p. 324, 13.
- Epicrates; ob legationem male gestam morte punitus, vir alias probus, qui populum restituit, p. 430, 4.
- Epicrates, laudatur Erotico, p. 140 sqq.
- Epicrates, cognomine Cyrebion, Æschinis affinis, F. Leg. § 287.
- Epigates, p. 708, 23, ubi optimi libri exhibent Τιμοκράτης.
- Epigenes Lamptrensis, pater Endii, Steph. I § 8.
- Epitincus, p. 1491, ult.
- Epitimus, in quem Aratus ἐνδείξεως actionem instituit, p. 1489, pen.
- Heraclæodorus, Erist. p. 1489.
- Ἡρα. Ὁ ἀρχων ὀρελίετω χιλίας δραχμίας τῇ Ἡρᾷ, p. 1068, 10.
- Ἡρακλεια, F. Leg. § 86, § 125.
- Ἡρακλειώτης, Callipp. § 3, et passim.
- Ἡρακλῆς, Eubul. § 46, § 62; Orac. Macart. § 66; Orac. Mid. § 52. Ἡρακλῆς Mid. § 66; F. Leg. § 308; Phil. III § 31; νῆ τὸν Ἡρακλῆα καὶ πάντας θεούς Cor. § 294. Sacerdotes ejus e nobilissimo genere, p. 1313, 26; p. 1318, 16.
- Heraclidæ ab Atheniensibus defensi et in patriis regnum restituti, p. 290, 23; Decret. Coron. § 186; Epitaph. § 8.
- Heraclides Byzantium ejecto Lacedæmoniorum præsidio Atheniensibus tradidit, p. 475, 3.
- Heraclides Ænius cum Pythone Cotym Thraciæ regem peremit et ab Atheniensibus civitate donatus est, p. 659, 27.
- Heraclides trapezita, p. 894, 15; p. 1171, 1.
- Heræum, Ἡραίων Τεῖχος, castellum in Thracia, Philippus oppugnavit, p. 29, 22.
- Erasicles, gubernator navis, p. 929, 13; p. 934, 15.
- Ἐρασιεύς, Bæot. De Dole § 16; Lept. § 146; Neær. § 84.
- Erechtheus, heros eponymus Erechthidarum, p. 1397, 17.
- Ἐρεχθίδης, Decret. Cor. § 164; Euerg. § 12; Mid. § 68.
- Eressus, oppidum Lesbii, p. 213, 19.
- Eretria, oppidum Eubœæ e regione Atticæ situm, p. 98, 26. Tyrannus a Philippo ibi instituta, p. 119, 21; p. 125, 18. Idem his rebellantibus compescit, p. 125, ult. Athenienses Eretriam a Clearchi tyrannide liberaverunt auctore Demosthene, p. 252, 5 et 19; p. 787, 1. Ex Eretria Datis Persa in Marathoniam planitiem trajecit, p. 1377, 5. Ἐρετριεύς Aristocr. § 124.
- Ergisca, oppidum Thraciæ, p. 85, ult.
- Ergocles, Thrasymbuli socius, morte punitus, p. 398, 3.
- Ergophilus, belli in Thracia male gesti accusatus et condemnatus, p. 398, 2; p. 655, 2.
- Hermæus, trapezita in Ægina, p. 953, 19.
- Ἐρμηῖς φθοριστής, Herma Athenis, p. 1358, 7.
- Ἐρμηῖς, Herma, cippus, Mid. § 147; p. 491, 4; p. 1146, pen.; Euerg. § 26.
- Hermogenes, p. 1157, 22.
- Hermon, gubernator navis, qua Lysander Lacedæmonius vehens Atheniensium classem ad Ægospotamos cepit, p. 691, 5.
- Hermonax, p. 988, 4.
- Ἡρώες εἰτε θεοί, Aristocr. § 67.
- Ἡροιάδης, Neær. § 61.
- Heropythes, Archon pseudonymus, p. 282, 7 et 25.
- Ἡρώς, Erot. § 21.
- Ἐρυθραῖοι, Chers. § 24.
- Eryxias, medicus e Piræeo, p. 898, 9.
- Eryximachus, κηδεστής Chabriæ, p. 1016, 1.
- Hesiodi locus recitatur p. 417, 2.
- Ἡττοῖται, Phil. I § 31; Chers. § 14.
- Euzon Bæotum ob acceptam plagam interemit, p. 537, 20; quapropter ignominia notatus est, p. 538, 23.
- Euagoras, rex Cypri, ab Atheniensibus civitate donatus, p. 161, 11.
- Euander, Archon non multo ante Timocrateam, p. 743, 18.
- Euander, Thespiciensis, p. 571, 20.

- Eubœam Thebanis rapientibus Athenienses Timotheo auctore subito liberaverunt, p. 108, 12; p. 205, 25, Amphipoli adhuc salva, p. 11, 11, ante expeditionem Olynthiacam, p. 566; 22. cf. p. 44, 26. Posterior alia Atheniensium expeditio Olynthiacam insecuta, p. 566, pen., post eadem Cotyis, p. 678, 12. Philippus pace cum Atheniensibus composita Eubœam tyrannus implebat, Eretrius Clitarchum, Hipparchum, Automedontem imponens, Oreo Philistidem, p. 119, 22; p. 125, 25; p. 248, 14; quas tyrannides Athenienses Demostheno auctore depulerunt, p. 252, 2 et 18; propterea Aristonico auctore Demostheni corona aurea decreta est, p. 253 sq. Turbæ in Eubœa ob Plutarchum tyrannum, quibus immisceri populo dissuasit Demosthenes, p. 58, 4, nequiquam. Eubœenses ab Atheniensibus adiuti, male gratiam referebant, p. 58, 12. Demosthenes in Eubœam a Philippo sollicitatam et tentatam legatus venit, p. 252, 6. Quare insula ab Atheniensibus deseruit, p. 550, 25. Expeditio Atheniensium adversus Thebanos in Eubœam, p. 570, 23. Brevi (triduo) finita est per indutias Dioclis, p. 570, 28; p. 597, 19; p. 1346, 14.
- Eubœenses Atheniensium populus liberat, p. 11, 10.
- Eubœensis expeditio, Mid. passim; Bœot. De Nomine § 16 sq. Εὐβοίος, Docum. Lacrit. § 20.
- Eubœeus, pater Eumachiri, Hestiazensis, adv. Leocr. § 20.
- Eubulides Euxitheum peregrinitatis accusavit, p. 1299 sqq.
- Eubulides, Buseli filius, p. 1053, 16.
- Eubulides, Eubulidis e Phylomache filia et Sositheo nepos, p. 1053, 14.
- Euhulides Cyncoargensis, testis, p. 1835, ult.
- Eubulus Anaphlystius, clarus orator, suavit Atheniensibus pacem cum Philippo faciendam, p. 232, 14. Cum aliis mittitur ad Philippum iurisdictionis causa, p. 235, 17. Princeps factionis, p. 498, 27. Studebat Midiae, p. 580, 24; adversabatur Demostheni, p. 581, 7. Æschinis et Philippi studiosus, quum pro cognatis Hegesileo et Thrasibulo dicere recusasset, nullus dubitavit pro Æschine dicere, p. 434, 13. Philippo se inimicum esse simulans clam studebat, p. 435, 2. In causa Philonici ab Aristophonte accusatus, p. 434, 21. Meroelem et Ctesiphontem accensavit, p. 435, 6 sq. Rogationem cum Æschine tulit de legatis in Peloponnesum mittendis, qui civitates adversus Philippum concitarent, p. 438, 23.
- Eubulus Coprius, p. 248, 8, Mnesithei filius, rogationem fert de legatis ad Philippum mittendis navium repetendarum causa, p. 249, 13.
- Eubulus Probabilisus, p. 1361, 10. Idem (?) studet Thebanos in belli societatem adversus Philippum adducere, p. 281, Cor. § 162.
- Eubulus Tharrecem et Smicythum accusavit, p. 401, 1.
- Eucampidas Arcas, proditor, p. 324, 9, vulgo Eucalpidas.
- Euclides, Archon, quo libertas restituta est, p. 713, 19. Leges Euclide priores multæ antiquatæ, p. 742, 1; posteriores, p. 742, 11; p. 1067, 14; p. 1307, 25. 'Αν' Εὐκλείδου ἀρχόντος Macart. § 51; πρὸς Εὐκλείδου ἀρχόντος Timocr. § 133; Eubul. § 30; μετ' Εὐκλείδην ἀρχόντα Timocr. § 134.
- Eucrates Leucadius, Nææræ amator, p. 1354, 12.
- Euctemon Sphettius Demostheni adversus Midiam testatur, p. 568, 24.
- Euctemon, Eubulidis filius, CÆensis, Archon Rex, p. 1063, 27.
- Euctemon, Æsonis filius, ob liberalitatem in rempublicam laudatur, p. 567, 26.
- Euctemon cum Androtione negotium habuit, p. 607 seq. Accusatus ab eo et absolutus eundem accusavit in negotio navis Naucraticæ, p. 701 sq.
- Euctemon Lusensis, sycophanta a Midia commotus, ut Demosthenem ordinis deserti accusaret, p. 547, ult.; κονογράφος ibid.
- Euctemon, Pentecontarchus quo Apollodorus Pasionis filius trierarchus usus est, p. 1212, 5.
- Eudemus, Cydathenæensis extremo supplicio affectus ob ejus legem non probatam, p. 743, 17.
- Eudemus vir popularis, p. 1482, 6.
- Eudercus, homo obscurus, at ex Aristocratis auctoritate ob nullum meritum civitate donatus, p. 688, 11.
- Eudicus Philippo Thessaliam prodidit, p. 241, 27.
- Eudoxus, vir popularis, p. 1482, 6.
- Euegori lex de libertate Dionysiorum et Thargeliorum, p. 517, 24.
- Euerghus, quem falsi testimonii arguit oratio p. 1139 sq., frater Theophemi, p. 1149, 15. Idem (?) cum Pantzeneto de pecunia credita egit, p. 967.
- Eumachirus (var. Εὐμαχος), filius Eubœi, Histiazensis, testis, adv. Lacrit. § 20.
- Eumelides, p. 1187, 21.
- Εὐμενίδης, Aristocr. § 66.
- Eumolpi exercitus ab Atheniensibus fusus, p. 1391, 4.
- Eumolpidarum de gente erant Hierophantæ, p. 1385, 6. Διὰ τὴν εὐμολπίαν πρὸς Εὐμολπίαν p. 601, 27.
- Eunicus Cholargensis, p. 1312, 13; p. 1320, 9.
- Εὐνομία, Aristog. I § 11.
- Eunomus Anaphlystius, caduceator, p. 283, 8.
- Eunomus, frater Æschinis, p. 379, 16.
- Εὐνομυμύς, Mid. § 208.
- Euphemus, socer Mantithei, p. 1011, 26.
- Eupherus, pater Callicratis, Androt. § 60.
- Euphiletus, Damotimi Aphidæus, p. 934, pen.
- Euphiletus, Simonis filius, Æxonensis, p. 1353, 1.
- Euphræi fortuna adversa, quod Oritis perniciosas machinationes Philippi prodiderat, p. 126, 6.
- Euphræus, numularius Athenis, p. 948, 16; p. 956, 12. Libertus aut certe consors Pasionis mensarii, p. 1197, 11.
- Euphron, numularius, p. 948, 17; p. 956, 12.
- Eupolemus, p. 1052, 9.
- Euripides, Polycelis trierarchæ collega, p. 1227, 11.
- Euripidis poetas Phoenix citatur p. 418, 2.
- Eurybates proditor in proverbio est, p. 233, 8.
- Eurydamas, Midiae filius, Nææræ amicam secum per Thessaliam ductitavit, p. 1382, 6.
- Eurylochus a Philippo cum præsidio missus ad Eretrien- ses pristinae libertatis recuperandæ cupidos coercendos, Phil. III § 58.
- Eurymachus, Leontiadis filius, Thebanus quum Bœotarcha esset, auctor factus est suis, ut Platæas subito oppressas Lacedæmoniiis proderent, p. 1378, 21.
- Eurystheus, rex Argivus, sævus et implacabilis Herclis et Heraclidarum exagitator, p. 1391, 10.
- Euthetion, Cydathenæensis, p. 1356, 15.
- Euthycles, Archon pseudoponymus, p. 266, 16.
- Euthycles Thriasius, cui Demosthenes orationem in Aristocratem scripsit, Anonymi Argum. in Aristocr. p. 620 med. Trierarcha interfuit expeditioni in Hellespontum factæ et ante illam causam jam alios fraudium in rempl. reos egit, p. 622, 27.
- Euthycrates Olynthius, quum patriam Philippo prodidisset, misere periit, p. 99, 22; p. 426, 2; p. 251, 1.
- Euthydemus, Stratocelis filius, liberalis in rempublicam, p. 567, 26.
- Euthydemus Phlysius in legatis ad Philippum in propinquitate Atticæ commorantem missus, ut indutias impetrarent, p. 282, 22.
- Euthydemus, Pamphili filius, p. 1015, 19.

Euthydicus medicus, p. 1018, 10.  
 Euthymachus Otrynensis, p. 1083, 4.  
 Euthynus pugil, p. 537, 14.  
 Euthyphemus, scriba curatorum emporii, p. 1324, 10.  
 Euxitheus, Thucriti filius, Haliminius, actor causæ adversus Eubulidem, a quo peregrinitatis accusatus fuerat, p. 1299 sq.; p. 1311, 18. Demarcha magistratum ita gessit, ut decreto laudaretur, verum acerbitate debitorum exactorum nonnullos Demotarum exacerbavit, p. 1319, 1.  
 Euxitheus Chollidensis, p. 1260, 2.  
 Enxitheus, Timocratis filius, p. 1311, 1.  
 Euxitheus Eleus, proditor, p. 324, 10.  
 Excestus medicus, p. 379, 16.  
 Excestus Lampscenus Philiscum patriæ tyrannum interemit, p. 666, pen.

## G.

Γαμηλιών, Decret. Cor. § 84.  
 Ganymedes, forma nobilis, p. 1410, 20.  
 Gelarchus Atheniensibus reditum e Piræo in urbem parantibus quinque talenta credidit, p. 502, 17.  
 Γεραίων ἄρκος, Næser. § 78 sqq.  
 Geræstus, promontorium Eubææ, ubi Philippus navigia Attica corripiebat, p. 49, pen. Bello Phocico finito Philippus Geræsto insidiatur, p. 445, ult.  
 Glaucetas ad Mausolum legatus ipse tertius mittitur, p. 703, 21. Crimina ejus exponuntur p. 740, 24. Lacedæmoniis et XXX tyrannis deditus, ibid. Erario præfectus, p. 741, 4.  
 Glauetas Cephisiensis, p. 1358, 27.  
 Glauco et Glaucus fratres Cæenses falsum testamentum subijciunt, per quod in Hagnia hereditatem irreperent, sed fraudis convincuntur, p. 1051, 13.  
 Glauco rogavit, ut legatio ad Cersobleptem mittenda decerneretur, quæ Thracem ad æquas fœderis condiciones adiret, p. 678, 3.  
 Glaucothea, Æschinis mater, p. 270, 24; p. 320, 15.  
 Glaucus Cæensis, p. 1051, 13.  
 Glaucus Carystius, victor Olympicus ætate Demosthenis prior, p. 331, 2.  
 Gorgopas, imperator Lacedæmoniorum, a Chabria in Ægina peremptus, p. 479, 26.  
 Græci, vid. Ἕλληνας.  
 Gylon, avus Demosthenis maternus, p. 836, 18.

## H.

[Vocabula hac littera incipientia quære sub vocali proxima.]

## I.

Iason Pheræus, socius Atheniensium, intercedit pro Timotheo imperatore capitis accusato, p. 1187, 15. ipse Athenas profectus, p. 1190, 23.  
 Iatrocles Demostheni narrat, quid Æschines egisset, quum in Macedonia convivio cuidam interesset, p. 402, 22.  
 Ἰκαριεύς, Conon. § 31.  
 Idrieus, Caria dominus post Mausolum et Artemisiam, p. 63, 17.  
 Hierax et Stratocles legati Amphipollitarum Atheniensibus patriam suam a Philippo vexatam in fidem dabant, sed repudiabantur, p. 11, 11.  
 Hieron Bithynia in Ponti faucibus, p. 468, 10; p. 926, 5; p. 1211, 55.  
 Ἰερὸν ἕρος, Mons sacer, tempore pacis transigendæ a Philippo captum, p. 85, ult., ante quam Diopithes coloniam in Chersonesum duceret, p. 114, 18; p. 390, 3. Miltocyde pulso una cum thesauris a Cotye occupatum, p. 655, 6.  
 Hieronymus Arcas, proditor, p. 324, 9; adversus eum Phi-

lippi partes tuentem Æschines apud Megalopolitas dixit, p. 344, 14.  
 Ἰλιός κικλῶν, F. Leg. § 148.  
 Ilium occupatur a Charidemo, p. 671, 9.  
 Illyrii contra Philippum bellum gerunt, p. 13, 4.  
 Ἰοδῆκυσια, p. 1371, 24.  
 Imbrus, insula prope Thraciam, p. 46, 26. Expeditio Atheniensium cum bis mille peditibus gravis armaturæ ad colonos tuendos, p. 265, 9; p. 1346, 12.  
 Ἰνδία χῶρα, Epist. IV § 3, p. 1488, 6.  
 Iphiadis filius pro Sesto obses apud Charidemum, p. 679, 18 sqq.  
 Iphicrates, imperator Atheniensis, in bello Corinthiaco, p. 46, 20. Moram Lacedæmoniorum concidit, p. 172, 26; p. 686, 22. Ab eo commendati Strabax et Polystratus honorantur a populo Atheniensium, p. 482, 25. Magnas cum Diocle inimicitias exercuit, p. 534, 22. Laudator p. 534, 26 sq. Κηθεύς; Cotyis regis Thraciæ fuit (i. e. sororem ejus in matrimonio habuit), quare regi magis quam reipublicæ favebat, sed gratia male relata e Thracia aufugit et domum redire metuens Antissam habitatum recessit, p. 663. Timotheus ei successit, p. 669, 7. Quem Iphicrates accusavit, p. 1187, 7; p. 1188, 10. Verum ex acerrimis simulatibus reconciliati necessitudinem inter se colebant, p. 1204, 15.  
 Hipparchus histrio, p. 1353, 15, Athmonensis, p. 1354, 6.  
 Hipparchus cum duobus tyrannis a Philippo Eretriæ præficitur, p. 125, 27; p. 324, 16.  
 Hippias, Timoxeni filius, Thymetades, p. 934, pen.  
 Hippias, Athenippi Halicarnassensis, p. 929, 18; p. 934, 4.  
 Hippias, coquus Charisii, p. 1251, 5.  
 Hippocrates orator rogationem tulit de Platænsibus civitate Attica donandis, quum a Lacedæmonia patria ejecti essent; rogationis formula p. 1380, 22.  
 Hippodamia, forum in Piræo ab Hippodamo architecto nominatum, p. 1190, 27.  
 Hipponici gens, unde Alcibiades fuit, meritis in rempublicam clara, p. 561, 20.  
 Hipponicus a Philippo missus cum mille mercenariis Eretriam occupavit, p. 125, 24.  
 Ἰπποθωνίς, Eccl. De Nom. § 23, § 25, § 28. Ἰπποθωνίς Decret. Cor. § 75, § 105.  
 Hippothoon, Eponymus Hippothontidarum, p. 1398, 27. Ἰπποθωνίδα; Epitaph. § 31.  
 Ischander histrio, Neoptolemi actor secundarum partium, F. Leg. § 10, p. 344, 7. Idem ab Æschine productus ad concionem, simulat se ab Arcadibus venisse, ibid., § 303, p. 438, 11.  
 Ischomachus, pater Charidemi, cui victus in Prytaneo rogatus erat, Theocrin. § 30.  
 Isocrates orator, p. 928, 6, doctrinæ mercedem milleas drachmas exigebat, p. 938, 16. Memoratur p. 1240, 7. Consuetudo ejus mores Timothei filii Cononis haud parum emendavit, p. 1415, 7.  
 Ἰστιαίθρον, Docum. Lacrit. § 20, § 34.  
 Ἰσθμία, Decret. Cor. § 91.  
 Isthmias, meretrix, p. 1351, 16.  
 Ἰθύβαλλοι, Conon. § 14, § 20.  
 Jupiter, vid. Ζεὺς.

## L.

Lacedæmonius (nomen proprium), cujus sororem quem Eubulides impietatis accusasset, rejectus est, p. 1301, 16; p. 1360, 9.  
 Lacedæmoniorum legati ad exsules Athenienses ab Argivis reposcendos Argis ante solis occasum excedere jubentur, p. 197, 5. Quapropter Athenienses ad Mantineam eos de-

- fenderunt, p. 205, 1. Cujus rei auctor Callistratus fuit, p. 1353, 19. Lacedæmonii nihil valent adversus Olynthios, a quibus clades experiuntur, p. 425, 21. Summa eorum potestas penes paucos erat, p. 489, 19. Habebantur veterates et Iphicrati suspecti, p. 659, 7. Cur Lacedæmonii odiis tam acerbis Platæenses insectati sint, ut ante, quam delevissent, non desisterent, p. 1377, 23 sq. Lacedæmonii per quatuor quinqueve menses bellum gerebant, Phil. III § 48. ἐν Πύλῳ ζῶντες Bœot. De Dote § 25. Lacedæmoniorum posterius bellum, Neær. § 35. Eorum principatus, Phil. III § 25.
- Laches, Melanopi pater, homo frugi habitus, sed peccatus tecte ab oratore insimulatus est, p. 740, 21.
- Laches, Melanopi filius, Lachetis nepos, e carcere, in quem peccatus causa injectus erat, ob Alexandri M. deprecationem emissus est, p. 1480.
- Λακιάδης, Neær. § 61, p. 1365, 24.
- Λάκωνες, Procœm. VIII.
- Lacritus Phaselita, sophista, quem æris debiti postulavit Androcles fenerator, p. 923 sqq. Eloquentiam sibi ille arrogabat, et Isocrate magistro suo fidebat ac superbiebat, p. 938.
- Lampis, re navicularia exercita factus Græcorum ditissimus, de Æginetis optime meritis, nihil invenit nisi ἀφελειαν, p. 690, ult.; p. 905, et tota oratione adv. Phorm. Λάμπιν § 46.
- Lampsacum Chares accipit pro opera Artabazo præstita, p. 26, 14. Philiscus tyrannus a Thersagora et Execesto Lampsacensis interimitur, p. 666, 27; p. 1212, 8.
- Lamprenses, Λαμπρῆς, p. 1188, 19; p. 1236, 15; p. 1360, 10 et 29; p. 1361, 1, Timocr. § 134.
- Laomedon; classi præfectus et a Philippo captus, Decret. Cor. § 73; Epist. Phil. ib., p. 251, § 77. Var. *Leodamas*.
- Larissa, Λάρισσα, p. 392, 22. Λαρίσατος, Neær. 108.
- Lasthenes et Euthycrates Olynthii quum Philippo patriam prodidissent, misere perierunt, p. 99, 22; p. 128, 8; p. 241, 25; p. 425 sq.; p. 451, 2.
- Legatio Atheniensium in Peloponnesum paulo ante Olynthum captam auctore Eubulo ab Æschine obita, ut civitates adversus Philippum concitaret, p. 438 sq.
- Legatio Demosthenis ad Philippum cum Æschine collega prima ad pacis condiciones constituendas statim ab Olyntho capta, p. 72, 24; p. 345, 3. Altera pace jam constituta ad jusjurandum exigendum quo pax confirmaretur, p. 72, ult.; p. 346, 6, et sæpissime, ut p. 392; sq. Tertiam Demosthenes et Æschines ejurarunt, p. 378 sq., p. 395, 9.
- Legationes Demosthenis ad Peloponnesios, quominus Philippus peninsula raperet, p. 129, 16; p. 252, 1, ubi etiam legationes commemorantur quarum auctor Demosthenes fuit. — Legatio Demosthenis ad Argivos et Messenios post Olynthum captam et pacem cum Philippo contractam, Phil. II p. 70 sq.
- Leges. De Areopago: Aristocr. p. 627; Lept. p. 505, 8; Theocrin. p. 1331, 7; Bœot. p. 1018, 9; Conon. p. 1265, 26. — De Senatu Dorum: Neær. p. 1346; Timocr. p. 745 sq.; Androt. passim. — De Conclonibus: F. Leg. p. 363, 10. — De Judiciis: Pro Phorm. p. 952 sq.; Nausim. p. 989; Pantæn. p. 966. — De Legibus ferendis et antiquandis: Timocr. p. 706 sqq.; Lept. p. 484 sq.; Aristocr. p. 649; Steph. II p. 1132, 21. — De peregrinis: Eubul. p. 1308. — De ignominiosis: Theocrin. p. 1326; Timocr. p. 733. — De militia et liturgiis: Midiana passim. — De permutatione facultatum: Phænipp. p. 1040 sqq. — De homicidio: Aristocr. p. 627 sq.; p. 629 sq.; p. 636 sq., et passim in eadem oratione; Euerg. p. 1161, 3; Timocr. p. 743, 18; Macart. p. 1068 sq., et passim in aliis orationibus. — De furtis: Timocr. p. 733; p. 735. — De injuriis contumeliose illatis: Midiana passim. — De stupro: Androt. p. 602; Neær. p. 1374. — De liberis legitimis, spuris, adoptatis: Macart. p. 1067; Leochar. p. 1100. — De sponsalibus et connubiis: Steph. II p. 1134; Macart. p. 1067 sq. — De hereditate: Macart. p. 1066 sq.; p. 1070; Leochar. p. 1100. — De testamentis: Steph. II p. 1133; Leochar. p. 1100; Olymp. p. 1183. — De mortuis: Lept. p. 488; Bœot. p. 1022, 26. — De funeribus: Macart. p. 1071. — Diversæ leges passim.
- Λημνός, p. 793, 26. cf. Theoris.
- Lemnus. In hanc insulam Athenienses mittunt imperatorem (Theoris causa?), p. 47, 19. Periculum de Lemno perendo, p. 1346, 12.
- Ληναίων. ἡ ἐπὶ Ληναίων κομική, p. 517, 26.
- Leo Timagoram, cui comes legationis ad regem Persarum per quadriennium fuerat, redux factus accusavit, p. 400, pen.
- Leochares, in quem oratio, p. 1080 sqq.
- Leocoræ, filia Leonis, se dedunt ultro pro salute patriæ immolandas, p. 1398, 5, Ἀσὸ κόρας.
- Leocorium, fanum Athenis, p. 1258, 25; p. 1259, 6.
- Leocrates, p. 1028, 20. et passim, Spud. § 27: Ἀσωκράτους. § 28: Ἀσωκράτης. § 3 sqq.: Ἀσωκράτης.
- Leodamas Acharnensis, caudicibus clarus et valens, p. 501, 23. Leptini patrocinator, ibid. Chabrias datus honores eripere frustra laboravit, p. 501, pen.
- Leodamas, præfectus classi Atheniensium frumentariae. Falso pro Laomedon, q. vid.
- Leonidas ad Thermopylas pugnans, p. 1377, 15.
- Leontiades, pater Eurymachi Bœotarchi, Neær. § 99.
- Leontidae, Λεοντίδαι, p. 1398, 4. Eponymi ejusque filiarum res gestæ, ib. Ἀσωνίδης (vulgo Ἀσωνίδης) Theocrin. § 18; Cor. § 84. Ἀσωνίς; Decr. Cor. § 84.
- Leostratus Eleusinus, p. 1083, 8.
- Leptines rogationem tulit, ne quis immunis esset, contra quam oratio, p. 457 sqq.
- Leptines ὁ ἐκ Κοίλης, p. 611, 22.
- Leabo ejecti tyranni et ab Alexandro Magno restituti, p. 213, 19.
- Λητώ, Orac. Macart. § 66. Λητώ Orac. Mid. § 52.
- Leuca Acta, litus candidum, p. 86, 16.
- Leucas Corinthiis eripere studet Philippus, p. 120, 1; p. 1304, 8. Λευκάδιος Neær. § 29, § 32.
- Leuco rex Ponti cur civitate Attica donatus, p. 466.
- Λευκονοός, Aphob. I § 14; Polycl. § 27; Testim. Lacr. it. § 14.
- Lenetra. Leuctrica victoria insolenter abusi sunt Thebani, p. 231, 4; p. 258, pen. Evenit Archonte Phraiclide, p. 1357, 16.
- Ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, Eubul. § 26; Leochar. § 35 ubi distinguitur Πίναξ ἐκκλησιαστικῶς.
- Limnæ, locus Athenis, in quo templum Dionysi antiquissimum, p. 1370, 27. Semel quotannis aperiebatur, p. 1371, 6.
- Lithotomiæ, metalla saxea, locus inter Athenas urbem et Piræeum, p. 1252, 8.
- Locri, Neær. § 101. Eorum leges laudantur p. 743, pen.
- Lous, mensis Macedonum (Boedromioni respondens), Epist. Phil. in or. Cor. p. 280, 14.
- Λουσιός, Mid. § 103.
- Λυαίων, p. 736, 6.
- Lycidas, molitor pistrinarius, p. 1251, 4.
- Lycidas, Chabrias quondam servus, fraude impetravit, ut proxenus Atheniensium constitueretur, p. 497, 7 et 15.
- Lycinus Pallensis, Archon, p. 1223, 2.
- Lyciscus, quo Archonte Thesmothetæ probati sunt omnes,

- propterea quod Theocrinis frater eorum collega esset, qui Theocrinis consiliis regebatur, p. 1330, 24.
- Lycō** Heracleota, de cuius hereditate controversia inter Callippum et Apollodorum Pasionis filios, p. 1236, 11 sq.
- Lycurgus** orator cum Demosthene legatus in Peloponnesum in aliquot codicibus, p. 129, 19, dicitur, ubi optimi quique nomen omittunt. — Habuit primas partes in actione adv. Aristogitonem, p. 770, 2; p. 773, 26. Totā epistolā tertiā, p. 1474 sq., laudatur et Athenienses vituperantur, quod filios optime de rep. meriti carceri mandassent.
- Lysander**, imperator Lacedæmoniorum, rem Atheniensium navalem et totum imperium funditus evertit ad Ægeopotamos, p. 691, 6.
- Lysias** orator, Cephalī filius, Metaniræ amator, p. 131, 23.
- Lysimachus**, virum ut antiqua illa tempora ferebant primum et honestum, quomodo cives honoraverint, p. 491, 26.
- Lysimachus**, Lysippi filius (Ægliensis), p. 1387, 4.
- Lysinus**, p. 949, 6.
- Lysippus** Crioensis, p. 1083, 11.
- Lysistratus** Thoricus, p. 1028, 23.
- Lysistratus** Aristoni testatus in causa verberum adversus Cononem, p. 1266, 26.
- Lysithides**, in ditissimis ætate Demosthenis Athenis, p. 565, 13. Accusatus ab Euctemone, quod haberet apud se prædam navis Naucraticæ ab Androtione captæ ejusque collegis legationis in Cariam, p. 703, 14. Arbitr delectus inter Callippum et Pasionem, p. 1240, 8. Isocratis et Aphareī familiaris, ibid.
- M.**
- Macartatus**, Theopompi filius, in quem actio, p. 1050 sqq.
- Macartatus**, Macartati, in quem agitur, avunculus Prospaltius, p. 1066, 2.
- Macedonia** Græcis contenta, ut ne mancipium quidem inde emtum frugi existimarent, p. 119, 8. Olim vectigalis Atheniensibus, p. 156, 17.
- Madytus**, oppidum Chersonesi, p. 256, 23.
- Μαιμακτηριών**, Decret. Cor. § 88; Olynth. III § 4.
- Magnesia** Thessaliæ a Philippo capta, p. 12, ult. Munire eam regionem Philippum conantem impediabant Thessali, p. 15, 19. De ea regione rationes a Philippo repetendas esse decreverunt, p. 21, 14. Philippus eam illis restituit, p. 71, 11. Regio a Thessalia separata, p. 1382, 5.
- Malienses**, Μαλιεῖς, prope Phocidem, p. 1379, 22; Neær. § 101.
- Manes**, servus Arethusii, p. 1127, 25; p. 1253, 6.
- Mantias** Thoricus, pater Mantitheī ex uxore legitima et Bœoti e Plangone concubina, a qua circumventus et coactus est spurium pro vero filio suo agnoscere atque adoptare, p. 993 sqq.
- Mantitheus**, Mantitheī filius, cuius actiones contra Bœotum fratrem spurium p. 993 sqq.
- Marathon**, Μαραθών, F. Leg. § 311 sq. Vexat Philippus, Procem. XXI. Philippus in oram Marathoniam exscendit et sacram triremem rapuit, p. 49, ult. Marathoniam pugna Miltiade duce cum Persis commissa, p. 172; p. 686, 7. Οὐ μὰ τοὺς Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, p. 297, 11. Soli Græcorum omnium Platæenses Atheniensibus succurrunt, p. 1377, 3.
- Μαραθῶνας**, p. 1377, 4; Neær. § 94.
- Μαραθῶνιος**, Testim. Cor. § 135.
- Mardonii** Persæ a Xerxe in Græcia relicti et in proelio Platæensi cæsi acinares in Athenarum thesauro servabatur, p. 741, 7; p. 1377, 20. — Μαρδονίου ἀκινάκης, Timocr. § 129.
- Maronea** Atticæ, ubi argenti fodinas, Pantæn. § 4, p. 967, 17.
- Maroneam** Thraciæ aggreditur Philippus, p. 681, 26, prope Thasum, p. 1213.
- Maronitas** et Thasios de Stryma certantes causam arbitris permittere cogi ab Atheniensibus, p. 163, 18. Cum Abderitis exemplo civitatum ignobilium et contentularum proponuntur p. 218, 11. Μαρωνίται Polycl. passim.
- Massilia**, p. 883, 15. Μασσαλιώτης p. 884, 15.
- Mastira**, oppidum Thraciæ, p. 100, 22.
- Mausolus** Cariz dominus per optimates Rhodi libertatem oppressit, p. 191, 15. Legatio Atheniensium ad eam missa, p. 703, 22.
- Medius**, Μήδειος, Thessalus, Neær. § 108. (vulgo Μαιδίος ο Μαιδίας.)
- Μήδειος** Ἀγνούσιος, Macart. § 7.
- Medon**, Ὁ κατὰ Μίθωντος Fragm. p. 789.
- Megaclides** Eleusinius causam habet cum Lycone Heracleota, p. 1241, 27.
- Megalopolis** ab Arcadibus condita cum magna Lacedæmoniorum molestia et ægritudine statim post pugnam Mantinensem, unde ager Spartanus vexabatur. Thebani bello Phocensi impliciti quum Arcadiam sociam tueri non possent, periculum erat, ne Megalopolis rescinderetur. Mittunt igitur legatos Athenas et Arcades et Lacedæmonii pro se quique tendentes. Tum Demosthenes civibus auctor factus est, ut Megalopolitas tuendos susciperent, p. 202 sqq. Legatio Æschinis ad Megalopolitas, p. 344, 13. Οἱ Μύριοι ἐν Μεγάλη πόλει, ibid.
- Megara**, Neær. passim. Insidiabatur Philippus paulo ante quam Byzantium aggrediretur, p. 115, 2; p. 118, 6; et parum aberat, quin caperet, p. 133, 24; p. 248, 13, finito bello Phocensi, p. 446, 1.
- Megareses**, quod Anthemocritem Atheniensem sustulissent, ab Atheniensibus mysteriis prohibiti et per tabulas publice fixas pro hostibus declarati, p. 159, 19. Bellum adversus eos decretum est, quod τὴν ἔργαδα, agrum sacrum, sibi vindicassent, p. 175, 24. Tanti faciebant suam civitatem, ut Lacedæmonios hanc Hermoni poscentibus, cuius opera potissimum Lysander ad Ægeopotamos viceerat, denegarent nisi ipsi eundem Hermonem civem Spartanum crearent, p. 691, 5 sqq. Sordidi et avari, p. 1357, 8. Solon legislator de his tropæum fixit, p. 1416, 6. Μεγαρεὺς Timoth. § 26.
- Melanopus** legatus ipse tertius ad Mausolum missus, p. 703, 21. Lachetem patrem ejus orator tecto peculatus insimulatus p. 740, 21. Melanopi furta et scelera, ibid.
- Melanopius**, Diophanti filius Sphettius, p. 925, 2.
- Melantus**, in adversariis et calumniatoribus Demosthenis, Cor. § 249.
- Meledemus**, vid. Teledemus.
- Melite**, Demus Atticus, p. 1258, pen. Μελιτεύς Aphob. I § 56; Aphob. III § 48; Eubulid. § 37, § 41, § 68; Neær. § 32, § 48, § 58.
- Μελιτεύς**, Aphob. I § 56; Aphob. III § 48; Eubulid. § 37, § 41, § 68; Neær. § 32; § 48, § 58.
- Melus**, Melii piratas receptabant, p. 1339, 23. cf. Tealī.
- Memnon**, Artabazi κηδεστής (i. e. Artabazus Memnonis sororem in matrimonio habuit), in præfectura Lydiæ eidem successit p. 672, 5.
- Menda**, p. 926, 1. Mendæum vinum in Pontum exportabatur, ibid. 7; p. 929, 15; p. 935, 9.
- Menecles**, notus Athenis quadruplator, vulgo dictus ὁ τὴν Νῆρον ἑλών, qui Ninum sacerdotem feminam condemnavit, p. 995, 10; p. 998, 13.
- Menecrates**, p. 1489, antepen.
- Menelaus**, peregrinus, quo Hipparcho Athenienses usi sunt, p. 47, 21.

- Menestheus**, filius Philagri e Telesippa, CEnsis, p. 1064, 16.  
**Menestheus** classe centum triremium ab Atheniensibus adversus piratas Macedones missus p. 217, 19.  
**Menestragus Eretriensis**, Atheniensibus amicus, p. 661, 10.  
**Menexenus**, filius Polyarati, p. 1009, 26.  
**Menippus** apud Oritas Philippo studebat, p. 126, 4.  
**Menippus** Car in Euandrum Thespiensem egit, p. 571, 22.  
**Meno**, imperator Autocli successit ad classem in Ponto dimicantem, p. 1210, 6. Hunc Apollodorus Pasionis filius accusavit, p. 961, 1.  
**Meno** Pharsalius Atheniensibus apud Elionem Amphipollitanam dimicantibus duodecim talentis et ducentis equilibus succurrit, quare immunitas ei a populo Atheniensium decreta est, p. 173, 3; p. 686, ult.  
**Mentor**, frater Memnonis, quorum sororem Artabazus in matrimonio habebat, praefectura Lydiae post Artabazum potitur, p. 672, 5.  
 Ad Messeniens legationem obiit Demosthenes, de qua exponit p. 70 sq. Messenii Philippo addicti, p. 324, 11. Philippus statim bello Phocensi finito eos a Lacedaemoniorum servitute liberat, p. 69, 9. A Lacedaemoniis acerrimo odio vexabantur, p. 204, 4. Alexander M. Philiadis filios ab exilio revocatos Messeniis tyrannos praefecit, p. 212, 26.  
**Μεταγειτωνών**, Olynth. III § 5; Polycl. § 4.  
**Metanira**, meretrix a Lysia oratore amata, p. 1351, 24.  
**Methone** a Philippo obsessa, p. 11, 17. Macedonica p. 1220, pen. Μητηρ τῶν θεῶν Proem. LIV.  
**Μητρόπον**, templum Matris deum, ubi tabulae publicae, p. 381, 1; p. 799, 25.  
**Micalionis** negotium ab Aristophonte perfide tractatum tecte significatur p. 885, 10.  
**Mico** (codd. Aug. 1 etc. Μίτων) Chollidensis a Theocrine furti frumentarii accusatus et aere soluto dimissus est, p. 1323, 12; Theocr. passim.  
**Midias Anagrasius**, homo dives, audax, potentia amicisque fretus, aeleratus, Demostheni chorago in theatro alapam infixit, cuius injuriae Demosthenes eum reum egit, p. 514 sqq. Suppositicius p. 563, 5. Senatam accusavit, cui Androtio praemium decernendum rogabat, p. 596, 8.  
**Midias**, cognatus Cononis, p. 1260, 3 sq.  
**Midias**, vid. Medius.  
**Midylides**, Aristotelis, filius Pallensis, p. 1083, 21.  
**Midylides Otrynensis**, filius Euthymachi, cujus avunculus Midylides Pallensis, p. 1083, 5 et 18.  
**Miltiades** frugalitas, p. 35, 20. Quos honores ei cives decreverint, p. 686, 6.  
**Miltocydes**, regulus Thraciae, a Cotye, a quo defecerat, vincitur, ab Atheniensibus desertus, p. 655, 1; p. 658, 26. A Smicythione proditus Charidemo, ab hoc Cardianis traditus Atheniensium inimicis, a quibus Atheniensium studiosissimus crudeliter interemptus est, p. 676, 26. Chersonesum Atheniensibus detulit, p. 1207, 18.  
**Milyas** a patre Demosthenis moriente manomissus, curator fit fabricae filio relictae, p. 819, 18. Propter statum ejus Aphobus cum Demosthene contendit, postulans eum tanquam servum ad tormenta, Demosthene tradere ut liberum recusante, p. 844 sqq.  
**Minerva** ingens simulacrum stabat in arce praemium ab universa Graecia Atheniensibus datum operae in bello adversus Xerxen et Mardonium navatae, p. 428, 15. cf. Ἀθήνα.  
**Minos**, rex Cretae justitia clarus, p. 269, 17.  
**Mityas Argivus**, a quo Chabrias quadrigas emit, quibus in Pythis ludis vicit, p. 1356, 7.  
**Mnaseas Argivus**, proditor, p. 324, 10.  
**Mnesarchides**, p. 1332, 14.  
**Mnesarchides** dives Midiae studet, p. 581, 14.  
**Mnesibulus**, κηΐσση; Theophemi, p. 1155, 14.  
**Mnesibulus** Acharnensis debiti damnatus et in carcerem delatus, unde dimittitur, p. 1480, 13 et 16. Homo frugi, ibid.  
**Mnesicles** Athenis sycophanta, p. 995, 8.  
**Mnesicles** Collytenais cum Eurgero et Pantaneto de pecunia litigat, p. 967, 20.  
**Mnesilochus** Perithoedes, p. 1219, 20.  
**Mnesimacha**, Lysippi Criocensis filia, uxor Midylidis filii Euthymachi, p. 1083, 11.  
**Mnesiphilus**, Archon pseudonymus, p. 235, 2; p. 238, 2.  
**Mnesitheus** Alopecensis Demostheni adversus Midiam testatur, p. 541, 7.  
**Mnesithides**, Archon pseudonymus, p. 279, 17.  
**Mnesithides**, Antiphonis Phrearrhii, cum Demosthene legatus ad Thebanos foederis adversus Philippum contrahendi causa, p. 291, 6.  
**Mæriades** ab Aphobo pecuniam accepit mutuo, servis, qui Demosthenis erant, pro pignore datis, p. 822, 2.  
**Mærocles** (falso Myrocles) rogationem de iis tulit, qui negotiatores vexarent, et de classe Attica cum sociorum navibus conjungenda, ut mare a piratis purgaretur, p. 1339. Lycurgi liberos in vincula dedit, p. 1478, 15, ipse quum antea nexus fuisset, p. 1478, 19. Ab Eubulo Anaphlystio accusatus est, quod a metallorum redemptoribus vicenas drachmas extorsisset, p. 435, 6.  
**Molon**, Archon, p. 1207, 11.  
**Molon**, histrio tragicus, p. 418, 5.  
**Moschion**, servus primum Cononis tum Olympiodori, medicamentorum mango; fur et veterator, p. 1171.  
**Munychia**, ἐν Μουνυχίᾳ καθίζεσθαι; injuria affecti aut metu perculti aut a creditoribus exagitati aut alia necessitate costricti ad aram Dianae Munychiae confugiebant supplices salutis causa, p. 262, 17.  
**Μουνυχίων**, Apatur. § 23; Decret. Cor. § 165.  
**Οἱ Μύριοι** Arcadiae, p. 344, 13; p. 403, 10.  
**Myronides**, Archon de republ. Ath. bene meriti filius, ob aes debitum nexus, p. 742, 25.  
**Μυρμινοῦσιος**, Apatur. § 15, § 22; Testim. Mid. § 93; Timocr. § 71.  
**Myritenum** (vulgo *Myritium*), oppidum Thraciae, p. 234, 13.  
**Myrtis** Argivus, proditor, p. 324, 10.  
**Μυσῶν λεία**, p. 248, 23.  
**Μυστήρια**, p. 565, 27; p. 1351 sq. Boedromione p. 29, ult. Eleusinia, Olynth. III § 5.  
**Μυτιληναῖοι**, Bæol. De Dote § 37. Μυτιληναίων ὁ δῆμος Proem. XXXVII. Mytilenæorum summa potestas a populo ad optimates transit, p. 168, 15. Mytilene in Lesbo, Bæol. II, § 36.

## N.

- Nauarchi**, Decret. Cor. § 73; Epist. Phil. Cor. § 78.  
**Naucrides** Platæas Thebanis prodit, p. 1378, 23.  
**Naucratia**. Legati Athenis ad Mausolum in Cariam proficiscentes in navem Naucratis venientem incurrunt, quam merces hostium vehementer corripunt et in suum usum intervertunt, quapropter in eos actum est Timocrates p. 700 sqq.  
**Naves** Atheniensium Amyntas imperator classis Philippicæ capit et in Macedoniam deducit, p. 249, 17; p. 274, 2, Philippo Selymbria obsidente, p. 251, 8. Philippus rursus dimisit, p. 251, 20.  
**Naupacto** Philippus Achaos privavit, p. 120, 1.  
**Nausicles** saepe coronatus ob liberalitatem in rempublicam, quam ornat, quum imperator esset, p. 264, 22; p. 265, 8; vir popularis p. 1482, 5.  
**Nausicles**, Archon pseudonymus, p. 288, 27.

- Nausicrates, frater Nausimacchi, et Xenopithis, p. 986, 24; p. 988, 1.
- Nausicrates Carystius, Lacrit. § 10.
- Nausinicus, frater ejus, in quem Aristæchmi filii agunt, p. 984 sqq.
- Nausinicus, Archon, p. 606, pen.; p. 1367, 6.
- Nausiphilus, Nausinici Archontis filius, p. 1367, 5.
- Naxus. Chabrias proelio navali apud insulam Lacedæmonios vicit, p. 172, 27; p. 686, 23.
- Næra a Theomnesto et ab Apollodoro Pasionis filio accusata, quod, quæ peregrina et serva et meretrix esset, tamen in Stephani civis Atheniensis matrimonio esset liberosque vulgo quæstos pro civibus ferret, nec non quod alia perpetraverit, p. 1345 sqq.
- Nearchus, Sosinomi filius, legatus ad Philippum, p. 283, 7.
- Νεμεία, Decret. Cor. § 91.
- Νέμειος Ζεύς, p. 552, 5.
- Νέμεια sacra, quæ Manibus placandis fiebant, p. 1031, 13.
- Neo, Philiadis filius Messenius, Philippo addictus, p. 324, 12; cf. p. 212, 26.
- Neocles, Archon pseudonymus, p. 249, 11. Vid. Nicocles Archon.
- Neones : τοὺς ἐν Νέωσι ἀπαλλάξαι, p. 387, 9.
- Neoptolemus multis operibus præfectus et ob multas in rempublicam largitiones coronatus, p. 264, 25. Locuples Midæ studiosus, p. 533, 14.
- Neoptolemus tragedus (histrion tragicus), primus auctor Atheniensibus pacis cum Philippo contrahendæ, p. 344, 7 et 21. Philippus rebus labantibus eum ad Athenienses misit auctorem pacis, p. 442, ult. Athenis in Macedonia migravit et quæ vidisset audissetque, Philippo renuntiavit, p. 58, 22.
- Neptuni certamen cum Marte in Areopago de cæde Halirrhothii, p. 641, 25.
- Nicaretæ, filia Demonstrati, mater ejus Euxithæ, qui in Eubulidæm egit, p. 1320, 3.
- Nicaretæ, lena famosa, hera Nærae, p. 1351, 4.
- Nicæam Theasalis a Phocensibus ereptam Philippus restituit, p. 71, 11; p. 153, 13.
- Νίκη, p. 738, 14; Proem. LIV.
- Niceratus Acherusius trierarcha testatur Demostheni adversus Midiam, p. 568, 24.
- Niceratus Nicææ filius, δ ἀγαπητός, δ ἀπαις, laudatur ob liberalitatem in rempublicam, p. 567, 24. Imperatoris Nicææ nepos.
- Niceratus Aristoni adversus Cononem testatur, p. 1266, 26.
- Nicetas, vid. Nicias Archon.
- Niciades, Lysaniæ filius, p. 1305, 1.
- Nicias præco Philippi Atheniensibus conniventibus e ditione Philippi ereptus et per decennium in custodia retentus, p. 159, 1. Literæ ab eo redditæ in concione recitantur, ibid.
- Nicias, gener Dinia, sororem uxoris Apollodori filii Pasionis in matrimonio habuit, p. 949, 22. Avunculus Stephani, a quo fortunis exutus est, p. 1122, ult.
- Nicias, Æschinis κηδεστής, h. e. sororis maritus, δ βέλυνός Demostheni dictus, p. 433, 20.
- Nicias, clarus ille imperator, in consiliis dandis publica potius commoda spectabat quam auram popularem captabat p. 34, 20.
- Nicias, Archon (sed fortasse scribendum ἐπὶ Νικητύου), cum testes affirmarent Æschinem convictum esse, quod cum Anaxino Philippi speculatore clam Athenis noctu collocutus sit, p. 273, 12.
- Nicidas Xenopithem male gestæ tutelæ nepotum e fratre Nausicrate accusat, p. 991, 14.
- Nicippus nauclerus, p. 1212, 3.
- Nicobulus a Pantæneto de vi et insidiis accusatus se defendit, p. 966 sqq.; vid. p. 973, 1.
- Nicocles, tutor Pasiclia, p. 1112, 26.
- Nicocles, Archon pseudonymus (codd. optimi Ἐπι-Νικοκλέους ἀρχωντος, sed præcedit Decretum ejusdem argumenti ἐπι Νεοκλέους ἀρχωντος), Decret. Cor. p. 250, 9.
- Nicodemus ab Aristarcho Moschi filio interemptus, p. 549, 23.
- Nicomachus, Diophanti filius, p. 273, 7.
- Nicophemus, Archon, p. 1132, 27, Stephan. II § 13; Macart. § 31.
- Nicostratus peregrinus civibus adscriptus ab Eubulidæ corrupto, p. 1317, 5.
- Nicostratus, Niciadis, filius, p. 1305, 4.
- Nicostratus, in quem Apollodoros Pasionis filius ut in hominem ingrati animi invehitur, p. 1246, sqq.
- Nicostratus, Myrrhinusius testis et magistratus, p. 544.
- Ninus, femina sacerdos, quam Menecles accusat, p. 995, 10.
- Notharchus, arbiter in lite Demosthenis cum Aphobo de lectis de statu Milyæ, p. 853, ult.

## O.

- Odeum, p. 918, Nær. § 52.
- Oedipha Thebis ejectus, ab Atheniensibus hospitio receptus, p. 290, 27.
- Οἰθηρ, Apatur. § 14.
- Oenanthe, mater Stratonidis, p. 1061, 3.
- Oeneus, Bacchi filius, eponymus Ceneidarum, Οἰνεῶν, p. 1398. Οἰνητής, Decret. Cor. § 118; Eurg. § 12; Mid. § 12.
- Oenomaus heros, cujus nomine per ludibrium Demosthenes Æschinem appellat, qui in fabula cognomine partes herois aliquando egisset, p. 288, 22; p. 307, 22.
- Ἐξ Οἴου, Macart. § 3, § 4, § 19.
- Οἰναῖος, Nær. § 101.
- Ὀλύμπια Πίζæ, Decret. Cor. § 91, et p. 1342, ult. Ὀλυμπίασιν (Olympiæ) ἀγωνισόμενος Argum. F. Leg. p. 335, 14.
- Ὀλυμπίασιν ἀγῶνας ὑπέρχον Alcibiadi) καὶ ἄλλοι καὶ Mid. § 145. Sed Ὀλυμπίασιν νικῆσας, i. e. ludis Olympiæ vicit, Theocrin. § 66.
- Ὀλύμπια Δίη in Pieria, quos ludos victor Philippus Olyntho capta celebravit, p. 401, 13.
- Olympichus, Apollodori filius Plothenensis, p. 1310, 23.
- Olympiodorus, in quem oratio p. 1167 sqq.
- Ὀλύμπιοι θεοί, Orac. Mid. § 52. Ὀλύμπιοι καὶ Ὀλύμπια θεοί Orac. Macart. § 66. Ζεύς Ὀλύμπιος Timocr. § 121.
- Ὀλύμπιος, Nær. § 91.
- Olynthii Amphipolim tenuerunt, Aristocr. § 150. Olynthiorum societatem ab ipsis oblatam Athenienses quam repudiarent, tandem inierunt, p. 19, 25. Equitatu prodito Olynthus perit, p. 125, 12. Olynthiorum res narrantur F. Leg. § 263 sqq., Argum. Olynth. I: utraque fortuna, ut ante, quam cum Philippo facerent, potentes victoriis compluribus Lacedæmonios concidissent, et postea fraude Philippi deleti essent, p. 425, 25 sq. Partem Olynthiorum bello captorum Philippus Atrestidæ Arcadi donaverat, quos pecudum instar in Peloponnesum agentis huic Æschines legatus obviam factus est, p. 439, 3.
- Olynthus a Timotheo copiis Macedonicis aucto subacta est, p. 22, 5. Expeditio Atheniensium ad Olynthum tempore Midianæ, p. 578, 3. Olyntho capta ludi olympici a Philippo celebrantur, p. 401, 13.
- Homeri loci recitantur p. 1398, 10; p. 1409, 2.
- Onetor (Philonidis ut videtur filius) Melitensis, p. 831, 8; p. 856, 26. Frater uxoris Aphobi, p. 853, 1. Quicum collusit, ut Demosthenem patrimonio spoliarent, Orr. Onest. p. 864 sqq., et Orr. in Aphob.



Onomarchus dux Phocensium a Philippo in Thessalia victus, p. 443, 27.  
 Ὀπισθέδορος, p. 170, 6; Timocr. § 136.  
 Ophryniat, oppidum in Troade, p. 899, 1.  
 Orchomenum Thebani a Philippo impetraverunt, p. 66, 16; p. 69, 10; p. 385, 5. Destruerunt, p. 203, 4. Restituentem jussit Demosthenes, p. 208, 18. Philippus bello Phocensi finito incolas sub corona vendidit, p. 375, 11; p. 445, 21. De prima vastatione p. 490, 10.  
 Orestes causam adversus Furias in Areopago vicit, Aristocr. § 66, p. 641, 27; p. 644, 24.  
 Oreum Philippus proditione cepit paulo ante orationem de Chersoneso habitam, p. 94, 13; p. 104, 8, p. 113, 24.  
 Philistidem tyrannum imposuit, p. 119, 22; p. 126, 3; p. 133, 27. Athenienses Demosthene auctore copiis missis Philistidem depulerunt ejusque legatos in urbem missos abire jusserunt, p. 252, 7 et 18.  
 Oritæ quartam Eubœæ partem tenebant, p. 691, 11.  
 Oronas Mysiæ præfectus, qui ab Artaxerxe defecit, p. 186, 25.  
 Oropus. Philippo dediti Athenis jactabant fore, ut Oropum et Eubœam pro Amphipoli Philippus Atheniensibus restitueret, p. 73, 9; p. 348, 7; p. 446, 1. Thebani occupaverant, p. 204, 25; p. 259. Thebanis permisit Philippus, p. 63, 12; p. 204, 22; p. 208. Causa de Oropo, p. 535, 10; Liban. Vit. Dem. p. 3, ult.  
 Orpheus, ejusque dictum de justitia, p. 772, 26.  
 Ὀρυντιεύς, Leochar. § 9, § 35 bis, § 37, § 38, § 39, § 44, § 52.

## P.

Παιανεύς, Mid. § 107, § 121, § 168, § 174; Aphob. I § 4; Nearc. § 123; Eueg. § 22; Halonn. § 42. Παιανία Cor. § 54, § 84, § 118; Halonn. § 42; Nearc. § 30; Mid. § 103; Eueg. § 28.  
 Pæones cum Philippo bellum gerunt, p. 13, 4.  
 Pagasas Thessaliæ, p. 392, 22; Philippus obsidebat, p. 11, 18. Thessali ab eo reposesbant, p. 15, 18; p. 21, 14. Sinus Pagasiticus, p. 159, 26.  
 Palladium. Τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ δικαστήριον ἀκουσίων φόνων, p. 643, 20; cf. p. 1350, 11. Τὸ ἐν Παλλαδίῳ δικαστήριον, Aristocr. § 71.  
 Παλληνεύς, Leochar. § 10; Polycl. § 53.  
 Παμπελοπόδα, Nicostr. § 13.  
 Pammenes, Pammenis filius, auri faber, cujus in tabernam irrumpens Midias coronas aureas a Demosthene locatas corrupit, p. 521, 27.  
 Pammenes dux, p. 681, pen.  
 Pamphilus, pater Plangonis, maternus avus Pamphili junioris, p. 1014, 18.  
 Pamphilus junior, Plangonis meretricis aut concubinæ filius, quæ ipsum et fratrem ejus Bœotum callide Mantiae tanquam patri supposuit, p. 995 et passim in Orr. adv. Bœot.  
 Pamphilus Rhamnusius, p. 1047, 17.  
 Paniphilus fenerator, cujus causa adversus Dionysodorum et Pameniscum agitur p. 1282 sqq.  
 Pamphilus inquilinus, Ægyptius, Midias vice in navi fugitur, § 163, p. 567, 15.  
 Pamphilus Acherdusius, trierarchus, Demostheni adversus Midiam testatur, § 168, p. 568, 23.  
 Pamphilus fullo, p. 1259, 1.  
 Panactum castellum in finibus Atticæ, p. 446, 3; p. 1257, 4.  
 Panathenæa, Παναθηναία, p. 394, 2; p. 1091, 25; Phil. I § 35; Timocr. § 26; sq., § 29. Παναθηναία τὰ μεγάλα Nearc. § 24 sq. Παναθηναίος Mid. § 156; Decr. Cor. § 116.  
 Πάνδεια, sacra Jovis (p. 517, 3 de conjectura), p. 517, 10.

Pandion, Eponymus Pandionidis: fabula Procnes et Philomelæ filiarum, p. 1397, ult.  
 Πανδίωνος δόρυ, Athenæ, p. 531, 2.  
 Πανδίωνίς, Decret. Cor. § 29; Mid. § 13, § 68; Timocr. § 27, § 39, § 71.  
 Pandosia, Cassopiæ oppidum, p. 84, 22.  
 Panemus, Πάνημος, mensis Corinthiacus, respondet Attico Boedromioni, p. 280, 14.  
 Pantænetus, in quem agit Nicobulus p. 966 sqq.  
 Panticapæum, oppidum Chersonesi Cimbricæ, p. 933, 12.  
 Pariorum forma reipublicæ a Cimone mutata, Aristocr. § 205, ubi pro Παρίων var. πάτριον.  
 Parisades, Παρισαίδης, rex Ponti, adv. Phorm. § 8, § 36.  
 Parmenio cum militibus Eretriam missus ut libertatis recuperandæ cupidus compereret tumultuantes ejecit, p. 126, 2. Amicus et minister Philippi, p. 362, ult. Halum obsedit Atheniensibus de pace cum Philippo agentibus, p. 392, 20.  
 Parmenicus negotiator, socius Dionysodori, in quos agit Pamphilus p. 1282 sqq.  
 Parmeno Byzantinus negotiator, Athenis degens, patria exulare jussus, p. 894, 2.  
 Παρθενών, p. 174, 24; p. 597, 8; p. 617, 19, Timocr. § 184.  
 Paseas Aristoni adversus Cononem testatur, p. 1266, 26.  
 Pasicles, filius Pasionis trapezites, sæpissime commemoratur ab Apollodoro fratre in eum acerrime sæviens ut spurium ex adulterio natum Or. in Stephan., et rursus ab advocatione Phormionis in Or. pro Phorm., quem Phormionem Apollodorus dicit verum Pasiclis patrem fuisse.  
 Pasio, pater Pasiclis, e servo manumissus et civitate Ath. donatus, trapezita celeberrimus, passim in Orr. Phorm. Timoth., Steph., Callippum etc.—Reipublicæ mille scuta et quinque triremes donavit, p. 1127, 12. Mortuus Dymiceto Archonte, p. 1132, 25. Spectatæ fidei, p. 1224, 2.  
 Pasipho medicus, p. 873, 21.  
 Patæcus, p. 1478, 18.  
 Patrocles Phlyensis Demosthenem latæ legis de Symmoriis quum accusasset, causa cecidit et multatus est, p. 261, 18.  
